

C O R P U S
SCRIPTORUM HISTORIAE
B Y Z A N T I N A E.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE
BORUSSICAE

CONTINUATA.

CONSTANTINUS PORPHYROGENITUS.

VOLUMEN III.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXJ.

**CONSTANTINUS
PORPHYROGENITUS
DE THEMATIBUS
ET
DE ADMINISTRANDO IMPERIO.**

ACCEDIT

**HIBROCLIS SYNECDEMUS CUM BANDURII
ET WESSELINGII COMMENTARIIS.**

RECOGNOVIT

IMMANUEL BEKKERUS.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXL.

CONSTANTINUS
PORPHYROGENITUS
DE THEMATIBUS
ET DE ADMINISTRANDO IMPERIO.

VULCANII DEDICATIO LIBRI PRIMI DE THEMATIBUS.

NOBILISSIMIS AMPLISSIMISQUE VIRIS,
IANO DOUSAE A NOORTWYCK, PAULO BUSIO, ABRAHAMO
AB ALMONDA,
CURATORIBUS ACADEMIAE LEYDENSIS

S. D.

Immanis profecto tempestas bellica Belgicam nostram totos iam annos viginti concussit iactavit laceravit, Nobilissimi amplissimique viri; neque adhuc faustum aliquod sidus affulsit, quod nobis terram videndi tandem spem faciat: finem enim laborum tantorum optamus potius miseri quam speramus. ex omnibus vero malis quae catervatim secum traxit bellum hoc vere atrox, ad quorum recordationem merito exhorrescit animus, gravissimum propemodum censere soleo dissipationem bibliothecarum, quarum splendore ac multitudine Belgium nulli provinciarum totius orbis ante hos tumultus cedebat. quid enim aliud ex bibliothecarum interitu quam barbaries et ignorantia, ex ignorantia confusio omnium rerum, ex confusione *παραλεθρία* est exspectanda? prudenter igitur munerique Vestro convenienter facitis, curatores, qui flagrante adhuc bello saevientibusque tumultibus publicis, quicquid Vobis rei publicae clavus, ad quem constanter fortiterque excubatis, otii relinquit, id omne academiae promovendae et bibliothecae publicae in ea instaurandae impenditis, et laceras ex superiorum annorum naufragiis tabulas, inque extremos prope orbis angulos eiectas, maximis Vestris sumptibus conquiritis, collectas publicatis. de libro antiquarum per universam Europam inscriptionum loquor, quem Vos aere Vestro in usum publicum edendum curastis. eximium certe opus, si quod unquam e typographicis praelis prodiit; cuius fama dudum ante editionem totum orbem pervagata incredibili eum sui exspectatione erectum tenuit, quippe qui nunc tandem, exuto senio, pristinum

Vestro beneficio inventutis decus sit recuperaturus. quo quidem nomine immortales Vobis, quamdiu stabit, gratias debet. atque ut in praesentiarum de utilitate nihil dicam quae ex hoc opere ad omnes antiquae reconditaeque doctrinae studiosos est perventura, quae est profecto maxima, excitabitis, immo inflammabitis illustri hac quam praeluxistis face etiam alios, ut quicquid lacerarum ex hoc communi bibliothecarum Belgicarum naufragio tabularum ad ipsos pervenerit, pari alacritate in usum publicum conferant. quorum in numero nomen meum libens profiteor. simulatque enim consilii Vestri rationem de operis huius editione cognovi, continere me non potui quin testandi privati mei gaudii studiique erga rem literariam causa Constantinum Porphyrogennotam *περὶ θεμάτων*, auctorem nunquam antehac editum, primum e multis arriperem publicique iuris facerem. tres vero causae fuerunt quibus adductus dignissimum enim iudicavi qui uno eodemque tempore quo renatae sunt orbis deficiæ, hoc est inscriptiones Vestrae, in clarissimam doctissimi huius seculi lucem amplissimi nominis Vestri auspiciis prodiret. prima quod imperator, Leonis illius filius; deinde quod optime de studiis literarum meritus, quippe qui extinctas propemodum ac semisepultas sua aetate bonas artes ac scientias suscitavit et ab interitu vindicavit; tertia quod pari fere cum inscriptionibus Vestris fortuna bis captus, militarem furorem expertus, redemptus. nam primum Mechliniae apud medicum quendam Anglum, Thomam Clementem, parum clementer habitus multos annos in bibliothecae vel *βιβλιοπέδης* potius squalore et pulvere latuit; postea in altera miseræ illius urbis direptione *αἰχμάλωτος*, militari violentiae obnoxius, perierat nisi periisset: nescio enim quo bono suo fato mihi tandem, una cum Procopio de aedificiis Instiniani et Agathia, oblatus persolutis *λύτροις* servatus est. cuius quidem imperatoris simul et scriptoris optimi prolixam apud Vos laudationem instituere nihil attinet, cum et ad calcem huius libri illustria aliquot historicorum illius aevi de eo testimonia congesserim, et Vos ipsi pro singulari Vestra eruditione summaque iudicii acrimonia facillime eas, veluti ex ungue, quod aiunt, leonem, sitis agnitori scriptumque hoc rei literariae summopere utile indicatari, cum totius fere Asiae accuratam descriptionem agminaue militaria per eam distributa contineat, et praeterquam quod multa contineat aliis geographis vel ignota vel ab eis silentio praeterita, non pauca habeat praeterea ad antiquitatis et historiae cogni-

tionem, adde etiam artis militaris peritiam conducibilia. quarum quidem rerum gravitatem iucundis passim narrationibus et variis veterum poetarum auctoritatibus veluti condimentis quibusdam miscet, ut eius lectio vel ter repetita nequaquam fatiget. utitur vero interdum nominibus aliquot officiorum militarium remotis a consuetudine loquendi veterum Graecorum; quam ob causam notae necessario mihi adii-ciendae fuerunt, per quas lucem aliquam iis ipsis vocabulis afferrom. in quibus si forsitan a scopo aberravi, veniam et peto et mereor, cum ea doctissimis etiam nostri aevi viris non exiguum negotium facessant *). accipite vero Vos, Nobilissimi amplissimique viri, Constantinum per me Orco ereptum lucique pariter et Latio donatum, accipite, inquam, ut testem ingentis gaudii, quod ego ex summa animi Vestri ad isvanda studia alacritate, quam Vos sumptuosissima harum inscriptionum editione luclentissime declarastis, intimo pectore concepi. simulque Vobis persuadete me deinceps, Vestro imprimis exemplo incitatum, datarum operam ut mihi nec voluntas neque (absit verbo invidia) facultas promovendae rei literariae ornandaeque Vestrae academiae 'd'efuisse videatur.

Valete, viri Nobilissimi amplissimique, et rem publicam eiusque seminarium academiam feliciter curantes fremente furentaque invidia perseverate.

D. V.

Lugduni Batavorum a. d. 1588

cal. Martiis.

addictissimus

Bonaventura Vulcanius.

*) quibus certa lucem non exiguam afferre potuisset codex ms de officii palatii sive aulae Cpolitanae, cuius cum ego ante annos circiter viginti cl. v. Ioachimo Hoppero Belgico in Hispania praesidi copiam fecissem, periit mihi una cum optimo illo doctissimoque viro. cum tamen *ἀντίγραφον* eius libelli in bibliotheca Christianissimi Gallorum regis asservari intelligam et aliud in bibliotheca Augustana exstare sciam, bona spes me habet fore aliquando ut aut mea aut, quod non invidiam, alterius alicuius opera auctori simul et sibi haec in parte subveniatur. *Vulcanius, ubi notis suis praefatur.*

**MORELLI DEDICATIO LIBRI SECUNDI
DE THEMATIBUS.**

**ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO CARDINALI
PERRONIO,**

ARCHIEPISCOPO SENONENSI, GERMANIAE PRIMATI,

**CHRISTIANISSIMI REGIS FRANCIAE ET NAVARRAE ELEHMOΣYHABCHAE,
FEDERICUS MORELLUS PROFESSOR REGIUS S. P.**

Εἰς Constantini Porphyrōgennetae, Cardinalis illustrissime, ὀλοπορφύρων ἀνάξει πολλῶν, commentarius de Thematibus prae-
fecturisve occidentalis partis imperii orientis, hactenus desideratus
et ab ἱστοριογραφολογοφίλοις notitiae Romanae studiosis omnibus
votis expetitus: nunc, si minus integer, ὀλοσχερής, at certe quantus
quantus in unico veteri codice ms Regiae bibliothecae recens a me,
dextro Mercurio, compertus est, descriptus, recognitus, utraque
lingua imperatorum editus notisque illustratus prodire et sub eximio
caelestis ingenii Tui candore et ostri Tui splendore apparere gestit.
quidni vero imperator φιλομουσότητος καὶ θεοσεβέστατος, in Por-
phyro Palatio natus et extemplo purpura indutus, cardinaliciae pur-
purae Tuae decus et praesidium non ambiret? immo quidni impe-
rator Porphrogenitus, cuius maiestas φιλολογία et scientia ἀρχι-
τεκτονικῇ, quam tot βασιλικῶν voluminibus exaggeravit, magis
quam pallio purpureo decorata est, hunc quoque Musarum regiarum
fetus Minervae Tuae aetherae peplo, hoc est ἐγκυκλοπαιδείας,
scientiarum ac virtutum orbe, includi perciperet? cum praesertim
idem huic principi votum fuerit atque Alexandro magno, ταῖς περὶ
τὰ ἄριστα ἐμπειρίας μᾶλλον ἢ ταῖς δυνάμεσι διαφέρειν. hinc opti-
mis curis pro salute patriae animum semper exercuit et stilum, opti-
mum dicendi magistrum, siquidem ad Romanum filium, qui regno
paterno successit et Hugonis Italiae regis filiam Bertam, Eudoxiam
postea dictam, uxorem duxit, librum gemmeum scripsit, in quo de-
scripta fuerat summa totius Graeci imperii, pacta omnia sociorum,
et hostium vires; quem Veneti φιλόκαλοι velut thesaurum, Egnatio
perhibente, in bibliotheca sua sedulo conservant. idem Romano

more noverat parcere subiectis et debellare superbos. et ut in pri-
 mæ iustitiam coluit legumque silentia rupit, ita Hesychia seu quiete
 eius nata, quippe quæ φιλόφρων Δίκας θυγάτηρ a Pindaro cele-
 bratur, felicissime usus ac potitus est, expertus etiam quam vere
 Pausanias dixerit τὸ ἐκ θεοῦ εὐμενὲς ἐπὶ παντὶ ἐργάζεσθαι φαστώ-
 νην. non est igitur quod dubitem ne tanti imperatoris πολιτικὸν
 σύγγραμμα Tibi sit καταθύμιον, gratum et acceptum; cuius divino
 ingenio consilioque, felicissimis Henrici IV, regis Christianissimi
 invictissimi clementissimi, auspiciis, nunc et ullo unquam ævo, apud
 Gallos sermonum stat honos et gratia vivax. duret in longam ge-
 nerosa vis illa φιλολόγος καὶ εὐεργετική. Tibi, Cardinalis illustris-
 sime, de re publica Christiana patria literis optime merito θεὸς
 ὄλβια δοίη καὶ οὐ σὲ ἐρῆς τὸ τυχεῖν. bene diaque vale, ἀρχιερεῦ
 ὀσιώτατε.

Latetiae Parisiorum idibus Ianis a. s. 1609.

MEURSHI PRAEFATIO LIBRI DE ADMINISTRANDO IMPERIO.

BENIGNE LECTOR.

Compellabo te hic in limine, sed paucis. accipe Constantinum, et pro beneficio, si non gratiam, certe favorem redde. nihil praeter istum peto; neque magis in proclivi quicquam tibi dare. scias autem unde habeam. descripsi ante quattuor annos ex codice qui est in bibliotheca Palatina et Ioannis Baptistae Egnatii olim fuisse perhibetur. sed neque dissimulandum hic censeo quam multum hoc ipso nomine debeam viro amplissimo, Georgio Lingelhemio, Serenissimi electoris consiliario, qui ut in literas et literatos omnes et in me privatim egregie affectus est, omnem illam instructissimam bibliothecam pro arbitrio tractandi veniam mihi a principe suo impetravit. quin accessit huc quoque comitas v. c. Iani Gruteri, eius praefecti, per quem liber mihi quotidie ad eam accessus patuit. quo beneficio adeo me quidem uterque sibi devinxit ut publice id hic profitendum existimaverim. ago igitur gratias quas possum maximas; quas tu quoque agas licet, siquidem operis huius editione gratiam a te ullam ego inivi. hoc volebam nescius ne esses. vale et, quisquis es, aeternitatem cogita.

EX BANDURII DE IMPERIO SUO ORIENTALI PRAEFATIONE.

Prima parte, in qua de divisione provinciarum imperii Romani in themata, necnon de provinciis ac urbibus imperatori Cpolitano olim subiectis, continetur Constantini Porphyrogeniti liber unus de thematibus Orientis et alter de thematibus Occidentis, necnon Hieroclis grammatici Synecdemus. his autem duobus libris Porphyrogenitus ita themata describit (olim quippe *θέματα* idem quod legio dicebatur; deinde *θέματα* appellatae provinciae, in quibus legiones in praesidiis locatae erant) ut terras in quibus locata fuerunt, adeoque populos quibus partim cognomina sua debuerunt, insertis antiquitatibus narrationibusque variis commemoret. liber prior in Oriente i. e. in Asia cum minori tum etiam maiori, posterior in Occidente i. e. in Europae provinciis, Thracia Macedonia Hellade Peloponneso et nonnullis alijs imperio Cpolitano subiectis locis, themata complectitur. horum priorem Vulcanius primus publici iuris fecit ex sua bibliotheca, Latina versione et notis brevioribus illustratum, Lugduni Batavorum, per Franciscum Raphelengium, a. 1588, in 8. iterum prodiit idem liber cum variis lectionibus emendationibus ac supplementis ex ms codice Regio, studio ac opera Federici Morelli, in operibus Constantini editis ibidem, ex officina Elzeviriana, a. 1617, in 8. alterum vero Porphyrogeniti librum, nimirum de thematibus Occidentis, idem Morellus primus edidit ex codice ms bibliothecae Regiae cum Latina interpretatione ac notis, in operibus Constantini, laudato loco *). hunc autem utrumque Porphyrogeniti librum, ad illustrandam rem Byzantinam pernecessarium, collatum cum codice ms Regio bombycino n. 2431, ante quingentos annos circiter scripto, hic cum nostra Latina interpretatione et animadversionibus emendatum ac illustratum iterum proponimus, sperantes inde aliquid lucis et historicis et geographicis accessurum.

*) Themata utraque nunc ad cod. Paris. Reg. 854 (fol. 105—120) contulit Eduardus Simson. L. B.

Parte autem secunda habetur inprimis liber Constantini Porphyrogeniti ad Romanum filium; qui quidem a Meursio titulo *de administrando imperio* donatur. in hoc autem opere, dum imperii prudenter administrandi rationem praescribit Porphyrogenitus, plurimarum gentium quae Cpolitano imperio formidabiles erant, Patzinacitarum Russorum Bulgarorum Turcarum Saracenorum Dalmatarum Chrobatorum Slavorum Francorum Italarum et aliorum, terras origines mores et gesta describit, ita ut in eo summam totius imperii, sociorum omnium foedera, hostium vires rationes consilia explicaverit; atque adeo operis huius argumentum tam historicum quam politicum est, ut ipse in prooemio docet Constantinus. prodiit primum hoc opus Graece et Latine interprete Io. Meursio et cum eius notis brevioribus, Lugduni Batavorum, Io. Balduini typis, Lud. Elzevirii impensis, a. 1617, in 8. quam autem ipse operam Constantino navaverim in hac nova editione, licet planum sit ei qui utramque invicem contulerit, breviter tamen exponam. inprimis textum Graecum contuli cum codice ms membranaceo bibliothecae Regiae, optimae notae, n. 2661, quem annis abhinc circiter quingentis scriptum fuisse aiunt. innumerabiles mendas, quibus Meursiana editio undique scatebat, sustulimus; loca corrupta ac mutila, quae plurima erant in textu Graeco edito, ex eodem ms Regio sarcivimus. praeterea caput 23 de Iberia et 24 de Hispania; quae Meursius utpote nimis corrupta, ut ipso in notis ait, sine interpretatione Latina reliquerat, Latina fecimus. denique versionem totius libri multis in locis emendavimus auximus, totumque opus animadversionibus illustravimus. quanti autem faciendum sit hoc Porphyrogeniti opus, in quo plurima habentur historicis ac geographis vel ignota vel ab eis silentio praetermissa, nemo vel mediocriter doctus ignorat.

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΤΟΥ ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΟΥ

περὶ τῶν θεμάτων τῶν ἀνηκόντων τῇ βασιλείᾳ τῶν Ῥωμαίων, P 1
 πόθεν ἔσχον τὰς ὀνομασίας, καὶ τί σημαίνουσι αἱ τούτων προσ-
 ηγορίαι, καὶ ὅτι τὰ μὲν αὐτῶν ἀρχαῖζουσι, τὰ δὲ νέαν ἐκτίσαντο
 τὴν προσηγορίαν. P 2

5 Οὐ κατὰ τὴν τῶν πολλῶν ἐπόληψιν, ὡς ζῆμοι καταφαίνεται,
 ἢ τῶν θεμάτων ἐγένετο προσηγορία. οὐδὲ γὰρ παλαιὰ τίς ἐστιν,
 οὐδέ τις τῶν ἱστορίας γραψάντων ἐμνήσθη τοιαύτης ὀνομασίας ὡς
 λέγεται νῦν· ἀλλὰ πρῶτην καὶ κατ' ἀρχὰς τάγματά τινα καὶ λε-
 γεῶνες ὑπῆρχον ἀναγεγραμμένοι κατ' ἔθνος, ὡς ἡ λεγεὼν ἢ τῶν
 10 τεσσαράκοντα μαρτύρων ἐλέγετο κεραινοβόλος, καὶ ἄλλη Μαρ-

inscr. τοῦ — Πορφ.] φιλοπόνημα Κωνσταντίνου υἱοῦ βασιλέως
 Λέοντος τοῦ σοφοῦ A i. e. codex Regius a Morello, deinde a
 Bandurio ad editionem Vulcanianam (V) collatus. quem addunt
 titulum ΠΕΡΙ ΘΕΜΑΤΩΝ, omisi, tituli esse ratus ea quae infe-
 runtur, περὶ τῶν θεμάτων — προσηγορίαν. 1 τῶν ante P.
 om C i. e. codex Paris. Reg. 854 2 πόθεν] καὶ πόθεν A
 5 τῶν om C 7 τῆς τοιαύτης C 9 ἢ τῶν om A 10 ἐλέ-
 γετο κεραινοβόλος add A

SAPIENTISSIMI IMPERATORIS
 CONSTANTINI PORPHYROGENITI
 DE THEMATIBUS LIBER PRIMUS.

de thematibus, quae ad Romanum imperium spectant, acturi, et
 unde appellationem duxerint, et haec ipsae appellationes quid signifi-
 cent, et quod nonnulla themata antiquum retineant nomen, alia vero
 novicium ac recens nacta sint.

Thematium appellatione, ut mihi quidem videtur, nequaquam eam
 quam multi opinantur originem habet, siquidem neque antiqua est, ne-
 que quisquam eorum qui historias condidere eiusmodi appellationis,
 quae nunc in usu est, mentionem facit. olim vero et ab initio turmae
 quaedam ac legiones per singulas provincias distributae erant, quemad-
 modum legio quadraginta martyrum dicebatur fulminatrix et alia: Mar-

μαριτων και ἄλλη Πισιδικὴ και ἑτέρα Θεσσαλικὴ και ἄλλη ἄλλως ὠνομασμένη, ὑπὸ δούκα και ἡγεμόνα τυγχάνουσαι, πολλάκις δὲ και πρὸς πόσιον. και ταῦτα πότε; ὅτε οἱ βασιλεῖς μετὰ τοῦ λαοῦ ἐπεστράτεον και τοῖς ἀνταίρουσι τὸν τῆς Ῥωμαϊκῆς δουλείας ζυγὸν ἐπετίθεισαν και μικροῦ δεῖν πῦσαν τὴν οἰκουμένην ἐπολιόρκον 5 ἀτακτοῦσαν και ἀντιλέγουσαν, ὡς ὁ Κουΐσαρ Ἰούλιος, ὡς ὁ σεβαστὸς Αὔγουστος, ὡς ὁ Τραϊανὸς ἐκεῖνος ὁ περιβόητος, ὡς ὁ μέγας ἐν βασιλεῦσι Κωνσταντῖνος και Θεοδόσιος και οἱ μετ' ἐκείνου τὸν χριστιανισμόν και τὴν θεοσέβειαν ἀσπασάμενοι. οὐκ ἦν γὰρ εἰκὸς βασιλεῖος ἐπὶ στρατοπέδου παρόντος στρατηγὸν διατάττει- 10 σθαι· ὅψ' ἡγεμόνας γὰρ και ταξιάρχους ἐτέλουν, και ὅλα τὰ τῶν πολεμίων πρῶγματα ἐπὶ τῇ τοῦ βασιλεῖος βουλῇ ἀπεκρέμνυτο, και πᾶς ὁ λαὸς εἰς ἓνα και μόνον τὸν βασιλέα ἐώρα. ὅτε δὲ τοῦ στρατεύειν οἱ βασιλεῖς ἀπεπαύσαντο, τότε και στρατηγούς και θέματα διωρίσαντο. και εἰς τοῦτο κατέληξεν ἡ τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴ μέχρι 15 τῆς σήμερον. νυκτὶ δὲ στενωθείσης κατὰ τε τὰς ἀνατολάς και δυσμὰς τῆς Ῥωμαϊκῆς βασιλείας και ἀκρωτηριασθείσης ἀπὸ τῆς ἀρχῆς Ἡρακλείου τοῦ Ἄλβου, οἱ ἀπ' ἐκείνου κρατήσαντες, οὐκ ἔχοντες ὕποι και ὅπως καταχρῆσονται τῇ αὐτῶν ἐξουσίᾳ, εἰς μι-

2 τυγχάνουσα V cum Bandurio, A invito 3 και ante πο.
add A πότε;] ποτέ, vulgo 6 θαυμαστός V 12 πολέ-
μων? 13 εἰς add A 15 ταῦτα V μέχρις C 16 τῆς]
και V στενωθείσης τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἡγοῦν τῆς Ῥωμαϊ-
κῆς βασιλείας και ἀκρωτηριασθείσης κατὰ τε ἀνατολάς και δυσμὰς
ἀπὸ AC

maritarum, alia Pisidica, alia Thessalica, aliaque aliter nuncupatae; quae ducibus et praefectis, saepe etiam praepositis subditae fuerunt. atque haec quidem olim, cum imperatores una cum populo expeditiones facerent, et in eos qui Romanae servitutis iugum detrectabant copias ducerent, ac totum fere orbem terrarum renitentem reluctantemque subigerent, quemadmodum Iulius Caesar, ut venerabilis ille Augustus, ut celeberrimus ille Traianus, ut magnus ille imperator Constantinus, et Theodosius, et qui post illos Christianam religionem ac divini numinis cultum sunt amplexi. neque enim par erat ipso imperatore in exercitu versante praetorem designari, si quidem sub ducibus et centurionibus debebant, omniaque bellica negotia ab imperatoris voluntate pendebant, et populi totius oculi in unum ac solum imperatorem erant coniecti. cum vero imperatores expeditionibus interesse desierunt, tum demum praetores et themata constituta. atque hanc quidem rationem Romanum imperium in hodiernum usque diem tenuit. verum nunc, cum Romano- rum principatus seu Romanum imperium angustius sit factum, et extre- mis aliquot provinciis tam orientem quam occasum versus sit mutila- tum ab imperio Heraclii Libyici, qui post eum regnarunt, cum non ha- berent ubi aut quomodo potentiam dominatumque suum exercerent, in

κρά τινα μέρη κατέτεμον τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν καὶ τὰ τῶν στρατιω-
τῶν τάγματα μάλιστα, καὶ ἑλληνίζοντες καὶ τὴν πάτριον καὶ Ῥω-
μαϊκὴν γλαῦττον ἀποβυλιόντες. λογγίνους γὰρ ἔλεγον τοὺς χιλιάρ-
χους, καὶ κεντουρίωνας τοὺς ἑκατοντάρχους, καὶ κόμητας τοὺς
στρατηγούς. αὐτὸ γὰρ τὸ ὄνομα τοῦ θέματος Ἑλληνικὸν ἔστι
καὶ οὐ Ῥωμαϊκόν, ἀπὸ τῆς θέσεως ὀνομαζόμενον.

Πρῶτον μὲν οὖν τοῦ καλουμένου Ἀνατολικοῦ, εἰ δοκεῖ, μνη-
μονεύσωμεν.

Πρῶτον θέμα τὸ καλούμενον Ἀνατολικόν.

10 Ἀνατολικὸν τοῖνον τὸ θέμα καλεῖται οὐχ ὅτι τῆς ἄνω καὶ
πρώτης ἀνατολῆς ἔστιν, ὅθεν ἀνίσχει ὁ ἥλιος, ἀλλ' ὅτι πρὸς
ἡμῶς τοὺς κατοικοῦντας τὸ Βυζάντιον καὶ τὸν τῆς Εὐρώπης τόπον P 3
λέγεται ἀνατολικόν. πρὸς δὲ τοὺς κατοικοῦντας τὴν Μεσοποτα-
μίαν Συρίαν καὶ τὴν μεγάλην Ἀσίαν, ἐν ἣ κατοικοῦσιν Ἴνδοι καὶ
15 Αἰθίοπες καὶ Αἰγύπτιοι, λέγεται δυτικὸν μίσον καὶ Ἀσία μικρά·
ἣ γὰρ ἀνατολή, καθὼς περ ἔφημεν, Ἴνδῶν ἔστι καὶ Αἰθιόπων καὶ
Αἰγυπτίων καὶ τῶν λοιπῶν τῶν τὴν ἀνατολὴν κατοικούντων. ὁμοίως
ἵνα μὴ μακρολογῶμεν καὶ δοκῶμέν τισι τερατεύεσθαι περὶ τῆς τῶν

1 τινα om C 5 συνι C γὰρ om C 6 τῆς om C
7 Πρῶτον — 9 Ἀνατολικόν] haec vulgo supra ponunt, post
τὴν προσηγορίαν, p. 11 4, AC quidem ita concepta, τὴν
προσηγορίαν, εἰ δοκεῖ, τοῦ καλουμένου θέματος ἀνατολικοῦ μνη-
μονεύσωμεν. Πρῶτον κ. τ. λ. pro titulo V: ἐνταῦθα τῆς ἀνατο-
λῆς θέματα ἦγον τῆς μικρᾶς ἀσίας. 10 τὸ om C 12 τὴν
τῆς Εὐρώπης γῆν V 15 δυτικὸν C 16 ἔφην V 17 οἰκούν-
των C

parvas aliquot partes imperium suum ac militum turmas secuerunt; et
tunc maxime Graecum sermonem affectabant, patrium vero ac Roma-
num repudiabant; longinos quippe vocabant qui mille militibus, et cen-
turiones qui centum praeerant, et comites quos nunc strategos. ipsum
enim thematis nomen Graecum est, non Romanum, ἀπὸ τῆς θέσεως,
hoc est a positione sive locatione ita nuncupatum.

Primum quidem, si videtur, thematis Anatolici cognominati men-
tionem faciemus.

Primum thema Anatolicum appellatum.

Anatolicum igitur thema appellatur non quod superioris illius ac
primi Orientis sit, unde sol oritur, sed quod nostrum, qui Byzantiis
habitamus, et totius Europae respectu, Anatolicum, id est Orientale
dicatur: respectu vero eorum qui Mesopotamiam Syriam et magnam
Asiam habitant, in qua degunt Indi et Aethiopes et Aegyptii, dicitur
Occidentale quod interiacet et Asia minor. Oriens quippe, ut diximus,
Indorum est et Aethiopum et Aegyptiorum et reliquorum qui Orientem
incolunt. at vero ne prolixiores simus et videamur nonnullis monstrosa

Θεμάτων ὀνομασίας, ἐν συντόμῳ ἐροῦμεν ὡς ἔχει αὐτὴ ἡ ἀλήθεια.

Τὸ τοίνυν Ἀνατολικὸν θέμα, ὡς τῶν ὀνομάζεται, ἐκ πέντε ἔθνων τὴν ἄλλην κατοικίαν ἔσχηκεν. ἀρχὴν γὰρ αὐτοῦ ἀπὸ τῆς κωμοπόλεως τῆς ὀνομαζομένης Μηροῦ πεποιήται, καὶ λέγεται 5 Φρυγία Σαλουταρία, ἕως τοῦ Ἰκονίου. τὰ δὲ πρόσοικα τῶν Ἰσαύρων τὰ πρὸς τὸν Ταῦρον καλεῖται Λυκαονία. τὰ δὲ πρὸς Θάλασσαν καὶ τὸν ῥότον, καὶ τὰ τοῦ καλουμένου Ψυχροῦ ὄρη, καὶ ἕως αὐτῆς Ἀτταλείας, καλεῖται Παμφυλία. τὰ δὲ ἄνω καὶ μεσόγαια καλεῖται Πισιδία. τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀκροῖνου καὶ μέχρι 10 τοῦ Ἀμορίου καλεῖται Φρυγία Πακατιανή. τὰ δὲ πρὸς Θάλασσαν νεύοντα καὶ διορῶντα τὴν Καρίαν καλεῖται Λυκία. ὅσα μὲν οὖν εἰσι μεσόγαια καὶ πρόσοικα τῷ Ταύρῳ καὶ διήκοντα μέχρι τῶν ὄρων Καππαδοκίας, καλεῖται Ἀνατολικά· μέρη γάρ εἰσι τοῦ Ἀνατολικοῦ θέματος. ἐνταῦθα τοίνυν τὸ τοῦ Ἀνατολικοῦ θέμα- 15 τὸς ἐστὶ πέρους, ἀρχὴν μὲν ἔχον ἀπὸ τῆς Μηροῦ, ἣ ἐστὶ τέλος τοῦ Ὀψικίου, τερματίζον δὲ μέχρι τῶν ὄρων Ἰσαυρίας πρὸς μῆκος· πρὸς δὲ πλάτος ἔχει μὲν ἕξ ἀριστερῶν μέρη τινὰ τοῦ Βουκέλλαριον καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς Καππαδοκίας, πρὸς δὲ δεξιῶν τὴν τε Ἰσαυρίαν καὶ τὴν ἀρχὴν τῶν μερῶν τοῦ Κιβυρραϊώτου. 20

1 συντομώτερον V 6 Φρύγη A, Φρυγίας V Σαλουτα-
 ρίας AV 9 αὐτῆς] τῆς C 10 Κροῖνου V 11 καὶ
 πατιανῆ AC, καπατιανῆς Vulcanius et Bandurius. sed Bandurius
 in animadvers. ut editum est. 14 ἀνατολικόν AC 16 μι-
 κροῦ A

dicere de thematum appellatione, breviter rei ipsius, ita ut sese habet, veritatem exponemus.

Anatolicum itaque thema, ut nunc appellatur, ^ἔα quinque gentibus totum incolitur. initium enim a Comopoli, quae dicitur Merus, sumit, et vocatur Phrygia Salutaris, Iconium usque. finitima vero Isauris Taurum versus appellantur Lycaonia; quae vero ad mare, ad austrum et ad montes Frigidi cognominatos vergunt, Attaliam usque, Pamphylia nuncupatur. ulteriora autem et mediterranea Pisidia dicuntur; quae vero ab Acroino Amorium usque, Phrygia Pacatiana vocatur. at quae ad mare vergunt et Cariam disternant, Lycia dicitur. quaecunque igitur sunt mediterranea et finitima Tauro et ad montes Cappadociae usque pertingunt, Anatolica nuncupantur, partes siquidem sunt Anatolici thematis. his igitur limitibus Anatolicum thema terminatur, initium quidem habens a Mero, quae est finis Obsequii, pertingens vero in longitudinem ad montes Isauriae usque. quod autem ad latitudinem attinet, habet quidem a sinistra partes quasdam Buccellarii et initium Cappadociae, ad dextram vero Isauriam et initium partium Cibyrtaeotici thematis.

Ἰδοὺ τοίνυν τὸ θέμα τὸ Ἀνατολικόν. καὶ κατ' ἀρχὰς μὲν οὐκ ἦν οὕτως, ἀλλ' εἰς χιλιαρχίας καὶ πεντακοσιαρχίας καὶ εκατονταρχίας καὶ πεντηκονταρχίας διήρητο τὸ τάγμα τὸ στρατιωτικόν, εἷς δὲ τις ἀνθύπατος ἐκράτει τῶν ὅλων ταγμάτων, ὥσπερ ἐπὶ τῶν κάτω χρόνων, καὶ ἕως Ἰουστινιανοῦ, μάλιστα ἐπέμπετο τοῖς τάγμασιν ἕξαρχος. καὶ μάρτυς ὁ ἐν Σμύρῃ κείμενος τάφος Ποπλίου τινὸς ἀνθυπάτου, γράφων οὕτως "Πόπλιος ἀνθύπατος ἄρχων Ἰωνίας Φρυγίας Αἰολίδος Μηονίας Λυδίας Ἑλλησπόντου Μυαίας Βιθυνίας Ταρσίας Γαλατίας Μαυρανδυνῶν Πόντου Παφλαγονίας Καππαδοκίας μικρᾶς καὶ μεγάλης Ἰσαυρίας τε καὶ Λυκαονίας, καὶ μέχρι τῶν ὄριων τοῦ Ταύρου καὶ τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας." ἰδοὺ ἀρχὴ ἐνὸς ἀνθυπάτου. γένητο δὲ ἐν τοῖς κάτω χρόνοις ἄλλος τις στρατηλάτης τὴν ἀξίαν πατρικίως, τοῦνομα Ἰορδάνης, οὗ τινὸς εἰσι τὰ ἀργυρᾶ μισσοῦρια τὰ ἀνάγλυφα, ἅπερ κεῖται ἐν τῷ βασιλικῷ βεστιαρίῳ, ἐπιγραφὴν ἔχοντα τοιάνδε "Ἰορδάνου στρατηλάτου τῆς ἀνατολῆς καὶ τῶν λοιπῶν ἔθνων τῶν ὑπὸ τὴν μικρὰν Ἀσίαν." καὶ οὗτος γὰρ μύναρχος ἦν τῆς αὐτῆς ἀνατολῆς, ἦνθι δὲ καὶ εὐδοκίμει ἐπὶ τῶν ἡμερῶν Ἀρκαδίου τοῦ βασιλέως. ὡς οὖν προείπομεν, τὸ νῦν Ἀνατολικόν καλούμενον θέμα ὑπὸ πέντε ἔθνων κατοικεῖται, Φρυγῶν Λυκαόνων Ἰσαύρων Παμφύλων Πισιδῶν. κατ' ἔθνος οὖν

2 καὶ εκατονταρχίας καὶ πεντηκονταρχίας add A 7 πομπλίου
AV et mox πομπλίου 9 μαυρανδυνῶν C 14 ἀρχὰς A 15 ἀνάγλυφα C κείται C β. καὶ ἐπιγραφὴν C 16 ἔχον V
18 τῆς ἀνατολῆς ἔχον μικρᾶς Ἀσίας V

Habes itaque thema Anatolicum. atque initio quidem res ita se non habuit, sed agmen militare dividebatur in praefecturas, quarum aliae mille, aliae quingentij, aliae centum, aliae vero quinquaginta capitibus constabant. unus vero quidam proconsul praeerat omnibus agminibus, quemadmodum posterioribus temporibus, etiam ad Iustinianum usque mittebatur magister agminum praefectus. cuius rei fidem facit monumentum quod Smyrnae positum est Publico cuidam proconsuli, cum hac inscriptione "Publius procos. praefectus Ioniae Phrygiae Aeolidis Meoniae Lydiae Hellepontii Mysiae Bithyniae Tarsiae Galatiae Mariandynorum Ponti Paphlagoniae Cappadociae minoris et maioris Isauriae et Lycaoniae, et usque ad montes Tauri et minoris Armeniae." habes praefecturam unius proconsulis. fuit autem posterioribus temporibus alius quidam dux agminum, dignitate patricius, nomine Iordanes, cuius sunt albae lances sculptiles, quae in regio vestuario asservantur, cum hac inscriptione "Iordani praefecti agminum Orientis et reliquarum gentium Asiae minoris." erat enim hic monarcha ipsius Orientis. floruit autem et claruit temporibus Arcadii imperatoris. Anatolicum igitur thema a quinque, uti diximus, gentibus incolitur, Phrygibus videlicet Lycaonibus Isauris Pamphyliis et Pisidis. singulae autem gentes suum

αὐτῶν ἦν ἀρχηγός, ὅτε ἦσαν ἐλεύθεροι καὶ πρὸ τοῦ τὸν ζυγὸν καὶ τὴν ἀρχὴν ἐμπεσεῖν ἐπ' αὐτοὺς τὴν Ῥωμαϊκὴν. ἐμπεσόντος δὲ τοῦ τῶν Ῥωμαίων ζυγοῦ καὶ ἀξήθειας τῆς βυσιλείας αὐτῶν ἐδουκίωθησαν ἅπαντες καὶ ἐγένοντο συμμειγείς ὑπὸ μιᾶν ἀρχήν. διηρέθησαν δὲ καὶ ἐγένοντο θέματα, ὅτε ἡ τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴ 5 παρὰ τῶν Ἀθίων Ἀγαρηῶν ἤρξατο κολοβοῦσθαι καὶ ἀκρωτηριάζεσθαι καὶ συστέλλεσθαι κατὰ μικρόν. καὶ ἕως μὲν Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως ὑπὸ μιᾶν ἀρχὴν ἦσαν ἅπαντες, καὶ τῆς Μαυρικίου βυσιλείας· καὶ μάρτυς αὐτὸς Βελισάριος, ὃς ἦν μονοστράτηγος ὅλης ἀνατολῆς. ἐπὶ δὲ ἤρξαντο οἱ Ἀγαρηνοὶ ἐκστρατεύειν κατὰ 10 Ῥωμαίων καὶ διαφθεῖρειν τὰς κώμας καὶ πόλεις αὐτῶν, ἠνυγκάσθησαν οἱ κατὰ καιρὸν βασιλεῖς τέμνειν εἰς μικρὰ τὴν μιᾶν ἀρχήν, καὶ τὸ μὲν ἀπένειμαν στρατηγῷ τινὶ καὶ ἐκάλεσαν Ἀνατολικόν, διότι, ὡς προείπομεν, πρὸς ἡμᾶς τοὺς κατοικοῦντας τὸ Βυζάντιον πρὸς ἀνατολὴν κεῖται. τὸ δὲ παλαιὸν κατὰ ἔθνος ἦν ἀρχηγός, 15 ἐπολιτεύοντο δὲ ὡς ἦν ἔθνος αὐτοῖς, ἄλλοι μὲν δημοκρατίαις ἄλλοι δὲ τυράννοις ὑποταττόμενοι. ὑπὸ δὲ τὴν τῶν Ῥωμαίων βυσιλείαν γενόμενοι εἰς ἐπαρχίας διηρέθησαν καὶ ἡγεμονίας καὶ δουκάτα καὶ τοὺς καλουμένους κομισαρίους, τοῦτέστι βουλευτάς. ἦσαν δὲ καὶ τινες αὐτῶν πρίγκιπες, ὡς ἐν τοῖς τῶν ἁγίων μαρτυ- 20 ρίοις διεγράφη. ἀλλὰ μὴν καὶ σκρινιάριοι. ὕπαρχοι δὲ ἦσαν διττοί, ἕτεροι μὲν πραιτωρίων ἕτεροι δὲ πόλεων· καὶ οἱ τῶν πραι-

2 αὐτοῖς C 3 τῶν om C 11 χώρας V 13 ἀπένει-
 μων V et Bandurius 17 ὑπατευόμενοι V

habebant principem, dum adhuc liberae essent et priusquam iugo Romanī imperii subderentur; at immissō iis Romanorum iugo auctoque eorum imperio, omnes in servitutem redacti et permisti sub uno imperio fuere. divisae vero sunt factaque ex eis themata, cum imperium Romanum ab impiis Agarenis convelli mutilari et in angustum redigi coepit. et quidem ad Iustiniani et Mauricii imperium usque omnes gentes sub uno imperio erant; cuius rei testis est Belisarius ipse, qui solus universi Orientis imperator fuit. cum vero Agareni Romanos bello infestare eorumque vicos ac urbes devastare coeperunt, coacti fuere subsecuti imperatores unum imperium in exiguas portiones partiri. atque hanc quidem tribuerunt praefecto cuidam, et vocarunt Anaticam, quod, ut antea dixi, respectu nostrum, qui Byzantium incolimus, orientem versus sita sit. olim vero singulae gentes suum habebant principem, et patriis legibus ac moribus regebantur, alii quidem populi democraticae, alii regiae administrationi subiecti. verum a Romanis subacti in provincias divisi fuerunt et in praefecturas et ducatus, et in eos qui vocantur consiliarii, hoc est βουλευταὶ consultores. erant porro etiam quidam eorum principes, uti in actis sanctorum martyrum scriptum legitur; quia et scriniarii. praefecti autem erant duorum generum, alii quidem praetiorum, alii vero urbium, ac praefecti quidem praetorio-

τωρίων δικηρόνου τοῖς βασιλεῦσι στρατεύουσι, καὶ τὰς τῶν στρα-
 τωτῶν τροφὰς ἐξ ἐτοίμου παρέχοντες, τὰ τε τῶν βασιλέων ἄπλη-
 κτα διενθετοῦντες καὶ τὰς ὁδοὺς ἐκκαθαίροντες. καὶ ταῦτα μὲν
 τὰ τῶν Ῥωμαίων· ὅτε δὲ Πέρσαι ἐκράτουν καὶ μετ' αὐτοὺς Μα-
 κεδόνες, εἰς σατραπείας ἦν διηρημένη ἡ πᾶσα Ἀσία, καὶ σα-
 τραπείης μὲν ἦν Ἀνδῶν, ἕτερος δὲ Φρυγῶν, ἄλλος δὲ Ἰώνων, ἕτε- P 5
 ρος δὲ Παμφύλων, ἄλλος δὲ Καρῶν, ἄλλος δὲ Παφλαγόνων,
 ἄλλος δὲ Βιθυνῶν, καὶ ἄπλῶς πᾶσα ἡ Ἀσία μικρὰ καλουμένη,
 ὡς ἐδόκει τῷ Πέρσῃ κᾶπειτα τοῖς Μακεδόσι, διεμεμέριστό τε καὶ
 10 διετάττετο, καὶ ἄλλος μὲν τῶν δημοσίων πραγμάτων ἤρχεν, ἄλλος
 δὲ τῶν στρατιωτικῶν. καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον.

Ἐνταῦθα τοίνυν ἕστω τὸ πέρασ τοῦ τῆς ἀνατολῆς θέματος.
 οἱ δὲ λεγόμενοι τουρμάρχαι εἰς ὑπουργίαν τῶν στρατηγῶν ἐτά-
 χθησαν. σημαίνει δὲ τὸ τοιοῦτον ἀξίωμα τὸν ἔχοντα ὑφ' ἑαυτὸν
 15 στρατιώτας τοξοφόρους πεντακοσίους καὶ πελταστὰς τριακοσίους
 καὶ δεξιολάβους ἑκατόν. οὕτως γὰρ κεῖται ἐν τῇ βίβλῳ Ἰωάννου
 Φιλαδέλφῳ τοῦ καλουμένου Ἀνδοῦ.

Θέμα δεύτερον τὸ καλούμενον Ἀρμενιακόν.

Τὸ θέμα τὸ καλούμενον Ἀρμενιακόν οὐ κύριον ἔχει τὸ
 20 ὄνομα, οὐδὲ ἀρχαία τίς ἐστίν ἡ τούτου προσσηγορία, ἀλλὰ ἀπὸ

1 στρατιῶν V 4 τὰ τῶν om V 5 Ἀσία] βασιλεία AC 7 καρ-
 φυλλῶν A δὲ ante Παφλαγόνων add C 20 ἀρχή C

rum inserviebant imperatoribus expeditionem facientibus, commeatum
 exercitai prompte procurantes, et imperatoria tentoria componentes, et
 vias purgantes, et haec quidem Romanorum. quando vero Persae im-
 perium obtinebant et post hos Macedones, universa Asia in satrapias
 divisa erat. atque alius quidem erat satrapa Lydorum, alius Phrygum,
 alius Iouum, alius Pamphyliorum, alius Carum, alius Paphlagonum, alius
 Bithynorum, et ut verbo dicam, universa Asia, minor dicta, prout Per-
 sis visum erat et postea Macedonibus, divisa administrataque fuit. at-
 que alius quidem rebus civilibus praeerat, alius vero militaribus. atque
 haec quidem hactenus.

Et hic finis esto de themate Ahatolico. ceterum qui dicti sunt
 τουρμάρχαι, ad ministerium praefectorum instituti sunt. significat vero
 eiusmodi dignitas eum qui praeesat sagittariis quingentis, scutatis tre-
 centis, stipiatoribus centum. Ita enim habetur in libro Ioannis Philadel-
 phensis, qui dictus est Lydus.

Thema secundum, dictum Armeniacum.

Armeniacum quod dicitur thema, propriam appellationem non habet.
 neque enim vetusta est haec appellatio, sed eam a vicinis atque finiti-
 Const. Porph.

τῶν ὁμοροῦντων καὶ συνοικούντων Ἀρμενίων τὴν προσηγορίαν ἐκτίθειτο. δοκῶ δὲ εἰπεῖν ὅτι ἐπὶ Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως καὶ τῶν κάτω χρόνων τὴν τοιαύτην προσηγορίαν ἐκληρονόμησεν· οὔτε γὰρ Στράβων ὁ γεωγράφος τῆς τοιαύτης ὀνομασίας ἐμνήσθη, καί τοι Καππαδόκης ὡν τὸ γένος, ἐξ Ἀμασσίας τῆς πόλεως, οὔτε 5 Μένιππος ὁ τοῦς σπουδασμοῦς τῆς ὅλης οἰκουμένης ἀπογραφάμενος, οὔτε μὴν Σκύλαξ ὁ Καρνανθηρὸς, οὔτε Πανσανίας ὁ Λαμασκηρὸς, οὔτε ἄλλος τις τῶν ιστορῶν γεγραφότων. καὶ φαίνεται νεωτέρα ἢ τοιαύτη ὀνομασία· οὔτε γὰρ Προκόπιος οὔτε μὴν Ἀγαθίας οὔτε Μένανδρος οὔτε Ἡσύχιος ὁ Ἰλλουστριος ἐμνημόνευσαν 10 τοῦ τοιοῦτου ὀνόματος, οἱ τὰ χρονικὰ συντάξαντες ἐπὶ τῆς Ἰουστινιανοῦ βασιλείας. τὴν γὰρ Καππαδοκίαν οἱ παλαιοὶ εἰς τρία τέμνουσι μέρη, εἰς τε Κατιονίαν τὴν ἀπὸ Μελιτηνῆς ἀρχομένην, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ Ταύρου Ταυρικὴν ὀνομασμένην, καὶ αὐτὴν τὴν μεσόγειον, ἐν ἧ Καισάρεια ἡ πόλις τῶν Καππαδοκῶν μητρόπολις 15 ἴδρυται. καλοῦσι δὲ οἱ παλαιοὶ μεγάλην τε καὶ μικρὰν Καππαδοκίαν, μεγάλην μὲν τὴν ἀπὸ Καίσιουρίας τε καὶ τοῦ Ταύρου καὶ ἕως τῆς Ποντικῆς θαλάσσης, ἣν διορίζει Ἄλως μὲν ποταμὸς ἐκ δυσμῶν, Μελιτηνὴ δὲ ἐξ ἀνατολῶν. καὶ αὕτη μὲν ἡ μεγάλη Καππαδοκία. καὶ τούτων μάρτυς Πολύβιος ὁ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἱστορίαν 20 γεγραφώς, ὃς διορίζει τὴν Καππαδοκίαν ἀπὸ τε Ταύρου καὶ Λυκαονίας καὶ ἕως τῆς Ποντικῆς θαλάττης· καὶ αὕτη γὰρ ἡ Νεοκαι-

2 δὲ om C 3 προσηγορίαν om C 7 οὔτε αὐτὸς Πανσαν-
 νίας ὁ Λαμασκηρὸς V, idque post γεγραφότων 8 συγγεγραφό-
 των C 9 οὔτε γὰρ] οὔδὲ γὰρ C 10 ἐμνημόνευσεν V 14 ταυ-
 ρωνικὴν A 21 τε] τοῦ C

mis Armeniis accepit. imo vero dixerim sub Heraclio imperatore huius-
 comodi appellationem sumpsisse. nam neque Strabo geographus eius
 vocis mentionem fecit, Cappadox alioqui genere, ex Amasea urbe; ne-
 que Menippus, qui totius orbis terrarum per stadia dimensionem con-
 scripsit, neque Scylax Caryandenus, neque Pausanias Damascenus. sed
 neque alius quisquam eorum qui historiam scripserunt. atqui recentio-
 rem esse hanc appellationem ex eo colligi potest, quod neque Procopius
 neque Agathias neque Menander neque Hesychius illustrius ullam huius
 nominis mentionem faciunt, licet ipsi historiam Iustiniano imperante
 conscripserint. Cappadociam enim veteres in tres partes secuerunt,
 videlicet in Cataoniam, quae a Melitena initium accipit, et in eam quae
 a Tauro monte Taurica nuncupatur, nec non in regionem ipsam medi-
 terraneam, in qua et Caesarea urbs est, Cappadociae metropolis. vete-
 res autem maiorem et minorem Cappadociam appellant; ac maiorem qui-
 dem a Caesarea et Tauro ad Ponticum mare usque, quam terminat
 Halys quidem fluvius ab occasu, Melitene vero ab oriente. atque haec
 quidem est maior Cappadocia, ut testatur Polybius, qui Romanam hi-
 storiam scripsit; qui quidem terminat Cappadociam a Tauro et Lycao-
 nia ad Ponticum mare usque, ipsa siquidem Neocaesarea et Colonea et

σάρευται ἢ τε Κολώνεια καὶ ἡ Μελιτωνὴ σύμπασα Καππαδοκία λέγε-
 ται. ἔστι δὲ τὸ ὄνομα Περσικόν· Πέρσης γὰρ τις ἀνὴρ — ἐν P 6
 κινήγιω Ἀρταξέρξῃ τῷ βασιλεῖ, ἡ οὐκ οἶδα ἄλλω τινί, λέων
 προσεπανήσας τοῦ ἵππου τοῦ βασιλέως ἐδράξατο· καὶ κατὰ τό-
 5 πῃν εὔρεθεις ὁ Πέρσης ἐν τῷ τοῦ θηρὸς συναντήματι, τὸν ἀκινύ-
 κην σπασάμενος ἐρρύσατο τὸν βασιλέα παρὰ μικρὸν κινδυνεύοντα
 καὶ τὸν λέοντα ἐθανάτωσεν. οὗτος οὖν ὁ Πέρσης ἐπὶ τιος ὄρους
 ἐψηλοτάτου ἀναβάς, καὶ πῦσαν τὴν γῆν περισκοπήσας ὄσσην
 ὀφθαλμὸς ἀνθρώπινος περιβλέπει κατὰ τε ἀνατολὰς καὶ δυσμὰς
 10 ἄρκτον τε καὶ μεσημβρίαν, δωρεὰν παρὰ τοῦ βασιλέως πᾶσαν
 εἴληφε. ταῦτα δὲ ἱστορεῖ Πολύβιος. καὶ κατοικεῖται πρὸς μὲν
 Κολώνειαν παρὰ Ἀρμενίων, πρὸς δὲ τὴν μεσόβγειον, ὅπου περ ἔστιν
 ἡ Ἀμάσεια καὶ ὁ λεγόμενος Λαζυμών, παρὰ τῶν καλουμένων
 Λευκοσύρων· ὁμοῦ πάντας τοὺς Καππαδόκας, καὶ τοὺς μέχρι
 15 θαλάττης τῆς Ποντικῆς κατοικοῦντας, Ἡρόδοτος Λευκοσύρους
 καλεῖ, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν Σύρων τῶν ἐπέκεινα τοῦ Ταύρου
 καὶ Κιλικίας οἰκούντων, Μελανοσύρων προσεγορευομένων. μικρὰ
 δὲ Καππαδοκία ἢ νῦν χρηματίζουσα εἰς θέμα, ἣτις ὁμορὸς ἔστι
 Λυκαονίας καὶ διαβαίνει μέχρις αὐτῆς Καισαρείας, πλατύνεται
 20 δὲ ἕως ἀρχῆς τῶν Βουκελλαρίων, καταλήγει δὲ πρὸς ἀνατολὰς
 μέχρις αὐτῆς Ῥοδεντοῦ καὶ τοῦ φρουρίου τοῦ καλουμένου Λούλου
 καὶ αὐτῆς Ποδενδοῦ. τὰ δὲ ἐπέκεινα τῆς Κιλικίας εἰσὶ μέρη, ὧν
 ἀπάρχεται ἡ Ταρσὸς καὶ ἡ Μόψου ἐστία καὶ Ἄδανα. καὶ ἡδε

4 προσεπανήσας C τὸν ἵππον C 9 τε add A 21 μέχρι C
 22 σκοδενδοῦ V 23 ὁδε V

Melitene universa Cappadocia appellatur. est vero nomen Persicum:
 nam cum Artaxerxi regi, aut nescio an alteri cuidam, leo inter venan-
 dum occurrisset eiusque equum invasisset, oblatus casu Persa quidam
 in hoc leonis occursu, stricto acinace, regem de vita periclitantem libe-
 ravit et leonem interfecit. hic itaque Persa cum altissimum quandam
 montem conscendisset, quoad longissime humani
 oculi acies pertingere posset, circumspiciens, tam orientem et occidentem
 quam meridiem et septentrionem versus, omnem eam dono a rege accepit.
 haec porro narrat Polybius. atque habitat quidem Coloneam versus ab
 Armenia, ad mediterranea vero, ubi est Amasea et Dasymon qui dicitur,
 a Leucosyris. omnes tamen Cappadoces, etiam usque ad mare
 Ponticum habitantes, Herodotus Leucosyros nuncupat, ad discrimen Sy-
 rorum qui ultra Taurum et Ciliciam incolunt, qui Melanosyri appellan-
 tur. minor autem Cappadocia, quae nunc inter themata censetur, fini-
 tima est Lycaoniae et Caesaream usque pertingit, ac extenditur ad ini-
 tium thematis Buccellariorum usque; desinit vero ad orientem Rodentum
 usque, et ad propugnaculum quod vocatur Luli, atque ad ipsam Poden-
 dum usque. ulteriora autem sunt partes Ciliciae, quarum praecipuae
 urbes sunt Tarsus Mopsuestia et Adana. et haec quidem est minor

μὲν ἢ μικρὰ Καππαδοκία, ἢ ἄρτιως εἰς θέματος ὄνομα χρηματί-
 ζουσα. ἐπὶ δὲ τῶν ἄνω χρόνων εἴτε Ἰουστινιανοῦ εἴτε ἄλλου τινὸς
 τῶν βασιλέων τμηθείσης τῆς Καππαδοκίας εἰς τρία μέρη τὸ μὲν
 μεσόγειον ἐκλήθη Χαρσιανὸν ἀπὸ Χαρσίου τινὸς ἀρχοντος τῷ
 τότε καιρῷ εὐδοκίμησαντος ἐν τῷ πρὸς Πέρσας πολέμῳ, καὶ διὰ 5
 τοῦτο εἰς θέματος τάξιν καὶ στρατηγίδα μέχρι τοῦ νῦν ἐχρημά-
 τισε· τὸ δὲ κάτω καὶ πρὸς θάλασσαν ἐκλήθη Ἀρμενιακὸν διὰ τὸ
 εἶναι αὐτὸ πλησιόχωρον τῶν Ἀρμενίων, τὸ δὲ ἄνωθεν καὶ ὁμοροῦν
 τοῖς Λυκάοσι καὶ τῷ Ταύρω Καππαδοκία μικρά, ἢ νῦν, ὡς ἔφα-
 μεν, εἰς θέματος ὄνομα χρηματίζουσα. ἐβασιλεύετο δὲ μέχρις 10
 Ἀγούστου Καίσαρος. ἦν δὲ ὑπὸ τὴν Περσικὴν ἐξουσίαν, πρὶν
 ἢ τὸ Ῥώμης ἀῶξῆθῃναι βασιλεῖον. ἐγένετο δὲ καὶ αὐτόνομος,
 ὅτε Ἀριαράθης ἤρχεν αὐτῆς ὁ βασιλεύς, ἔξ οὗ καὶ ἡ ἕμνη ἢ τὸ
 ἄλας τίκτουσα, ἦν ἄρτιως βαρβαρίζοντες Καρὰτιαν καλοῦσιν,
 Ἀριαράθεια ἐπωνόμαστο. μετὰ δὲ Ἀριαράθην βυσιλεύει αὐτῆς 15
 Ἀρχέλαος ὁ κηδεστῆς Ἡρώδου τοῦ βασιλῆως τῆς Ἰουδαίας. μετὰ
 δὲ τοῦτον πανσαμένης τῆς βασιλείας εἰς ἐπαρχίαν παρὰ τῶν Ῥω-
 μυαίων τὸ σῆμα μετέβαλε, καὶ ἀνθύπατος ταύτην ἐδασμολόγει τε
 καὶ διετάττετο. εἰσι δὲ πόλεις ἐπίσημοι κατὰ τὴν πρώτην ἐπαρχίαν
 P 7 τέσσαρες, Καισάρεια μητρόπολις, ἢ ἀπὸ τοῦ μεγάλου Καίσαρος 20
 Ἰουλλίου ὀνομασθεῖσα, ἧτις πρότερον ἐκαλεῖτο Μάζακα ἀπὸ Μο-

| | | |
|---------------------------------|--------------------|----------------|
| 1 ὄνομα θέματος AV | 2 ἄλλων τινῶν V | 5 παρενδοκίμη- |
| σαντος V | 8 αὐτὸ] τὸ V | 9 ἢ add A |
| 10 ὄνομα θέ- | 12 ἢ τῶν Ῥωμαίων A | 13 τὸ om V |
| ματος AV | 16 κηδε- | 17 ταῦτα A |
| στῆς ἦτοι ὁ συμπεθερός Ἡρώδου A | 18 ἐδασμολόγει V | ἐπαρ- |
| χίας AV | | χίας AV |

Cappadocia, quae non ita pridem thematis nomen nacta est. superiori-
 bus vero temporibus, sive Iustiniani sive alterius cuiusdam ex impera-
 toribus, Cappadocia in tres partes secta, mediterranea pars Charsianum
 vocabatur, a Charsio quodam duce, qui tum bello adversus Persas pro-
 spero gesto celebris erat; atque iccirco in thematis et praefecturae ordi-
 nem in hunc usque diem relata est. inferior vero pars, ad mare ver-
 gens, Armeniacum appellata est, quod sit regio Armeniis vicina. supe-
 rior autem pars, finitima Lycaonibus et Tauro, Cappadocia minor; quae
 nunc, ut diximus, thematis appellationem nacta sub regum dominatu fuit
 usque ad Augustum Caesarem; ante vero Romani imperii incrementum
 sub Persica potestate erat. sed et sui iuris fuit, cum Ariaratha rex ibi
 regnaret; ex quo etiam lacus sales gignens, quem modo barbari Caratia
 appellant, Ariarathaea nuncupabatur. post autem Ariaratham regnavit in
 eadem Archelaus affinis Herodis regis Iudaeorum. at postmodum cum
 desiisset gubernatio regia, in praefecturam a Romanis forma administra-
 tionis est immutata, et proconsul tributa ab ea colligebat et ipsi prae-
 erat. sunt autem in prima praefectura urbes celebriores quattuor, Cae-
 sarea metropolis, a magno illo Caesare Iulio ita nuncupata; quae antea
 vocabatur Mazaca, a Mosoch primo Cappadocum auctore. altera urbs

παῖς τοῦ τῶν Καππαδοκῶν ἀρχηγόνου, δευτέρα δὲ πόλις Νύσσα, τρίτη Θερμά, τετάρτη Ρεγεποδανδός. τῆς δὲ δευτέρας Καππαδοκίας εἰσι πόλεις ὑπὸ ἡγεμόνα δικτῶ, Τύανα Φουστινοπούλις Κέβιστρα Ναζιανζός Ἐρύσιμα Παρνασός Ρεγέδωρα Μιωκισσός, 5 καὶ φρούριον τὸ καλούμενον Κόρον. τῆς δὲ τρίτης Καππαδοκίας, ἣ τῶν ὀνομάζεται Ἀρμενιακόν, εἰσι πόλεις ἐπτὰ, Ἀμάσεια Ἴβωρα Ζάλιχος Ἄνδραπα Ἀμινσός Νεοκαισάρεια Σινώπη.

Διαβεβήθηται δὲ παρὰ πᾶσιν ἐπὶ κακοτροπίᾳ τὸ τῶν Καππαδοκῶν γένος, ὡς καὶ παροιμίαν περὶ αὐτῶν ἐξενεχθῆναι τοιαύτην, 10 "τρία κάππα κάκιστα, Καππαδοκία Κρήτη καὶ Κιλικία." καὶ ἐν ἐπιγράμμασι

Καππαδόκαι φαῦλοι μὲν αἶε, ζώνης δὲ τυχόντες

φαυλόταροι, κέρδους δ' εἵνεκα φαυλότατοι·

ἦν δ' ἄρα δις καὶ τρις μεγάλης δράξονται ἀπήνης,

15 δῆ τότε γίγονται φαυλεπιφαυλότατοι.

καὶ ἄλλως

Καππαδόκων ποτ' ἔχιδνα κακῆ δόκεν· ἀλλὰ καὶ αὐτῆ

καίθυκε γεσσαμένη αἵματος ἰσθόλου.

ἐκ δὲ ταύτης τῆς τὰ τοιαῦτα βλασφημουμένης ἐβλάστησαν ἄνδρες, 20 μᾶλλον δὲ εἰπεῖν ἑξανέτειλαν ὥσπερ ἀστέρες παλῶφωτοι, ἐπὶ σοφίᾳ διαβόητοι; ζηλωταὶ τῆς Χριστιανῶν πίστεως, Γρηγόριος ὁ θαυματουργός ὁ Νεοκαισαρείας ἐπίσκοπος, Φαίδιμος τε ὁ Ἀμασειας,

1 τῶν om C ἀρχηγόνου C 2 Ρεγεποδαντός V 5 φρούριον A τρίτης add A 7 Ἄνδραπα V 12 καππαδόκες A δὲ τυχόντες] δ' εἵνεκα A, δὲ εἵνεκα C 14 μεγάλης om C 17 ποτ' ἔχιδν' ἴδαιεν. ἀλλ' αὐτῆ C 18 αἵματος γεσσαμένη C 19 τῆς om A

Nyasa, tertia Therma, quarta Rhegepodandus. secunda vero Cappadociae praefectura urbes habet octo, Tyana Faustianopolin Cybistram Nazianzum Erysiama Parnasum Rhegedora Mocissum, et propugnaculum quod Corum dicitur. tertiae autem Cappadociae quae nunc appellatur Armeniacum, urbes sunt septem, Amasea Ibora Zalichus Andrapa Aminusus Neocaesarea Sinope.

Ceterum famosa apud omnes est ob nequitiam Cappadocum gens, adeo ut proverbium eiusmodi de illis feratur "tria cappa pessima, Cappadocia Creta et Cilicia." et in epigrammatibus "Cappadoces semper mali, cingulum vero nacti peiores, lucri vero gratia pessimi. cum vero bis aut ter magnum prehenderint currum, tunc sane evadunt mali ter et amplius." et aliud, "Cappadocem quondam eohidna mala momordit. sed et ipsa mortua est gustans sanguinem venena iaculantem." ex hac autem adeo infami gente pullularunt, imo vero veluti fulgidae quaedam stellae emicuerunt, vera sapientiae laude celeberrimi et Christianae fidei propugnatores acerrimi, Gregorius ille thauumatargus, Neocaesariensis episcopus, et Phaedimus Amaseus, et rex celeberrimus, qui sub Lici-

καὶ βασιλεὺς ὁ ἀοιδίμος ὁ ἐπὶ Λικίνου μαρτυρήσας ὑπὲρ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως, καὶ Βασίλειος ὁ Κομάνων ἀρχιεπίσκοπος, ὃς καὶ αὐτὸς μαρτυρῶν ἐτελειώθη, μεθ' οὗ κατετέθη τὸ λείψανον Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, Βασίλειός τε ὁ μέγας ὁ Καισαρείας ἐπίσκοπος, καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος ὁ Ναζιωνζοῦ τὴν ἐπισκοπὴν κληρωσόμενος, νυνὶ δὲ ἐν τῷ τῶν ἀποστόλων καθ' κατατεθεῖς μετὰ τῶν πατριαρχῶν ταύτης τῆς πόλεως ὑπὸ τοῦ εὐσεβοῦς καὶ φιλοχρίστου βασιλέως Κωνσταντίνου, αἱ τε ἀδελφοὶ τοῦ μεγάλου Βασιλείου, Πέτρος τε καὶ Γρηγόριος καὶ Νουκράτιος, Καισαρίης τε ὁ ἀδελφὸς Γρηγορίου τοῦ θεολόγου. 10

Καὶ ταῦτα μὲν τὰ τῆς Καππαδοκίας ὡς ἐν ἐπιτομῇ.

Θέμα τρίτον τὸ τῶν Θρακησιῶν.

Τὸ δὲ νῦν καλούμενον Θρακησιῶν θέμα πάλαι μὲν καὶ κατ' ἀρχὰς Ἀσία μικρὰ ὀνομάζετο, καὶ ὁ ταύτης κρατῶν ἀνθύπατος Ἀσιάρχης ἐλέγετο. καὶ ἵνα μὴ λέγω τοὺς ἔξωθεν, αὐτὸς ὁ μάρ-
 P 8 τυς τῆς ἀληθείας Λουκᾶς ὁ εὐαγγελιστὴς καὶ ἀπόστολος ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων τὸ αὐτὸ λέγει, μνημονεύων Ἀλεξάνδρου τοῦ τότε πρωτεύοντος τῶν Ἐφεσίων, Ἀσιάρχην αὐτὸν ἀποκαλῶν. Θρακησίοι δὲ ἐπεκλήθησαν ἀπὸ τῆς τοιαύτης αἰτίας. ἐπὶ τῶν ἡμερῶν Ἀλνάττου τοῦ τῶν Λυδῶν βασιλέως ἀνὴρ τις μετὰ τῆς 20 γυναικὸς καὶ τῶν αὐτοῦ τέκνων ἐκ Μυσίας τῆς τῶν Θρακικῶν χωρᾶς ὀφρῶμενος, ἧς καὶ Ὀμηρος μνημονεύει λέγων οὕτως,

1 τῶν om C

2 καὶ ὁ βασιλεὺς AV

5 ἀρχιεπίσκοπος V

6 ἐν add A

8 Κωνσταντίνου om C

9 καγκράτιος V

καὶ καισαρίης τε V, καὶ καισαρίου δὲ A

11 ὡς om C

του C

τῆς om V

21 ἐαυτοῦ V

nio martyrium pro fide Christiana subiit. et Basiliscus Comanensium archiepiscopus, qui etiam ipse martyrio obiit et cum quo conditae fuerunt reliquiae Ioannis Chrysostomi; praeterea Basilius magnus Caesariensis episcopus, et Gregorius theologus, qui fuit episcopus Nazianzenus et nunc in aede apostolorum una cum patriarchis huius urbis a pio et Christianae fidei studiosissimo imperatore Constantino positus iacet. insuper fratres Basili magni, videlicet Petrus Gregorius et Naukratius, nec non Caesarius Gregorii theologi frater.

Atque haec quidem de Cappadocia veluti compendio dicta sint.

Thema tertium dictum Thraciesiorum.

Quod vero nunc Thraciesiorum thema appellatur, olim quidem et ab initio Asia minor dicebatur, et qui huic praeerat proconsul praefectus Asiae nuncupabatur. et ne externos afferam, ipse testis est veritatis Lucas evangelista et apostolus, qui in Actis apostolorum idem asserit, ubi mentionem faciens Alexandri, qui tum temporis apud Ephesios primatum obtinebat, eum appellat praefectum Asiae. Thraciesiorum vero appellatio hanc originem habet. temporibus Alyatti Lydorum regis, vir quidam cum uxore et liberis profectus ex Mysia Thraciae regione, cuius

Μυσῶν τ' ἀγγεμέλων καὶ ἀγαυῶν Ἰαπημβόλων,
 διεπέρασεν εἰς τὰ μέρη τῆς Ἀσίας εἰς χώραν τὴν λεγομένην Λυ-
 δίαν, καὶ κατέκηκε πλησίον τῆς πόλεως Σάρδεων. τοῦ οὖν βα-
 σιλέως πρὸς τῷ τῆς πόλεως τείχει καθέζομένου διήροχοτο ἡ γυνή
 5 τοῦ Θρακῆος ἐπὶ μὲν τῆς κεφαλῆς βυστάζουσα στάμινον, ἐπὶ δὲ
 τῶν χειρῶν ἡλακίτην καὶ ἄτρακτον, ὅπισθεν δὲ πρὸς τὴν ζώνην
 ἵππος τις προσεδέδετο· καὶ ἐπὶ μὲν τῆς κορυφῆς ὁ στάμιτος ἦν
 μοτὸς τοῦ ὕδατος, ἐν δὲ ταῖς χερσὶν εἰργάζετο νήθουσα ἐκ τῆς
 ἡλακίτης τὸν ἄτρακτον, ὅπισθεν δὲ πρὸς τὴν ζώνην ἠκολούθει ὁ
 10 ἵππος ἀπὸ τῆς πηγῆς πεπυσισμέτος. ταύτην ἰδὼν ὁ βασιλεὺς με-
 γάλως ἐθαύμασε, καὶ ἠρώτησε· πῶθεν καὶ τίς καὶ ποῦς ἐστὶ πό-
 λεως. ἣ δὲ ἀπεκρίνατο Μυσῶν μὲν εἶναι τὸ γένος, Θρακῆος δ'
 ἐστὶν αὕτη τὸ πῶλινον. λιβῶν οὖν βασιλεὺς ἀπὸ τῆς γυναικὸς
 ἀφορήτην, πρὸς τὴν τῆς Θρακῆος βασιλεία-ποιησάμενος,
 15 Κότυν ὀνομαζόμενον, ἐκείθεν ἔλαβεν ἄνδρας μετοίκους μετὰ γυ-
 ναικῶν καὶ τέκνων, ὄχλον ἰκανόν. ἐκ τούτου τοῦ γένους ὠνομή-
 σθησαν οἱ τὴν μικρὰν Ἀσίαν οἰκοῦντες Θρακῆσιδι διὰ τὸ εἶναι
 αὐτοὺς ἐργασίους ἐργάσιους τε καὶ χειρῶνακτας. ἔλον δὲ τὸ τῶν
 Θρακῆσιων θέμα ἐκ γενῶν συνίσταται τοιῶνδε, Λυδῶν Μαιώνων
 20 Κυρῶν Ἰώνων· καὶ Ἴωνες μὲν καλοῦνται οἱ κυτσοκούντιες Μιλητῶν
 τε καὶ Ἐφεσῶν, οἱ δὲ τὸ μεσόγειον Σαρδιανοὶ Λυδοὶ τε καὶ Μαιό-
 νες καὶ Κᾶρες καὶ οἱ τῆς μικρᾶς Φρυγίας οὐκίητορες. καὶ οὕτως

4 τὸ πόλιος τείχος V 5 τῆς κεφαλῆς μὲν C 7 ἡ στάμιτος V
 ἢ μετὰ A 10 τῆς om A 13 πῶλινον C 19 τούτων V
 20 Ἰώνων καρῶν C

etiam meminît Homerus, inquiring sic "Mysorumque comminus pugnan-
 tium et illustrium Hippemolgorum," in eam Asiae regionem venit, quae
 Lydia dicitur, et prope Sardorum urbem habitavit. rege itaque ad mu-
 rum urbis consistente, praeteriit Thracis uxor urnam capite gestans,
 manibus vero colum et fustum, a tergo autem equus zonae alligatus; at-
 que urna quidem, quam vertice gerebat, referta erat aqua, manibus vero
 nens colum et fustum exercebat; pone autem equus, quem adaquarat,
 cingulo annexus sequebatur. hac conspecta rex vehementer admiratus
 est, et unde, quanam, ex qua urbe esset, interrogavit; quae respondit
 Mysiam se natione esse: est vero id Thraciae oppidulum. rex itaque
 arrepta ex hac muliere occasione, missa ad regem Thracum Cotyn nan-
 cupatam legatione, colonos inde cum uxoribus et liberis accepit, turbam
 satis numerosam. ex hac natione appellati sunt Asiae minoris incolae
 Thracēsii, quod sint operosi ac laboriosi et opere manuario victam sibi
 quaerentes. universam vero Thracēsiorum thema hisce gentibus con-
 stat, Lydis Maeonibus Caribus Ionibus. atque Iones quidem nuncupan-
 tur qui Miletum et Ephesum incolunt; qui vero mediterranea habitant,
 Sardiiani Lydi Maeones et Cares et minoris Phrygiae incolae. atque

μὲν οἱ Θρακῆσιοι· ταύτην δὲ τὴν ἱστορίαν Νικόλαος ὁ Λαμιασκ-
 νός γράφει ἐν τῷ δεκάκτι καὶ δεκάτῳ αὐτοῦ βιβλίῳ, ὃ γεγονώς ὑπο-
 γραφεὺς Ἡρώδου τοῦ βασιλέως. ἀνομάσθησαν δὲ Θρακῆσιοι
 διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς ἐκ τῆς τῶν Θρακῶν γῆς, ὡς περ εἶπομεν.
 εἰσι δὲ πόλεις περὶ τὴν Ἀσίαν καί, πρώτη μὲν Ἐφεσος, δευτέρα⁵
 δὲ Σμύρνα, τρίτη Σάρδεις, τετάρτη Μίλητος, πέμπτη Πριήνη,
 ἕκτη Κολοφών, ἑβδόμη Θυάτιρα, ὄγδοη τὸ Πέργαμον, ἐνάτη
 Μαγνησία, δεκάτη Τράλλεις, ἑνδεκάτη Ἱεράπολις, δωδεκάτη
 Κολόσσαι αἱ νῦν λεγόμεναι Χῶναι, ὃ ἔστι ναὸς διαβόητος τοῦ
 ἀρχαγγέλου Μιχαήλ, ιγ Λαοδικαίαι, ιδ Νύσσα, ιε Στρατονί-
 10 κια, ις Ἀλάβανδα, ιζ Ἀλίνδα, ιη Μύρινα, ιθ Τεός, κ'
 P 9 Λέβεδος, καὶ Φιλαδέλφεια, καὶ ἄλλαι τινές. καὶ ταῦτα μὲν
 περὶ τούτων.

Τέταρτον θέμα τὸ καλούμενον Ὀψίκιον.

Τὸ δὲ θέμα τὸ καλούμενον Ὀψίκιον πᾶσιν ἔχει γνώριμον¹⁵
 τὴν προσηγορίαν· ὀψίκιον γὰρ Ῥωμαῖσι λέγεται, ἅπερ σημαίνει
 τῇ τῶν Ἑλλήνων φωνῇ τοὺς προπορευομένους ἐμπροσθεν τοῦ βα-
 σιλέως ἐπὶ ἐνταξίᾳ καὶ τιμῇ. ὅθεν οὐδὲ στρατηγὸς χρηματίζει ὁ
 τοῦ ὀψικίου ἡγούμενος, ἀλλὰ κόμης καὶ τὴν ὀνομασίαν καὶ τὴν
 προσωπίαν προσαγορεύεται, ἣ δὲ περιοχὴ τοῦ Ὀψικίου ὑπὸ²⁰
 τασούτων φυλῶν τε καὶ ἐθνῶν κατοικεῖται, ἀπὸ μὲν Θαλάσσης

5 κατὰ A κ' V 8 τοῦ δὲ C 11 ἀλάβανδος C 12 καί
 Φιλαδέλφεια om V 15 δὲ om C 16 ὀψίκιον δὲ λέγεται
 Ῥωμαῖσι C 17 τὴν τῶν Ἑλλήνων φωνῇ C τῶν om V et
 Bandurius: in codice id esse testatur Morellus προρευομένους C
 21 τς om C

ita quidem se habent Thracessii. hanc vero historiam scribit Nicolaus
 Damascenus decimo octavo historiae suae libro; qui quidem fuit scriba
 Herodis regis. Thracessii autem appellati sunt, quod ex Thracum re-
5 ἑαυτὴν? 21 ἐγκολπίσασθαι Moursius pro ἐγκαλλωπίσασθαι
 22 ἀκολουθήσατέ?

tem per omnes passim aedes, Gycia vero in suis, largiter potare do-
 mesticos suos iubens, ut ebrii facti citius cubitum discederent, puellis
 tantum cubicularis sobrietate indicta; et ipsa quoque a vino absti-
 nebat: nam poculo purpureo invento puellae cubiculariae, quae ne-
 gotii conacia erat, id dedit, iussitque in eo aquam sibi miscere; quod
 cum maritus eius videret, aquam illam bibere non suspicabatur: ubi
 autem iam vespere venisset, civesque, uti iam dictum est, epulandi sa-
 tietas cepisset, Gycia ad maritum inquit “postquam epulati sumus,
 age etiam nos cubitum eamus;” quem ille sermonem libens audivit,
 et somno se dedit: neque enim iniicere ipse hoc poterat, ne uxori
 de dolo suspicandi causam praeberet. mandat itaque Gycia ianuas
 omnes ac ostiola obserari, et adferri sibi pro more claves; quod ubi
 factum esset, fidae cubiculariae doli gnarae in aurem dixit “abi cum
 reliquis cubiculariis, et solerter aufer omnia ornamenta mea aurum-
 que, et quidquid utile in sinu asportare potestis, ac vos parate ut,
 cum iussero, me sequamini.” at illae quidem mandatis morem gere-
 ra-

μαι. τοῦ δὲ ἀνδρὸς αὐτῆς· θῆθεν ἀνακλιθέντες τοῦ ἐκ συντόμου κοιμηθῆναι διὰ τάχους αὐτὸν πάλιν ἀταστῆναι πρὸς ἐπιβουλὴν τῆς πέλειως, ἣ δὲ Γυκία παρέσυρε τοῦ καθευδῆσαι ἕως ἂν πᾶσα ἡ φασιλία αὐτῶν ἐκοιμηθῆ. ὁ δὲ ἀνὴρ αὐτῆς ἐκ τοῦ πολλοῦ κέτον ἀφύπνωσεν. ἣ δὲ Γυκία ἰδοῦσα τοῦτων κοιμηθέντα εὐφωῶς τὸν κατώνα τῆ κλειδίῳ ἤσφαλίσατε, ἀποκλείσασα τὸν ἄνδρα, καὶ καταλθοῦσα ἐκ τοῦ οἴκου σὺν ταῖς κουβικουλαρέαις αὐτῆς, ἐξελθοῦσα τῶν παραπυλίων ἡσύχως καὶ κλείσασα, εὐθέως ἐπέτρεψε τοῖς τῆς πόλειως διὰ τάχους ἐμβληθῆναι τὸ πῦρ κύκλῳ τοῦ οἴκου. βληθέντος δὲ τοῦ πυρὸς καὶ τοῦ οἴκου ἀναφθόντες, εἴ ποῦ τις τῶν ἔσωθεν ὄντων ἐκπηδῆσαι ἐδυστήθη ἢ ἑαυτὸν εἶμαι, ὑπὸ τῶν πολιτῶν κατασφάγη. τοῦ δὲ οἴκου παντὸς καὶ τῶν ἐν αὐτῷ ἑως ἐδίφρους καταφλεχθέντων διέσωσεν ὁ θεὸς τὴν Χερσωνιτῶν πόλιν ἐκ τῶν ἐπιβούλων Βοσποριανῶν. ἣ δὲ Γυκία βουλομένη τῶν πολιτῶν τὴν καταφλεχθεῖσαν αὐτῆς οἰκίαν θραῖξαι καὶ καθῆραι τὸν τόπον πρὸς οἰκοδομὴν οὐκ εἴσεν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐπέτρεψε πάσῃ πόλει φέρειν ἕκαστον αὐτῶν καὶ ἐκθεῖν ἐν τῷ τῆν πᾶσαν αὐτῶν κεκρίαν πρὸς τὸ ἐν αὐτοῖς κατασθῆναι τὴν πᾶσαν αὐτῆς οἰκίαν ὡς πρὸς ἐπιβουλὴν τῆς πόλειως γενομένην. διὸ καὶ ἐκλήθη ὁ τόπος Λαμμάχου σκοπῆ ἕως τῆς σήμερον.

Τούτων οὖν ἀπάντων γενομένων, ἰδόντες οἱ Χερσωνῖται τὴν τοιαύτην ἄπειρον ὑπὸ τῆς Γυκίας εἰς αὐτοὺς μετὰ θεῶν

tes paratae erant: maritus autem eius cum cubitum se dedisset, pueris dormiturus, ut ocius mox surgere rorsum posset ad urbem ex insidiis opprimendam, Gycia dormire distulit quoad familia-tota somnum cepisset; cumque maritum vino obratum dormire videret, observato tacite cubiculo eum inclusit, discedensque cum cubiculariis suis placide egressa foribus, cum eas clausisset, statim cives quam citissime undique domum incendere iussit. igne vero iniecto et domo incensa, sicubi quispiam eorum qui intus erant prosiliret, a civibus occidebatur. atque ita domo, cum omnibus qui in ea inclusi erant, solo tenus exusta, Chersonitarum urbem ab insidiatoribus Bosporianis deus servavit. Gycia autem, cum domum, quae conflagraverat, restaurare cives vellent, non permisit; quin potius sordes ac stercora omnes illuc congregare iussit, ut tota illi obrueretur, utpote in qua positae urbi insidiae fuissent; unde et in hunc usque diem Lamachi specula locus ille appellatur.

His igitur omnibus sic gestis, videntes Chersonitae infamitatem Gyciae post deum in ipsos beneficentiam, quae omnibus rebus suis sa-

γενομένην εὐεργεσίαν, καὶ ὅτι οὐδενὸς τῶν αὐτῆς τὸ σύνολον ἐφείσατο ἀλλὰ τὴν σωτηρίαν τὴν πόλεως προσημίησεν, ὑπὲρ τῆς τοιαύτης μοσθαποδοσίας δύο χαλκοῦς ἀνδριάντας πρὸς τιμὴν αὐτῆς ἐν τῇ πλατείᾳ τῆς πόλεως ἀνήγειραν, νεάζουσιν αὐτὴν τῇ ἡλικίᾳ δεικνύοντες, καθ' ὃν καιρὸν ἦν τότε συμβαίνουσα, ἐν τούτοις δεικνύοντες καὶ τὴν αὐτῆς ἄφατον εὐεργεσίαν καὶ στοργὴν περὶ τοῦς πολίτας, ὅτι καὶ ἐν ἡλικίᾳ νέα οὖσα οὕτως ἐφρόνησεν τὴν ἰδίαν πατριδα μετὰ θεὸν περισώσαι. ἐν μὲν γὰρ τῇ μιᾷ στήλῃ σωφρόνως αὐτὴν κακαλλοποιήσαντες, καὶ τὰ τῆς ἐπιβουλῆς τοῦ οἰκείου ἀνδρὸς τοῖς πολίταις ἐμφαίνουσιν, ἐν δὲ τῇ ἑτέρῃ ἐναγώνιον αὐτὴν καὶ ἠκαμνονομένην κατὰ τῶν τῆς πόλεως ἐπιβούλων ἀποδεικνύοντες ἐν οἷς καὶ ἐπέγραψαν ἐν τῇ τοῦ ἀνδριάντος αὐτῆς βάσει ἅπασαν τὴν ὑπ' αὐτῆς μετὰ θεὸν γενομένην τοῖς πολίταις εὐεργεσίαν. εἴπερ μέλλει τις εἶναι φιλόκαλος, τῆς αὐτῆς συνεχῶς κατὰ καιρὸν τὴν βάσιν ἀποσμήχει πρὸς τὴν τῶν ἐν αὐτῇ γενομένων ἀνάγκασιν τε καὶ ὑπόμησιν τῶν ὑπ' αὐτῆς γενομένων, ἔλεγχον δὲ τῶν ἐπιβούλων Βοσποριανῶν.

Μετὰ δὲ χρόνους τινὰς σταφανηφοροῦντος καὶ πρωτεύοντος τῶν Χερσωνιτῶν Στρατοφίλου τοῦ Φιλομούσου, πάνυ σεφωτάτη οὖσα ἡ Γυκία καὶ θέλουσα δοκιμάσαι τοὺς Χερσωνίτας καὶ γινῶναι εἴ ἄρα ἀληθῶς μέλλωσι τὴν τοῦ ὄρκου ὑπό- P 156
σχεσιν ἐκπληροῦν καὶ θύπτειν αὐτὴν ἐν μέσῳ τῆς πόλεως, συλλογισαμένη μετὰ τῶν παιδίσκων αὐτῆς ἐποίησεν ἑαυτῇ

17 γεγραμμένων?

Item urbis potiorē habuerat, grati animi ergo duas ex aere statuas in honorem eius in platea urbis posuerunt, iuvenulam aetate repraesentantes cum haec acciderent, ostendentesque hac re ineffabilem eius beneficentiam amoremque erga cives, quae in iuvenill aetate constituta ita prudens fuerit ut patriam suam post deum conservaverit. ac in una quidem compositam eam ornatamque effinxerunt et mariti insidias civibus patefacientem; in altera vero certantis habitu insidiasque adversus cives vindicantis eam repraesentarunt: in basi autem totam beneficii ab ea civibus post deum praestiti historiam inscripserunt. et si quis honesti amantior haberi cupit, basin illam quandoque purgat, ut legi possit, ad renovandam rei gestae memoriam et ostendendas Bosporianorum insidias.

Aliquot vero annis post, principatum Chersonitarum tenente ac protegente Stratophilo Philomusi filio, cum prudentissima omnino Gycia esset et experiri Chersonitas vellet, ac scire an quod cum instrumento promiserant facturi ipsamque in medio urbis sepulturi essent, communicato cum puellis suis consilio, veluti tristitia ex rebus

τινα ἀηδιζομένην καὶ ἀποθανούσαν· καὶ κηδεύεσθαι αὐτὴν αἱ παιδίσκαι ἐμήνυσαν τοῖς πολίταις, λέγουσαι ὅτι ἡ κορία ἡμῶν ἐτελεύτησε, καὶ ἐν ποίῳ τόπῳ μέλλει θάπτεσθαι, ὑποδείξατε ἡμῖν. οἱ δὲ Χερσωνῖται ἀκούσαντες ὅτι τέθνηκεν ἡ Γυνία, σκεπάμενοι καθ' ἑαυτοὺς οὐκέτι τὸ ἱκανὸν τοῦ ὄρκου ἔσπευσαν ποιῆσαι ὥστε ἐν μέσῳ τῆς πόλεως αὐτὴν ταφῆναι, ἀλλὰ ἄραυτες αὐτὴν ἐξήνεγκαν ἔξω τῆς πόλεως αὐτὴν ταφῆναι. ἀποκειθέντος δὲ τοῦ κραβαίου πρὸς τὸ μνήμα ἀνακαθίσασα ἡ Γυνία, καὶ περιβλεψαμένη πάντας τοὺς πολίτας, λέγει "αὕτη ἡμῶν ἐστὶν ἢ μετὰ ὄρκου ὑπόσχεσις; οὕτως ἀλλ-10 θένετε περὶ πάντων; ἀβάλα λοιπὸν τῷ πιστεύοντι Χερσωνίτη πολίτῃ." οἱ δὲ Χερσωνῖται ἰδόντες τὴν ὑπ' αὐτῆς γενομένην αὐτῶν χλευσὴν, ἀισχυθέντες μεγάλως ἐπὶ τῷ γεγονότι τῆς παραβάσεως πράγματι, παρεκάλουν αὐτὴν πολλὰ τοῦ ἡσυχάσαι καὶ παραχωρῆσαι αὐτοῖς τὸ πταῖσμα καὶ μὴ ἐπὶ πλείον ὅτι-15 δίζειν αὐτοῖς. λοιπὸν δευτέροις ὄρκοις αὐτὴν ἐπιστωσάτω ὥστε μηκέτι ἔξω τῆς πόλεως θάψαι αὐτὴν, ἀλλ' ἐν μέσῳ τῆς πόλεως. ὃ δὲ καὶ ἐποίησαν· καὶ γὰρ αὐτῆς ζώσης ἔτι ἐν ᾧ τόπῳ ἤρατιστα τὴν σορὸν αὐτῆς ἐστήσαντο, καὶ ἀνδριάντα χαλκὸν καὶ ἕτερον ἡγυῖραν, καὶ τοῦτον χρυσώσαντες ἔστησαν²⁰ πρὸς τῇ ταφῇ αὐτῆς πρὸς περισσοτέραν πίστωσιν.

Ἰστέον ὅτι ἔξω τοῦ κάστρου Ταμάταρχα πολλαὶ πηγαὶ ἐπάρχουσιν ἄφθαν ἀναδιδούσαι.

20 χαλκοῦν?

quibusdam concepta mortuam se simulavit, et curato eius funere puellae civibus indicant obisse dominam suam, itaque locum sepulturae assignarent. Chersonitae vero intellecta Gyciae morte, cum inter se deliberassent, neglecto iuramento quo in media urbe sepeliendam promiserant, extra urbem eam extulerunt, ut illic sepelirent cumque iam depositus esset ad monumentum lectulus, erigens se civisque omnes circumspiciens "haeccine" inquit "vestra cum iuramento data fides? ita in omnibus veraces estis? heu in posterum ei qui civi Chersonitae crediderit." at Chersonitae deceptos se ab illa videntes, erubescentes supra modum quod fidem datam non observassent, rogant uti taceret et delicti huius veniam daret neque ulterius exprobraret; atque iterato sacramento se obstriaxerunt in media urbe, non extra eam, sepulcrum daturus; quod et fecerunt. nam ad huc viventi, quem ipsa locum tumulo elegisset, eum dederunt, statuatque ex aere alteram erexerunt, quam inauratam iuxta sepulcrum collocaverunt, ut plenior fidem facerent.

Sciendum vero est extra urbem Tamatarcha multos esse fontes, qui bibentibus ulcera in summo ore excitent.

Ἰστέον ὅτι ἐν Ζηχίᾳ πρὸς τὸν τόπον τῆς Πλύγης τῆς οὐ-
σης πρὸς τὸ μέρος τῆς Παπαγίας, ἐν ᾗ κατοικοῦσι Ζηχοί,
ἐννεῖα πηγαὶ εἰσὶν ἄφθαι ἀναδιδούσαι· πλὴν οὐχ ὁμοχροοῦσι
τῶν ἐννεῖα πηγῶν τὰ ἔλαια, ἀλλὰ τὰ μὲν ἐξ αὐτῶν εἰσὶν ἐρυ-
5 θρὰ τὰ δὲ ξανθὰ τὰ δὲ μελανώτερα.

Ἰστέον ὅτι ἐν Ζηχίᾳ ἐν τῷ τόπῳ τῷ καλουμένῳ Πάπαγι,
ἐν ᾗ καὶ πλησίον ἔστι χωρίον ἐπονομαζόμενον Σαπαξί, ὃ
ἐρμηνεύεται κοινοτόκος, ἔστιν ἐκεῖσε βρύσις ἄφθαι ἀναδι-

10 δούσα ἐν τῷ χωρίῳ τῷ καλουμένῳ Χαμούχ. τὸ δὲ Χαμούχ
ἔστιν ὄνομα τοῦ σφιστησαμένου ἀρχαίου ἀνδρός τὸ χωρίον·
τὸ οὖν χωρίον ἐκεῖνο διὰ τοῦτο ἐκλήθη Χαμούχ. ἀπέχουσι
δὲ οἱ τοιοῦτοι τόποι ἀπὸ τῆς θαλάσσης ὁδὸν ἰδιοκαβάλλον
ἡμέρας μᾶς.

15 Ἰστέον ὅτι ἐν τῷ θέματι Δερζηνῆς, πλησίον τοῦ χωρίου
τὰ Σαπικίον καὶ τοῦ χωρίου τοῦ ὀνομαζόμενου Ἐπισκοπίον,
ἔστι πηγὴ ἄφθαι ἀναδιδούσα.

Ἰστέον ὅτι ἐν τῷ θέματι τοῦ Τζιλιάπερτ ὑπὸ τὸ Σρε-
χιαβαράξ ἔστιν ἐκεῖσε πηγὴ ἄφθαι ἀναδιδούσα.

20 Ἰστέον ὅτι εἰ ἀντάρωσι ποτε οἱ τοῦ κάστρου Χερσῶνες
ἢ ἐναντία τῶν βασιλικῶν κελεύσεων βουλευθῶσι διακρούξαι-
σθαι, ὀφείλουσι τηρικᾶντα ὅσα εὔρεθῶσιν ἐν τῇ πόλει Χερ-
σωνικὰ καρύβια μετὰ τοῦ γόμου αὐτῶν εἰσακομίζεσθαι· οἱ

7 Ζαπαξί M 9 Ἰστέον — ἀναδιδούσα om M 16 χωρίου
Τασαπίου M 20 εἰ ἀντάρωσι — Χερσῶνος add B

Sic quoque in Zichia ad locum qui Page dicitur, versus Papa-
giam, ubi Zichi habitant, novem fontes sunt, qui ulcera in summo
ore faciunt. sed non eundem colorem habet novem horum fontium
oleum: nam hoc rubrum est, illud flavum, istud subnigrum.

In Zichia, in loco qui Papagi dicitur, cui vicinum est quod Sa-
paxi appellatur, id est pulvis, scaturigo est, quae ulcera in summo
ore excitet.

Exatque altera etiam ibidem scaturigo eiusdem efficaciae in agro
nuncupato Chamuch, qui a Chamuch auctore suo nomen habet. di-
stant vero loca haec a mari spatium quod uno quis die proprio equo
conficere posset.

In Derzenes quoque themate, prope pagum Sapicii dictum et
alterum episcopi nuncupatum, itidem fons est ulcus excitans.

Ut et in themate Tziliapert in loco qui est pagi Srechiabarax.

Sciendum vero, quod si aliquando Chersonitae rebellionem ten-
tent aut imperatoris se iussis opponant, omnia eorum carabia, quae-
cunque invenientur, cum oneribus in urbem introduci debent; nau-

δὲ ναῦται καὶ ἐπιβάται Χερσωνῖται ἵνα δεσμεύωνται καὶ
 P 157 ἐναποκλείωνται εἰς τὰ ἐργαλεῖα, εἰθ' οὕτως ἄφειλοῦσιν ἀπο-
 αιτῆσαι τρεῖς βασιλικοί, εἰς μὲν ἐν τῇ παραλίᾳ τοῦ θέματος
 τῶν Ἀρμενιῶν, ἕτερος δὲ ἐν τῇ παραλίᾳ τοῦ θέματος Πα-
 φλαγονίας, καὶ ἄλλος ἐν τῇ παραλίᾳ τοῦ θέματος τῶν Βου-5
 κηλαρίων, ἵνα πάντα τὰ Χερσωντικὰ καράβια κρατῶσι, καὶ
 τὸν μὲν γόμον καὶ τὰ καράβια διακομίζωσι, τοὺς δὲ ἀνθρώ-
 πους δεσμεύωσι καὶ ἐναποκλείωσιν εἰς δημοσίους φυλακὰς, καὶ
 ἀναγγάωσι περὶ τούτων καὶ ὡς ἂν δέξωνται. πρὸς τούτοις
 ἵνα οἱ τοιοῦτοι βασιλικοὶ καλύωσι καὶ τὰ Παφλαγονικὰ καὶ 10
 Βουκελλαρικὰ πλοῦα καὶ πλαγιτικὰ τοῦ Πόντου τοῦ μὴ δια-
 περᾶν ἐν Χερσῶνι μετὰ σίτου ἢ οἴνου ἢ οἴας δήποτε χρείας
 ἢ πράγματος. εἰθ' οὕτως ἄφειλεῖ δέξασθαι καὶ ὁ στρατηγὸς
 τοῦ κόψαι καὶ τὰς δέκα λίτρας τὰς διδομένας ἀπὸ τοῦ δημο-
 αίου εἰς τὸ κάστρον Χερσῶνος καὶ τὰς δύο τοῦ πάκτου, καὶ 15
 τρηκαῦτα ἀναχωρῆσαι ἀπὸ Χερσῶνας τὸν στρατηγόν, καὶ
 ἀπελθεῖν ἐν ἑτέρῳ κάστρῳ, καὶ καθοσθῆναι ἐκεῖνος.

Ὅτι εἰάν οὐ ταξιδεύσωσιν οἱ Χερσωνῖται εἰς Ῥωμανίαν
 καὶ πιπράσκωσι τὰ βυρσάρια καὶ τὰ κηρία, ἄνερ ἀπὸ τῶν
 Πατζινακικῶν πραγματεύονται, οὐ δύνανται ζῆσαι. 20

Ὅτι εἰάν μὴ ἀπὸ Ἀμινσοῦ καὶ ἀπὸ Παφλαγονίας καὶ τῶν
 Βουκελλαρίων καὶ ἀπὸ τῶν πλαγιῶν τῶν Ἀρμενιῶν περά-
 σωσι γεννήματα, οὐ δύνανται ζῆσαι οἱ Χερσωνῖται.

Ὁ δέξωνται B vulgo δόξωνται

tae vero vectoresque Chersonitae in carcerem et in vincula conici,
 atque inde tres Caesariani ablegari debent, unus versus oram mari-
 timam thematis Armeniacorum, alter versus Paphlagoniae, tertius ver-
 sus Buccellariorum, qui Chersomitica carabis omnia comprehendant,
 et ea quidem simul cum oneribus in urbem adducant, homines vero
 vinctos in publicis carceribus concludant, ac de iis, et quomodo ce-
 perint, referant. praeterea praedicti Caesariani prohibeant ne Pa-
 phlagonicae Buccellaricae ac Ponticae naves in Chersonem traiciant
 cum frumento vino aut aliis denique rebus necessariis. deinde rescin-
 det quoque praetor decem libras quae e fisco Chersonitis penduntur,
 et aliae duas quae ex pacto dantur, et tunc Chersone discedens in
 aliam se urbem conferet illicque commorabitur.

Chersonitae enim, nisi in Romania praesidia agant coriaque ac
 ceram vendant, quorum commercia cum Patzinacitis habent:

Item nisi ab Amisno Paphlagonia Buccellaris, atque ab iis qui
 Armeniacis obiacent, commeatum advehant, vitam tolerare nequeunt.

ANIMADVERSIONES
IN
CONSTANTINI PORPHYROGENITI
LIBROS
DE THEMATIBUS
ET DE ADMINISTRANDO IMPERIO.

ERUDITO LECTORI

ANSELMUS BANDURIUS.

De Constantini Porphyrogeniti operibus a nobis editis satis multa diximus in Praefatione: quantum vero literarum studiis idem imperator faverit, et nemo ignorat, et nos initio animadversionum nonnulla tradidimus *). restat ut hic quaedam breviter ad animadversiones moneamus. et quidem varias lectiones, quae passim in hisce nostris animadversionibus occurrunt, ideo apposuimus ut lectiones illas quae auctoris sensum immutare posse videbantur, aliorum ingeniis diiudicandas exhiberem: nam quae parvi momenti sunt, ea nulla apposita adnotatione, vel quod ita in mss Regiis, quos in praefatione citamus, legebatur vel quod ita legi debebat, veluti scribarum menda, qui diphthongos et vocales mire confundere solent, castigamus. loca varia Constantini, praecipue ex libris de Thematibus, quos ex operibus veterum scriptorum et praesertim Stephani Byzantii concinnaverat, auctoritate item veterum scriptorum et imprimis geographorum passim emendamus et illustramus. Hieroclis autem Synecdemum opus de provinciis ac urbibus imperio Orientali olim subiectis, a scriptore nostro citatum, et ex quo multa ad verbum, ut aiunt, exscripsit idem Porphyrogenitus, integrum post libros de Thematibus ideo edidimus, ut facile utrumque opus conferri posset. librum vero de administrando imperio, qui quod multa contineat aliis historicis ac geographis vel ignota vel ab eis silentio praetermissa, difficillimus intellectu videtur, quo potuimus modo illustrare conati sumus, praesertim ea quae de Dalmatia scribit.

*) eas animadversiones homo Ragusinus popularibus suis videtur scripsisse; quos cum forte libris parum instructos novisset, non dubitavit transcribere, quae ab aliis dudum inventa et tradita nec tum (a. 1711) nova essent, et nunc resecuri debuerint. I. B.

P. 11, *inscr.* Constantinus hic pluribus a scriptoribus laudatur a studio literarum: nam et iacentes liberales artes in decus pristinum restituit, et ipse imprimis literis deditus erat, ut testantur Cedrenus Zonaras Glycas aliique. primis porro imperii annis oppressus ille soceri tyrannide, seu necessitate coactus, seu dissimulata quam in Romanum gerebat similitate, libris legendis ac disciplinis ediscendis atque adeo scriptioni totum se dedit, quod prae ceteris testatur Luitprandus 3 9, ubi illius pietatem ac studia commendat hisce verbis: *Constantinus itaque Porphyrogenitus tum orationi tum lectionibus vacans totum se domino commendabat, opere manuum victum quaeritans. sane τὴν ζωγραφίαν, id est picturam, pulcre exercebat.* suae demum factus potestatis, oppresso tyranno Romano ac eius filiis, philosophiae et rhetorices ceterarumque omnium et artium et scientiarum studia pene deperdita ita restauravit ut urbs regia viris eruditus, quos ex universo orbe accivit, abundare coeperit. collectis insuper undique optimorum scriptorum in omni doctrinae genere exemplaribus Palatinam bibliothecam iis instruxit, quae non tam ipsius quam publico omnium usui foret, verum cum tantam tamque immensam librorum molem plerosque ab eorum lectione deterrere posse putaret, ipse, ut principem decuit, singulorum utilitati consulens, auctores omnes qui idem argumentum tractaverant ut in unum corpus compingerentur curavit, resectis superfluis, ac selectis ex unoquoque scriptore locis iis quae quisque elegantissime tractaverat. tales sunt *Γεωπονικῶν* libri ab illo collecti, ut libri titulus et argumentum declarant. alii non ipsius esse Constantini, sed eius iussu collectionem istam factam volunt, quam nescio cui Dionysio Uticensi adscribit Nicolaus Guibertus in Assertionem de Murrhinis p. 23, cum alii, ut Iacobus Maussacus ad Plutarchum de Fluminibus p. 194, auctoris nomen ignorari omnino contendant. ita *Ἰππιατρικῶν* libros ab eodem esse collectos plerique volunt. sed et Nonus medicus in libri de morborum curatione proemio Constantini iussu praeceptiones omnes medicas ex variis scriptoribus (horum tamen suppressis nominibus) collegisse se testatur. eiusdem item argumenti, id est medicinae, habetur anonymi scriptoris liber in bibliotheca Regia *περὶ διαίτης* seu de ciborum facultate; cuius quidem auctor in praefatione Porphyrogeniti iussu id se operis aggressum testatur. verum his, et si qui praeterea eiusmodi libri ad notitiam nostram non venerunt, et magnitudine operis et utilitate longe praestant collectanea historica in 53 titulos seu locos communes ab eodem Constantino aut potius illius iussu comprehensa. Lorum 53 tra-

ctatum (singuli repraesentabant librum in duo volumina divisum) primus imperatorum renuntiationem, vigesimus septimus legationes, quinquagesimus virtutes et vitia commemoravit. sed neque huic consilio, quo Porphyrogenitus praeclarum in modum de literis mereri contendebat, respondit eventus: quippe posteaquam illud pandectarum Historicarum opus solum a plerisque legebatur, Graecorum auctores quamplurimi, ex quibus illud erat compositum, neglecti, cum non amplius describerentur, tandem interierunt non absque magno rei literariae detrimento. quin haec ipsa Porphyrogeniti iussu concinnata miscellanea modo non omnia perierunt, ex quibus libros tantum duos, vigesimum septimum de legationibus et quinquagesimum de virtutibus et vitiis, iniuria temporum reliquit nobis superstites: illum quidem partim Fulvius Ursinus, partim Davides Hoeschelius, hunc vero Nicolai Fabricii Peirescii beneficio servatum Henricus Valesius, iis excerptis omissis quae iam in aetorum operibus separatim emissis reperiebantur, ediderunt. ex libris autem quos Constantinus ipse conscripsit plures editi habentur, quorum aliquot in unum volumen compegit Ioannes Meursius, nimirum libros duos de thematibus Orientis et Occidentis, librum de administrando imperio, novellas constitutiones aliquot, necnon fragmentum ex opere tactico eiusdem Constantini: sed hoc quidem opus tacticum integrum et absolutum extat ms in Bibliotheca Coisliniana. habentur insuper aliquot alia opuscula eiusdem Porphyrogeniti seorsim edita, atque in primis vita Basilii avi imperatoris publicata primum a Leone Allatio, deinde a Combefisio, qui et eius de imagine Edessena narrationem pariter edidit Graece et Latine, ut et anonymi historiam libris 4 comprehensam a Michaële Theophili filio, in quem desinit chronicon Theophanis, usque ad Michaëlem Methystam; quam quidem ipsius Constantini iussu conscriptam testatur in libri titulo ac prooemio, in quo et vitam Basilii Macedonis ab ipso nepote Constantino mira sermonis elegantia conscriptam asserit. laudatur praeterea ab Allatio in syntagmate de Symeonibus sermo de relatione corporis S. Ioannis Chrysostomi in urbem; qui quidem sermo habetur ms in codice Regio olim Telleriano. multa etiam stricta oratione composuisse Constantinum tradit Zonaras. ex quibus omnibus manifesto liquet Constantinum non modo fuisse omnibus disciplinis excoltissimum, sed et literarum extincta pene studia rursus instaurasse virosque eruditos propositis praemiis ad ea promovenda impulsisse *).

11, *ib.* Porphyrogeniti cognomen unde sit ortum pluri-

*) Bandurii sunt quae non aliud nomen subscriptum habent.

ribus a viris doctis iam disputatum est. vide Martinum Hankium de Byzantinarum rerum scriptoribus 1 15, et Ducangii utrumque Glossarium.

11, 1. *ἑμέα* varias significationes obtinet, sed quid hic significet hoc nomen pluribus capite sequenti docet Porphyrogenitus. verum mihi non probatur quod ait Vulcanius in notis ad hunc Porphyrogeniti locum, *ἑμέα provinciam* non significare, neque *ἑματικούς provinciales*. nam licet *ἑμέα* non significet integram provinciam eo modo quo prius divisum fuit in eas Romanum imperium, cum quaelibet ex iis dissecta fuerit in plura *ἑμέατα*, tamen *ἑμέατα* ipsa provincias quasi minores significant et *ἑματικοί provinciales* dicantur, quod non solum patet ex his duobus Porphyrogeniti *de thematibus* libris sed etiam ex aliis historiae Byzantinae scriptoribus. vide Ducangii Gloss. Graec.

Ibid. 10. *κεραυνοβόλος* interpretati sumus *fulminatrix*, id est, legio; quippe legionis fulminatricis mentio occurrit in quinque inscriptionibus, quas profert Ianus Gruterus. quae autem legio in hisce inscriptionibus et etiam alibi dicitur *fulminatrix*, in Notitia dignitatum imperii Orientis appellatur *fulminea* sic: *praefecturae legionis duodecimae Fulmineae, Melitenae*. unde Henricus Valesius Eusebii Ecclesiast. hist. 5 5 *λεγεώνα κεραυνοβόλον legionem fulmineam* interpretatur; monetque in annotationibus ad eundem Eusebii locum *κεραυνοβόλον fulmineam* interpretandum esse, non *fulminatricem*, ut Onuphrius et Scaliger aliique. sed falli Valesium hac in re nemo non videt: nam inscriptiones omnino contrarium docent. et fulminea itaque et fulminatrix legio illa XII, ab Augusto instituta et a Vespasiano imperatore in Cappadocia locata, nuncupata fuit. ceterum quod ait Eusebius l. l., hanc legionem *κεραυνοβόλον* appellatam fuisse MAntonino imperante, quod cum adversus Germanos et Sarmatas pugnaturus aciem instrueret et siti cum exercitu conficeretur, precibus a Christo pluviam legio illa, quae Christiana erat, impetravit, et fulminum iactu hostium copiae in fugam versae ac extinctae fuere, iamdudum monuit Scaliger in animadversionibus Eusebianis legionem fulminatricem ab hoc miraculo nuncupatam non fuisse, quippe quae diu ante tempora MAntonini ita vocata fuerit. docet id manifeste Dio Cassius l. 55, ubi legiones omnes enumerat; quod sane confirmatur ex inscriptionibus a nobis paulo superius adlatis. neque audiendus Xiphilinus, qui *κεραυνοβόλον* legionem illam appellatam esse ait ob miraculum illud quod paulo superius ex Eusebio retulimus, ut putant viri docti. v. Vales. l. l.

Ibid. 10. *ἄλλη Μαρμαριτῶν*] in Notitia dignitatum im-

perii Orientalis habetur *cohors tertia Valeria Marmarae*. et sic fortassis scriptor noster confundit legionem cum cohorte, quae Marmarae degebat.

12, 16. Tot imperii calamitatibus originem Heraclium dedisse provocata in se numinis ira, dum Monothelitarum haeresim temere susceptam pertinacius tuetur, nemo ignorat; quippe ab Heraclii temporibus Saraceni Maomethe duce caput extalere et Romanum imperium iam tum alioqui Persarum armis concussum magnis cladibus affecerunt, Palaestina Syria atque Aegypto ipso Heraclio regnante subactis.

13, 3. Longini appellationem pro eo qui mille viris praeeset non agnosco: nam qui mille militibus praecerat, Romanis tribunus, Graecis *χιλίαρχος* dicebatur, quemadmodum centurio et *ἐκατόνταρχος* qui centum viris praecerat. *λογγῆνος* autem, ut ait Ducangius, idem qui *λογγάρχης*, nimirum *αγμῖνις* seu *λόγον ductor*. Polybius episcopus in vita Eriphanii: *πλοῖα ἔχων ἕξ ἴδια ἐμισθώσατο καὶ ἄλλα πέντε, καὶ δόσους λογγῶν τῷ πιστοτάτῳ τοῦ οἴκου αὐτοῦ χρήματι ἀπέστειλε πρὸς τὸ πρῆσθαι αὐτον.* extat in Anthologia l. 6 epigramma Κορυνηλίου Λογγίνου. laudat item Ducangius seu potius Meursius hunc Porphyrogeniti locum; sed ibi Constantinus *λογγῆνον* cum *χιλίαρχῳ* confundit.

14, 6. In Notitia dignitatum imperii Orientis *Φρυγία Σαλουτάρις*: et quidem in eadem Notitia imperii occurrit mentio cohortis primae Salutariae inter Aeliam et Hierichunta, et alae primae Iuthungorum Salutariae. sed vide Guidi Panciroli Commentarios. vide et Ortelium.

Ibid. 9. *Ἀταλσίας*] hanc urbem expugnavit Iconiensis Sultanus a. 1212, ut est in Chronico Altissiod. describitur vero a Tyrio 16 26. vide Leunclavium Pand. c. 180.

Ibid. 10. *Ἀκροῖνου*] Ostelius ex Hist. misc. 21 refert *Acronium* locum sic dictum circa Phrygiam.

Ibid. 11. *Καπατιανή*] in Notitia dignitatum imperii Orientis dicitur *Phrygia Pacatiana*. ubi v. Pancirolus. unde crederem hic etiam pro Capatianes legendum Pacatiana.

15, 14. *μισσοῦρια*] Vulcanius *tabellae*. at *μισσοῦριον* non *tabellam* sed *lancem* significat. v. Ducangii Gl. Gr. Ovidius, *caelata lanx*.

16, 21. Quid *σχετινῆριος*, v. Ducangii Gl. Gr.

17, 16. *δεξιολάβους*] haec vox occurrit in Actis Apostolorum c. 23, ubi vulgata versio habet *lancearios*. Erasmus eo loco idem facere videtur *δεξιολάβους* quod *δεξιοβόλους*, i. e. *dextros et peritos funditores* aut *iaculatores*. VULC. Suidas et auctor Etymologici *παραφύλακα* interpretantur. Theophylactus Simocatta Hist. 4: *προσάττει δὲ καὶ*

δεξιολάβοις δυνάμειν ἰχνηλατεῖν καὶ τὰς ἀτραποὺς πάσας κατασφύλλασθαι.

18, 6. Menippus iste, quem hic laudat Porphyrogenitus, idem sane est qui Pergamenus, celebris ille geographus, cuius mentio occurrit in epitome Artemidori Ephesii, quae cum Marciano Heracleota edita est. Menippi huius periplus τῶν δύο πόντων citat Stephanus in Ἐρμῶναςσα, Χαδίσιοι et Χαλδία. idem Stephanus eius periplus Bithyniae advocat in Χαλικηδῶν; item periplus Paphlagoniae in Τίος. atque idem periplus signatur in Ἀρμένη, quippe quae vicus Paphlagoniae esse dicatur. vide de Menippis Vossium.

Ibid. 10. At Menander iste Protector non sub Iustiniano sed sub Mauricio floruit, ut ipse de se testatur apud Suidam v. Μένανδρος. ex huius Menandri historia luculenta habes fragmenta in Legationum Eclogis.

Ibid. 12. De Cappadociae laudibus multa Iustinianus imperator Novell. λ. atque inter alia ait: γῆ τε αὐτοῖς ἐστὶ πολλή τε καὶ θανμαστή, καὶ οὕτως ἀρέσασσα τῇ βασιλείᾳ ὡς καὶ ἀρχὴν ἐπιστῆσαι τοῖς ἐκεῖσε κτήσσειν ἰδίαν, τῆς πολιτικῆς ἀρχῆς οὐκ ἐλάττω, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ μείζω. VULC.

Ibid. 13. De Cataonia videndus praeter geographos Aemilius Probus in Datamene.

Ibid. 15. Καισαρεία] Iustinianus imperator praedarum huic simul et Caesari elogium tribuit eadem Novella: πολυανθρωποτάτη τε γὰρ καθέστηκε, inquit de Cappadocia loquens, καὶ πόλιν τε παρέχεται μεγίστην, τὴν τοῦ φιλιτάτου Καίσαρος ἡμῖν ἐπαύνημον, τοῦ δόντος ἀρχὴν ἀγαθὴν τῇ καθ' ἡμᾶς μοναρχίᾳ, δι' ἃν ἐν ἅπασι τοῖς τῆς γῆς ἔθνεσιν ὀνομασιτότατόν ἐστι τὸ τοῦ Καίσαρος ὄνομα, καὶ ὅπερ ἡμεῖς ἀντ' ἄλλον τιγὸς τῶν τῆς βασιλείας συμβόλων σεμνυνόμεθα. hanc civitatem μίαν μὲν τῷ περιβόλῳ διπλὴν δὲ ταῖς γῶμαις, atque adeo totam Cappadociam sub unum proconsulem redegit Iustinianus; penes quem esset potestas τῶν πολιτικῶν, τῶν στρατιωτικῶν καὶ τῶν ταμειακῶν, quorum officiorum distractio frequentes antea dissensiones excitabat. VULC.

19, 1. De Colonea loquitur Porphyrogenitus infra themate decimo; ubi ait ab hoc castro inditum themati nomen. V. Scylitz. p. 814. Taxara vero postmodum appellatum fuisse tradit Nicetas in Manuèle 1, 2.

Ibid. 21. Ροδεντοῦ] Cedreno et Curopalatae dicitur Radantium.

Ibid. 21. Λούλον] Occurrit etiam locus iste apud eundem Constantinum in Basilio c. 32 et 35 et apud Annam Comnenam p. 411. Scylitzae Λύλον castrum Tarso vicinum.

Ibid. 22. Ποδενδοῦ] Cedreno Curopalatae ac Zonaras

dicitur *Ποδαρός*. appellatur etiam a Porphyrogenito in vita Basilii, c. 50 ed. Combefis., *Ποδαρός*, atque hunc locum Tarso vicinum fuisse statuit, necnon a nomine fluvii loco appellationem inditam scribit. Annae Comnenae dicitur *ἴμα τοῦ Ποδαρόν*.

19, 23. De Adana Ciliciae urbe loquuntur Anna Comnena p. 339, Scylitzes p. 656, Zonaras in Romano Diog. p. 226, Nicetas in Ioanne. *Athena* dicitur Tudebodo p. 784, Roberto Mon. p. 44, Guiberto 3 12, *Addena* Raimundo de Agiles p. 146. Adanum et Tarsum accurate describit Willebrandus ab Oldenborg. in Itin. vide Ios. Barbarum in Itin. Persic. p. 461.

20, 16. *ὁ κηδεστῆς ἦτοι ὁ συμπενθερός Ἡρώδου*] scholium olet. MORELL. sic ms codex. et quidem non abs re: nam sic scriptor declarat quaenam affinitas fuerit inter Archelaum et Herodem; cuius quidem filius Alexander Glaphyram filiam regis Cappadocum in matrimonium duxerat. *συμπενθερία* enim est affinitas inter duos ex filiorum vel filiarum nuptiis, sic ut uterque socer dicatur, hic quidem respectu nurus, alter respectu generi.

Ibid. 20. *ἀπὸ τοῦ μεγάλου Καίσαρος Ἰουλίῳ*] at Suidas v. *Καيسάρεια* tradit Caesaream, quae antea Mazaca, sic appellatam fuisse a Tiberio Caesare, postquam Archelao illam ademisset. Sozomenus vero Hist. Eccles. 5 4 dicit Caesaream a Claudio nomen accepisse. et idem legitur in Hist. Tripart. 6 4. ceterum de *Mazaca* sic loquitur Solinus c. 47: *Mazacam sub Argaeo sitam Cappadoces matrem urbium nominant; qui Argaeus nivalibus iugis arduus ne aestivo quidem torrente pruinis caret, quemque indigenae populi habitari deo credunt.*

21, 7. *Ἄνδρανα* dicitur et Ptolemaeo.

Ibid. 10. hoc epigramma, quod hic Constantinus mutilum duobus ultimis versibus profert, integrum habetur in Anthologia 2 43 *εἰς πονήρους*, auctorque ipsius dicitur Demodocus.

Ibid. 17. *Καππαδόκην*] hoc etiam epigramma habetur in Anthologia l. I.

22, 9. Naucratius appellabatur et non, ut legebatur, Pancratius unus ex decem fratribus S. Basilii.

Ibid. 19. *Θρακῆσιοι δὲ ἐπεκλήθησαν*] aliam *Θρακῆσιῶν* originem adfert Eustathius in Dionysium. de Thracum vero fortitudine praeclare Iustinianus Novella κς: *ἐκεῖνο τῶν ἀνωμολογημένων ἐστὶν ὅτι περ εἴ τις τῶν Θρακῶν ὀνομάσσει χῶραν, εὐθὺς συνεισέρχεται τῷ λόγῳ καὶ τις ἀνδρῶν καὶ στρα-*

τιωτικῶν πλήθους καὶ πολέμων καὶ μάχης ἔννοια· ταῦτα γὰρ ἐγγενῆ τε καὶ πατρία τῇ χώρᾳ καθέστηκεν ἐκείνῃ. VULC. 23, 4. ἡ γυνὴ τοῦ Θρακίος] Aelianus de Animalibus 7 13 aliter hanc historiam narrat, Paconiis mulieribus eam laudem tribuens. quo loco adicit Darium conspecta aliquando muliere Paconia hoc apparatu instructa ad subigendos Paconas accensum. VULC.

Ibid. 7. ἡ στάμνος] dicitur ἡ στάμνος et in epist. ad Hebr. c. 9.

24, 5. In editis εἴκοσι. at vigesima prima urbs Philadelphia in ms dicitur.

Ibid. 9. Chonae olim, inquit Porphyrogenitus, Colossae dictae, urbs episcopalis Laodiceno metropolitano subiecta, atque olim Palassae appellata, ut est apud Nicetam in vita S. Ignatii patriarchae Cpolitani, ob templum S. Michaëlis archangeli, magnitudine pulcritudine et mirabili artificio insigne, celeberrima. et quidem Chonae olim Palassae appellatae dicuntur Nicetae ipsi Choniatae in Manuële 6 1: sed utrobique vitiose scriptum pro Colossae mihi persuadeo. meminit huius templi idem Nicetas et in Isaacio lib. 2 n. 2. celeberrimum autem ac illustre fuit hoc templum; quo miraculum in Archippo illius mansionario patratum; cuius quidem historia passim habetur apud Metaphrastem et alios. ceterum libet hic exhibere binos catalogos urbium, quae subsequenti aeo nomen mutarunt. primus ex Baluziano Codice recenti manu conscripto paululum diversus ab editis, qui sic habet. *)

1) Ὅσαι τῶν πόλεων μειωνομάσθησαν εἰς ὕστερον.

Ἐπίδαμνος τὸ νῦν Δυρράχιον.
Τρίβαλλις ἡ Ἀχρίδα.

Ἡράκλεια ἡ νῦν Πελαγονία.
Σολάσφορος ἡ νῦν Δεάβολις. ¹⁾

Ἰλλυρικὸν τὰ νῦν Κάνινα. ²⁾
Ἐδεσσα τὰ νῦν Μόγλαινα.

Ἄξιός ποταμὸς ὁ νῦν Βαρδάριος.

Ἄγρος Θετταλικὸν ἡ Λάρισσα.
Ἐπεια ³⁾ ἡ νῦν Κορώνη.

Πήδασος ἡ νῦν Μεθώνη. ταύτης πλησίον ἐστὶ χειρρόνησος ἣτις καλεῖται Πύλος,

ἡ πατρίς Νέστορος· νῦν δὲ καλεῖται Ἀβάριτος.

Τρίκη τὰ νῦν Τρίκαλα.
Θεοῦπολις ἡ νῦν Προῦσα.

Ἀπολλωνία ἡ νῦν Ἰερισσός, ἡ πρὸς τῷ Ἄδω ὄρει κειμένη. ⁴⁾

*) edidit hunc Goarus post Notit. Graec. episcopatum p. (Cordini de Offic.) 404. idem breviorē quendam, a Bernardo Medonio e codice Monchalliano sumptum (M), p. 320 posuit.

1) Σελάσφορος ἡ νῦν Διάβολις apud Goarum (G). 2) Ἰλλυρικὴ G alias Ἰάννινα G, καντία καὶ ἡσεβρα M 3) ἄπια M 4) ἡ — κειμένη] ἣτις καὶ Ὀλυγδος ἐγένετο M

Ἀμφίπολις ἡ νῦν Χρυσόπολις.
 Θεοδοσιούπολις ἡ νῦν Ἀπρωσ,¹⁾
 παρὰ τοῦ Ἄπρου πεντηερον-
 Κύρου κτιοθεΐσα.
 Ὀρθαγορία καὶ Στάγειρα ἡ
 νῦν Μάικρη.
 Τόπειρος τὸ νῦν Ρούσιον.
 Πείρινθος ἡ νῦν Ἡράκλεια.
 Τιβεριούπολις ἡ νῦν Στρον-
 μιτζα.²⁾
 Βελεντιούπολις ³⁾ τὸ Βελε-
 βρούδιον. ⁴⁾
 Λάρες τὸ νῦν Ταῦρες.
 Μαρτυρούπολις τὸ νῦν Μερ-
 φεκή. ⁵⁾
 Βέρροια τὸ νῦν Χαλέπε.
 Προποντιδῆς δύο, ἡ μὲν κατὰ
 τὴν Ἄβυδον, ἡ δὲ κατὰ τὸ
 Ἴερόν καὶ Ψαμμαθιον.
 Γερμανικία Συρίας ἡ νῦν Τε-
 λεσαῦρα, Μόψου δὲ κρηναί.
 Σπέρχειός ⁶⁾ ποταμὸς ὁ νῦν
 Ἄγριομέλας.
 Καστάβαλλα Κιλικίας ἡ νῦν
 Μάμιστα.
 αἱ ἀνω Γαλλίαι καὶ τὰ ⁷⁾ ἐπέ-
 κεινα τῶν Ἄλπεων εἰσὶ τὰ
 πρὸς ὠκεανόν. οἶον Γαλατία,
 Ἰσπανία. Γερμανοὶ δὲ οἱ
 Φράγκοι.
 Σύρμιον ἡ νῦν Οὐγγρία καὶ
 Στρίωμος, οἱ δὲ Οὐγγροὶ τὸ
 παλαιὸν ἐλέγοντο Γήπαιδες.⁸⁾
 Δορυστολον ἡ νῦν Δίστρα.

Ὀδρουσὸς καὶ Ὀρρασιὰς ἡ νῦν
 Ἀδριανούπολις.
 Μαιώτις λίμνη ἡ νῦν Γαλατία.
 Ποτιδαία ⁹⁾ ἡ Κασσάνδρεια.¹⁰⁾
 Κολοσσὸς ἡ Τύρος.
 Ἀχαΐα ἡ νῦν Πάτρα.
 Δαναοὶ οἱ Ἕλληνες.
 Ἀσία ¹¹⁾ ἡ Ἐφεσος.
 Ἰωνία ἡ περὶ Ἀσίαν. ¹²⁾
 Εὐβοία ἡ Εὐβοίος.
 Βοιωτία αἱ Θῆβαι.
 Φθία ἡ Φαρσαλία.
 Νικόπολις ἡ νῦν Πρέβεζα.
 Αἰτωλία τὰ Λεχώνια.
 Κέρκυρα ἡ Φαιακία.
 Δωδώνη ἡ Βόνδιτζα.
 Ἠπειρος τὸ Βοθρετόν.
 Δελφοὶ τὸ Χρυσὸς καὶ Δό-
 λων.
 Διόσπολις τὸ Ῥάμπελον. ¹³⁾
 Καισάρεια Φιλίππου ἡ Τονό-
 πουργος. ἡ αὐτὴ καὶ Πα-
 ναταΐας ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ ὄρους
 Παναίου.
 Σαρδιλὴ ἡ νῦν Τριάδιτζα.
 Λαρυμνα ἡ Λάρυσα.
 Θέρμη καὶ Ἡμαθία ἡ Θεο-
 σαλονίκη.
 Κολασσαὶ αἱ Χῶναι.
 Ῥοδόπη ἡ Φιλιππούπολις.
 Ἰταλία ἡ Λογγιβαρδία.
 Μέμφη τὸ νῦν Ταμιάθην.
 Πέρρη τὸ νῦν Πυργίν.
 Λύδεια¹⁴⁾ τὸ νῦν Πολύστελλον.

1) leg. Ἄπρος ἡ νῦν Θεοδοσιούπολις. 2) Στρονμιτζα G,
 στρόνοντζα M 3) Βερροϊόπολις M 4) Βέλος βούδιον G,
 βελεβούδιον M 5) Μαρφεκή G 6) Πάρχεις G, σπαρ-
 κείος apud Bandurium 7) τὰ om G 8) σέρμιον ἡ νῦν
 οὐγκρία, πρώην δὲ γήπεδον M 9) ἡ νῦν GM 10) κασσάν-
 δρεια ἡ βέρροια M 11) αἰά M 12) ἡ Πατριαστὴν G 13)
 Ῥάμπειρον G 14) Λύδεια G Quae solus habet M, haec
 sunt: Βοιωτία ἡ νῦν Λεβαθία. Ἐλισσῶν ὁ Ἐλασσῶν. Ἑλλάς, ἡ
 νῦν ὀνομαζομένη Πελοπόννησος. Ἐδρωπη ἡ δύσις πᾶσα. Ἰλλυ-
 ριοὶ οἱ Ἀλβανῖται. Καππαδοί οἱ νῦν Μακεδόνες. Κιλικία ἡ
 Ἀρμενία. Κίλιξ ὁ Ἀρμένιος. Ὀλυμπία ἐν Ἀρκαδίᾳ. Ἱπτολεματῆς
 ἡ Φιλαδέφεια. Φωτικὴ ἡ νῦν Ἠλλάς.

Alter vero catalogus huiusmodi urbium editus habetur (a Vulcanio) ad calcem libri primi de thematibus, et sic habet.

2) Πόλεων ὀνόματα, ὅσαι τῶν πόλεων ἐν τοῖς ὑστέροις χρόνοις μετωνομάσθησαν.

Ἐπίδαμνος τὸ νῦν Δουρράχιον.
Αἶπεια ἢ νῦν Κορώνη.

Πίδασος ἢ νῦν Μεθώνη. ταύτης δὲ πλησίον ἐστὶν χερρόνησος μικρά, ἣτις τὸ μὲν παλαιὸν ἐλέγετο Πύλος ἢ πατρὶς τοῦ Νέστορος τοῦ παρὰ τῷ Ὀμήρῳ ἀδομένου, νῦν δὲ καλεῖται Ἀβαρῆτος.

Ποτίδαια ἢ νῦν Βέρροια.

Πύδνα τὸ νῦν Κίτρος.

Ἀπολλώνεια ἢ νῦν Ἐρισσὸς ἢ πρὸς τῷ Ἄθῳ τῷ ὄρει κειμένη.

Τρίκη τὰ νῦν Τρίκαλα.

Θερμόπυλαι τὸ νῦν Σκέλος.

Σίπυλον ὄρος ὃ νῦν Κορσινᾶς.

Σωτηρόπολις τὰ νῦν Πύθια.

Ἐμεσα τὸ παρὰ τοῖς Σαρακηνοῖς Χέμψ.

Ἐποπλάκιοι Θῆβαι τὸ νῦν Ἄτραμύτινον.

Ἄργος Θεσσαλικὸν τὸ νῦν Λαρίσσα.

Σίρμιον ἢ νῦν Οὐγγρία οἱ δὲ Οὐγγροὶ οἴτοι ἐλέγοντο τὸ παλαιὸν Γηπαιδές.

Σαρδικὴ ἢ νῦν Τριάδιττα.

Δάρας τὸ νῦν Ταυρός.

Μαρτυρόπολις τὸ νῦν Μιφερκί.

Βέρροια τὸ νῦν Χαλεπ. Κράμμα ἢ νῦν Ἀμαστρίς.

Τόπειρος τὸ νῦν Ρούσιον.

Ἐφυρα ἢ νῦν Κόρινθος.

Περίχθος ἢ νῦν Ἡράκλεια πρὸς δύσιν.

Ἄμιδα τὸ νῦν Ἐμετ.

Ὀδρουσὸς ἢ νῦν Ἀδριανούπολις.

Δουρόστολον ὃ νῦν Δρηστρον.

Ἰστρος ποταμὸς ὃ νῦν Δανούβιος.

Κολόσσαι αἱ νῦν Χῶνας.

24, 16. Ὀψίκιον] vide Vulcanii notas et Gl. Gr. Ducangii.

25, 5. De hisce Pylis loquitur Theophanes ad annum 12 Heraclii, necnon auctor Chronici Alexandrini p. 325.

Ibid. 10. ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Γρανικοῦ] idem postea affert, ubi de dialectis Graecorum agit, et quinam communi dialecto usi sint describit. VULC.

26, 5. Stephanus Μιδάειον. Μήδαιον vero Cedreno et aliis urbs isthaec dicitur.

Ibid. 6. Μύρλειαν] idem quae Apamea Bithyniae, ut tradunt Suidas et Stephanus.

Ibid. 12. Drungi voce usus est Flavius Vopiscus in Probo, omnes, inquit, gentium drungos usque ad quinquagenos homines in triumphum duxit. δρουγγος caterva militum. Leunclavius in Onomastico Turcico ita Graecis ap-

pellari ait *baculum tribuit*, quem instar sceptri gerit et quem Itali *baculum regiminis* vocant, a *tranco* forte. Leo Tact. 14 9, et ex eo Glossae Basilic.: *μοίρα δέ ἐστιν ἤτοι δροῦγος τὸ ἐκ ταγμάτων ἤτοι ἀνδρῶν τῶν λεγομένων κομητῶν συγκείμενον πλήθος.* et 42: *μοίρας τὰς λεγομένας δροῦγους.* S. Ioannes Chrysostomus Epist. 14: *δροῦγος μοναζόντων.* οὕτω γὰρ δὲ εἶπεν καὶ τῇ λέξει τὴν μανίαν αὐτῶν ἐνδείξασθαι. v. Ducangii utrumque Glossarium.

26, 16. *Ἰκανάτοι* scriptoribus Byzantinis milites selecti ad custodiam imperatoris vel palatii dicuntur. huius vocis meminit idem Porphyrogenitus de Adm. imp. c. 50: *καὶ τὸν μὲν Παγκρατοῦσαν βασιλεὺς ἰκανάτον πεποιήκε καὶ μετὰ τοῦτο στρατηγὸν εἰς τοὺς βουκελλαρίους.* praeterea Leo grammaticus, Symeon logotheta, Anonymus Combesianus, Cedrenus aliique ex scriptoribus Byzantinis passim huius vocis meminere. sed qui Anonymo Combesiano n. 19 dicitur *ἀρχων τῶν ἰκανάτων*, alii peculiari nomenclatura *δομέστικος* nuncupatur. Nicetas Paphlago in Vita Ignatii patriarchae CP: *Νικήταν δὲ πρῶτον μὲν δεκαετῇ τυγχάνοντα τῶν λεγομένων ἰκανάτων δομέστικον* παρὰ Νικηφόρου φασὶ τῶν ἀππου προβεβλήσθαι, δι' ὃν ἐκεῖνον τὸ πρᾶγμα πρῶτον καταστήσαι. ex quibus postremis verbis, inquit Ducangius vel Icanatorum scholam vel dignitatem domestici τῶν ἰκανάτων tum primum institutam a Nicephoro Generali imperatore pro Niceta ex filia nepote. et certe ante haec tempora *ἰκανάτου* mentionem fieri non advertimus, praeterquam in Synaxariis 17 Febr. in S. Mena Callicelada: *ὁ μακάριος Μηνᾶς μιᾷ τῶν νυκτῶν ἐπιστὰς ἀνδρὶ τινι Φιλοβάτῃ λεγομένῳ καὶ τῇ ἰκανάτων κατειλεγμένῳ σχολῇ.* quae quidem referunt ad tempora Constantini M. sed haec sunt subleatae fidei. continuator Theophanis de eodem S. Ignatio: *καὶ Νικήτας, ὃς πρότερον μὲν παῖς ὦν τῶν ἰκανάτων διεῖπεν ἀρχὴν ἄτε δὴ φίλιος τοῖς στρατιώταις καὶ ἐν ὑπαίθρῳ διάγουσιν εἶναί τε θέλων.* unde conicere licet icanatos milites fuisse ex palatina militia, qui sub dio agebant, contra quam excubitores. protospatharii autem ac domestici τῶν ἰκανάτων mentio occurrit in Synodo 8 Cpol. Act. 1: *Οrestes πρωτοσπαθᾶριος καὶ δομέστικος τῶν ἰκανάτων.* sed v. Ducang. Gl. Gr.

Ibid. 17. Quod hic narrat Constantinus de optimatum themate, intelligendum eum loqui de optimatum themate quomodo sua aetate erat; quippe prioribus seculis in pretio fuit optimatum militia.

27, 6. Helenopolis Bithyniae est urbs ad Dracontis fluvii ostium, in Nicomediensi sinu, Drepanum olim dicta, et ab Helena Constantini magni matre, quam in ea natam fuisse

aiunt, nuncupata, ut est apud Cedrenum ad annum 20 Constantini. vide Procopium de Aedif. 5, Eusebium de vita Constantini 4 61, Philostorgium 2 13, Socrat. Nicephor.

27, 9. γέφυρα ἦν] vide Procopium de Aedif. 5 3. Sagaris autem fluvius Asiae minoris seu Phrygiae, de quo multa Philippus Maussacus in notis ad Plutarchum de Fluminibus. ceterum epigramma ponti huic adscriptum refertur etiam a Zonara 16 7.

28, 6. Μαριανδύνοι] sic scribitur apud Stephanum, Eustathium ad Perieg. et apud alios. perperam in editis et in mss Porphyrogeniti Μαριανδηνοί. Mariandyna autem regio sic dicta fuit a quodam Mariandyno Aeolensi, ut ait Stephanus. eadem scribit et Eustathius ad Periegetae v. 787. scholiastes vero Apollonii Rhodii 2 140 Mariandynos dictos ait ἀπὸ Μαριανδύνου υἱοῦ Κιμμερίων.

Ibid. 7. Galatae et Mariandyni Porphyrogeniti aevo dicti sunt *buccellarii* fortassis quod hinc ministerio potissimum addicti essent, seu ut alii volunt, quod milites buccellarii olim in ea regione tuenda excubarent in praesidiis locati. Lexic. Graec. ms Reg. cod. 2662: Γαλογραικία ἡ τῶν βουκελλαρίων χώρα. οἱ αὐτοὶ καὶ Ἑλληνογαλάται γράφομαι ἢ ὀνομάζονται. vide Suidam v. βουκελλάριοι.

Ibid. 17. τὴν Τίον] paulo infra hanc ipsam urbem appellat Porphyrogenitus τὸ Τήιον. sic apud scriptores varie scribitur nomen huius urbis: quippe Τίος, Τιον, Τίσιον, Τήιος et Τήιον scribitur. qui vero hanc urbem cum Amastri confundunt admodum errant: quippe Tius ab Amastri distat viginti stadiis, ut habet Stephanus Byzantius: οἱ πάντες ἀπὸ Τίον εἰς Ἀμαστριν στάδιοι εἴκοσι. at Marcianus Heracleota in Periplo, unde haec videntur deprompta: οἱ πάντες ἀπὸ Τίον εἰς Ἀμαστριν στάδια σκ'.

Ibid. 18. Basilaei episcopatus, sub sede Ancyrana metropoli, mentie occurrit in constitutione Alexii imperatoris. Βασιλαιοῦν autem an idem oppidum quod Βασιλείων apud Annam Comnenam p. 171.

29, 5. ἀρχαιότατον] haec interpretatus sum cum Vulcainio, *stolidissima et contemptissima gens est*: verum ἀρχαιότατον verti posset etiam *vetustissima gens est*; quippe de Paphlagonibus ita Iustinianus Novella xδ': τὸ Παφλαγονῶν ἔθνος ἀρχαῖον τε καὶ οὐκ ἀνώνυμον καθεστὸς, ἀλλὰ τοσοῦτον ὡς καὶ ἀποικίας μεγάλας ἐκπέμψαι καὶ τὰς ἐν Ἰταλίᾳ συνοικίσαι Βενετίας, ἐν αἷς δὲ καὶ Ἀκυλῆϊα πόλις τῶν ἐπὶ τῆς ἐσπέρας μεγίστη κατώκισται, καὶ βασιλικὴν πολλάκις διαίταν δεξαμένη.

30, 5. *Δαύβραν*] sic A et Nicetas. in Authenticis haec eadem urbs dicitur *Δαούβρος*.

Ibid. 16. Gozen fluvius circa Mediam dicitur 4 Reg. 17 et 1 Paralip. 5. eundem Gozen vocat Benjamin Tudelensis.

Ibid. 22. *κλεισοῦρα*] hoc etiam adiciam, Hispanos etiam hodie proprie admodum eiusmodi clusuras *sierras* vocare, quod nihil aliud quam claustra significat, ut *Somosierra* et *la sierra nevada*. vocant vero etiam alio vocabulo *puertos*, eadem plane ratione qua Graeci *πόλας*. VULC.

31, 9. *Κολωνοί*, vel ut Eustathius vult *κολῶναι*, sunt τόποι λήγοντες μὲν εἰς ὄξύ, μὴ ἀκριβῶς δὲ ἀπωξυμένοι, παρὰ τὸ κολουῖν, ὃ ἔστι κολοβοῦν. VULC.

Ibid. 13. Arabracis regionis, Armeniae finitimae, meminit Nicephorus Callisti, qui etiam tradit Eustratium martyrem ex ea fuisse oriundum.

Ibid. 15. De Chrysochiro et eius caede v. Zonaram l. 16 in Basilio, ubi Tephricem Agarenorum et Manichaeorum metropolim appellat. v. praeterea Scylitzem Glycam et alios.

Ibid. 16. De Carbea Manichaeo, duce bellicosissimo, consulendus continuator Porphyrogeniti p. 103 et 110, ubi Tephrices conditor dicitur.

33, 1. *Ἀζῶτον*] huius vocis meminit idem Porphyrogenitus de Adm. imp. c. 44.

Ibid. 5. τὸν δυστυχέστατον πόλεμον] Leonis exercitus in Macedonia adversus Bulgaros, rege eorum Symeone pacem turbante, infeliciter pugnavit: sed eos subinde Turcarum auxilio devicit. vide scriptores Byzantinos qui Leonis philosophi gesta memoriae prodiderunt.

Ibid. 17. *κουροτρόφος*] Lycandus seu Lycandum olim *Λάπαρα* dicebatur ob pinguedinem et fertilitatem soli. vide Ortelium.

34, 2. Melius ἐν τῷ περιστύλῳ, quippe versus finem huius capituli ait hanc ipsam inscriptionem instulptam fuisse ἐν τῇ πύλῃ τῆς πόλεως.

Ibid. 5. ὁ μέγας] στρατηγὸν Iustinianum appellat in senatu Proclus quaestor apud Procopium de bello Pers. 1. Caesar vero idem Iustinianus diu post salutatus fuit, ut tradit Procopius l. c. Iustinianus itaque antequam Caesar appellatus esset, magister militiae erat; unde corrigendus hac in re Porphyrogenitus. rem totam clarius refert Cyrillus Scythopolitanus Procopii aequalis: Ἰουστινός Ἰουστινιανὸν ἀνθ' αὐτοῦ τὸν ἀδελφιδοῦν αὐτοκράτορα κατέστησε, πατρίκιον καὶ ἕπατον ὄντα καὶ στρατηγόν.

Ib. 10. *Θωμᾶς ἐκείνος*] de hoc, ni fallor, Thoma Iustinianus imperator Novella λα', τούτων inquiens οὕτως ἡμῖν διατεταχμέ-

μένων κάκεινα προσδιορίσαι δίκαιον ἔτι νομίζομεν, ἐφ' ᾧ προσηύχθη τῆς τρίτης Ἀρμενίας ἀνδρα σεμνόν, ὑπουργηκότα τε ἡμῖν ἤδη καὶ ἄξιον τοῦ τῆς ἀρχῆς ὄγκου καὶ προσήματος. εὐρόντες τοίνυν Θωμαῖν τὸν μεγαλοπρεπέστατον ἤδη μὲν ἀρχὰς ἐπὶ τῆς Ἀρμενίων ἀνύσαντα χώρας, καὶ τὰλλα δὲ ἀνδρα χρηστόν καὶ γνησίως ἡμῖν ὑπηρετησάμενόν τε καὶ ὑπηρετούμενον, αὐτὸν ἐπὶ τῇ τῆς ἀρχῆς ταύτης προβαλλόμεθα διοικήσει. πρόοικος vero Λυκαυδοῦ vocatur Thomas a Constantino non alia, arbitror, ratione quam quod eam olim, priusquam a Leone imperatore urbis appellationem dignitatemque accepisset, inhabitasset. VULC. quid πρόοικος significet apud scriptores Byzantinos, videatur Gl. Gr. Ducangii eodem v.

34, 20. *πιννινόριχα*] verti *rutilanti vellere*. *pinna* ostrei genus esse scio, et auctore Aristotele in limosis arenosisque locis ex bysso (ita enim legit Theodorus Gaza) hoc est villo sive lana quadam pinnali nasci. verum Athenacus legit ἐκ τοῦ βυθοῦ. vellus tamen hoc *πίννινον* nom esse ἔξ ἐρίων sive lana ovium, sed ex mari colligi, locuples mihi testis Procopius sub initium libri 3 de aedificiis Iustiniani, ubi insignia sive habitum satraparum Armeniae describit. glossae veteres etiam habent *πίννινον marinum*: ubi addendum putarim *vellus* vel alioqui *ostreum*. VULC. cf. Ducang. Gl. Gr.

35, 13. *Κώρυκος καὶ τὸ Κωρύκιον ἄντρον*] vide quae de his habet Ortelius.

Ibid. 15. *Αἰγαῖαι*] in Notitia provinciarum ms *Αἰγεια* dicitur. fortassis eadem quae *Αἰγεια*, inquit Holstenius in notis ad Stephanum in *Αἰγεια*.

36, 18. *Ἰασοῦ*] haec ipsa urbs Cariae Stephano scribitur *Ἰασός*, apud Athenaeum vero in Arcestrati versibus l. 3 *Ἰασός* appellatur: ἦν δὲ ποτ' εἰς Ἰασὸν Καρῶν πόλιν εἰσπέλικται.

Ibid. 18. *Βαργυλιακοῦ κόλπου*] Stephanus: καὶ ἡ θάλασσα Βαργυλικὸς κόλπος. Melae vero hic idem sinus *Bargylicus sinus Iasius* dicitur.

Ibid. 19. *Ἀνδανίων*] sic emendo. Stephanus, *Bargyla*, inquit, urbs Cariae, quam Cares *Andanum* appellant.

Ibid. 20. *Μύνδος* scribendum docemur ex Strabone Ptolemaeo et Stephano. *Mindus* dicitur Pomponio. Strabo l. 14 habet: εἶτ' εὐθύς ἡ *Μύνδος*, λιμένα ἔχουσα, καὶ μετὰ ταύτην *Βαργύλια*, καὶ αὐτὴ πόλις.

Ibid. Quid *Strobilus*, vide Ortelium, v. *Caucasus*.

37, 2. de hoc *Mansoli* sepulcro loquitur Strabo l. 14 p. 454.

37, 11. Legendum esse *Πελαγία* et non *πλαγία*, praeterquam ex ms, docemur ex Antonino qui insulam Rhodum Pelagiam etiam nuncupatam fuisse scribit.

Ibid. 13. *Τελμισσός* haec urbs scribitur apud Ptolemaeum et Plinium, *Τελμισσός* vero Straboni et Arriano, urbs Lyciae.

Ibid. 19. apud Ptolemaeum *Φασήλις* scribitur, Lyciae oppidum, apud vero Plinium et Stephanum Pamphyliac.

38, 1. Castellum nomen loci circa Palaestinam in Vita S. Sabae apud Metaphrastem.

Ibid. 3. *Κιβύρα*] duae huius nominis urbes apud Strabonem habentur, altera *Κίβυρα* magna haud procul a Maeandro flumine, altera vero minor haud procul a Mela fluvio; et de hac quidem secunda videtur hic loqui Porphyrogenitus.

39, 13. *Κωνσταντία*] sic ex ms Salamis etiam Constantia dicta fuit, ut scribit Stephanus. ita habet et D. Hieronymus, qui subiungit eam Traiani imperatoris tempore a Iudaeis deletam, interfectis omnibus eius incolis.

Ibid. 15. *Τύμασος*] apud Ptolemaeum et Strabonem haec ipsa Cypri urbs scribitur *Τυμασός*.

Ibid. 16. Apud Plinium *Carpasium* haec urbs vocatur, Diodoro Ptolemaeo et Stephano *Καρπασία* dicitur. v. notas Holstenii in Stephanum.

40, 1. Pro *Κινύρου* in ms perperam legitur *Κιόρου*: Stephanus quippe Cyprum insulam nomen accepisse ait a Cypro filia Cinyrae, vel a Cypro flore illic nascente. Cinyras rex Cypri fuit, Cilicis filius, qui cum Myrrha filia sua, nutrix astuta, ignarus concubuit, a quo illa Cynareia dicta, ut scribit Ovidius Met. 10. cur autem Philostephanus Cyprius dicatur filia Cinyrae vel Bibli et Veneris, ignoro, nisi dixeris verba *ἰθα ἢ τῆς Βίβλου* addita fuisse a scriba indocto, qui Cinyram Cypri regem confundebat cum altero Phoeniciae rege, cuius regia Byblos urbs fuit; et sic pro *ἢ τῆς Βίβλου* legendum esset *τοῦ τῆς Βύβλου*, subintelligendo *κατήσαντος*. ceterum Eustathius in Dionysium Cyprum vocat filium Cinyrae, cum tamen *Κύπρος* muliebri nomen sit, quod in usu fuit apud Phoenices, ut docet Scaliger ad Eusebium p. 149.

Ibid. 2. Librum de *Insulis* quem Philostephanus scriptor noster adscribit, necnon Servius in 1 Aen. iuxta codicem Fuldensem, Heraclidi tribuit Stephanus in *ᾠλίαρος*. vide Vossium de historicis Graecis.

Ibid. 3. Liber Istri de *coloniis Aegypti* laudatur a Stephano in *Αιγαλός* et *ᾠλενος*, et a Clemente Alexandrino

Στρώματ. 1. quo tempore vixerit Istrus seu Ister, et quos libros scripserit, vide Vossium.

40, 17. Ἀλεξίων] fortassis quidam ex stirpe Alexii Moselis, nobilis Armenii, qui Caesar a Theophilo creatus in matrimonium duxit Mariam Theophili natarum minorem nata.

41, 4. διὰ τὸ ὑψηλὸν τῆς νήσου] Vulcanius haec interpretatur, *quod sublimi ac praerupto loco sita sit.* eandem ferme Sami etymologiam adfert Eustathius in Homerum: *σάμος γὰρ, inquit, ὁ λόφος κατὰ γλώτταν, καὶ ἀλλαχοῦ προσηγορικῶς πᾶν ὕψος κατὰ γλώτταν.* scribit etiam Strabo Samum insulam totam esse montuosam.

42, 7. Αἶγα] Strabo l. 13. p. 423: *δεῖ δὲ μακρῶς τὴν δευτέραν συλλαβὴν ἐκφέρειν, αἰγᾶν, ὡς ἀκτᾶν καὶ ἀρχᾶν.* corrupte vero apud Stephanum legitur, *Αἰγάτης Αἰολίδος ἄκρα,* cum procul dubio legendum sit *Αἶγα τῆς Αἰολίδος ἄκρα.* VULC. ita legendum monuit et Casaubonus in commentariis in l. 13. Strabonis. verum Holstenius legendum putat *Αἶγα τῆς Αἰολίδος ἄκρα.*

Ibid. 12. *δμωνύμως τῷ ζώῳ]* Strabo l. 13: *αὕτη δὲ μέγρι τῶν Ἀργινοῦσῶν διήκει καὶ τῆς ὑπερκειμένης ἄκρας, ἣν Αἶγά τινες ὀνομάζουσιν δμωνύμως τῷ ζώῳ.* haec ita Xylander interpretatur: *ea regio usque ad Arginusas pertinet, iisque imminens promontorium, quod Aega nonnulli appellant, quasi capram.* cur enim, inquit Casaubonus, addidisset Strabo *δμωνύμως τῷ ζώῳ?* apud Stephanum legitur, *Αἶγα τῆς Αἰολίδος ἄκρα ὡς Στραβῶν, ἣ νῦν Κανὴ καὶ Καναὶ λέγεται.* Ἀρτεμίδωρος δὲ Αἶξ εἶπε τὴν εἰδεῖαν οὐκ ἀναλόγως· τὸ τοπικὸν Αἶγαῖος, καὶ τὸ πέλαγος.

Ibid. 14. *εἰς πέντε διαλέκτους]* Strabo sub initium l. 8 quattuor tantum Graecorum dialectos recenset, easque ad duas praecipuas, Atticam scilicet et Aeolicam, reduci posse: Ionicam enim ex Attica, Doricam ex Aeolica ortam. quod quidem posterius ex Pindari verbis satis liquet, qui cum Dorica dialecto utatur, Aeolice tamen se scribere testatur Olymp. 1 102. VULC.

43, 2. *Λεκτοῦ:* nam a Lecto ad Canas Lesbus porrigitur, *σχεδὸν τι μητρόπολις τῶν Αἰολικῶν πόλεων,* ut Strabo loquitur. VULC.

Ibid. 12. Ἀμολγός] haec insula una ex Cycladibus, quae Porphyrogenito Ἀμολγός dicitur, Straboni et Heraclidi Ἀμοργός vocatur, et Ptolemaeo Ἀμουργός.

IN LIBRUM II DE THEMATIBUS.

44, 14. *Εὐρώπης*] Eustathius in Dionysii *περιγηγήσεως* v. 170 Europam ait vocari omnia ad occasum sita, ducto ab Hellesponto principio; antiquos vero scriptores tradere Vespasianum imperatorem Thraciam ab Europa diremisse.

Ibid. *Βυζάντιον*] urbis Cpolitanae elogium praeter ceteros scriptores adornavit Synesius in extremis Philadelphis. vide item Dionem in Severo.

45, 1. *Μεσημβρία*] cf. Stephanus, ex quo pleraque ad verbum, ut aiunt, exscripsit Porphyrogenitus.

Ibid. 2. Perperam in editis et in A legitur *Συλημβρία* pro *Σηλυμβρία*: Herodoto quippe l. 6 33 et Straboni 7 haec ipsa urbs dicitur *Σηλυβρία*.

46, 1. *ἡ τῶν βαρβάρων περαιώσεις*] de hac Bulgarorum impressione vide Theophanem ad annum 11 imperii Constantini Pogonati.

Ibid. 4. *Ὀνογουνδούρους*] Bulgaros Onogunduros quoque et Controgos dictos fuisse scribit Diaconus: Onogundures vero dicuntur in hist. Miscella 19. hos quidem Unnondobulgaros et Contragos appellat Theophanes ad annum 11 imperii Constantini Pogonati.

Ibid. 5. *ἀπὸ Θρακῆς*] Stephanus Thraciam appellatam fuisse scribit a nymphea Titanide tantum, ex qua et Saturno Doloncus natus est.

Ibid. 19. *τῆς τῶν Δωριέων γλώττης*] Byzantios Dorien-sium dialecto usos fuisse nemo ignorat. vide Demosthenis orationem *περὶ στεφάνου*. a quibusnam autem conditum fuerit Byzantium, 1 Commentariorum exposuimus.

47, 2. *πόλεις ἰδ'*] ita et apud Carolum a S. Paulo. sed quia Eudoxiopolis deerat in codice Vaticano, ex quo ille Hieroclis opusculum seu potius fragmentum ediderat, ideo pro *ἰδ'* legendum monet *ἰγ'*.

Ibid. *Εὐδοξιούπολις*] perperam in editis legitur *Εὐδοξία πόλις*; sed optime Morellus ex coniectura emendat. Eudoxiopolis quippe eadem quae Selybria, urbs episcopalis. vide Ortelium: nam Morellus quae adfert ad verbum, ut aiunt, ex Ortelio exscripsit.

Ibid. Arcadiopolis Thraciae urbs, olim dicta Bergulium et Bergula; postea a Theodosio magno instaurata et Arcadii filii ipsius nomine nuncupata, ut scribit Cedrenus. *Βεργούλη* Ptolemaeo et Antonino. *Μον.*

47, 3. Βιζύη] Stephanus: Βιζύη πόλις Θράκης, τῶν ἁσιῶν βασιλείων. urbs Bizya nobilitata est in hist. ecclesiastica Eustathii Antiocheni exilio. vide quae de hac urbe habet Salmasius Exercitat. in Solinum p. 166.

Ibid. Πάνιον] Hierocles apud Carolum a S. Paulo Πάνιον habet, sed optime emendavit Carolus. Panium autem castrum est Suidae circa littus in finibus Heracleae. Panium item regio est in eadem Thracia super Haemum montem Laonico 4.

Ibid. Ὀρονοι] sic et in Hierocle. at Morellus, de hac urbe, inquit, silent geographi; quid si legas Ὀρεινός; pro oppido Montanorum Thraciae pop. quos Ὀρεινούς vocat Xenophon 7 ἀναβάστως, ubi Gani quoque urbis meminit, ut Aeschines contra Ctesiph.

Ibid. Μήριζος] Hierocles habet Μόριζος. Moriseni Plinio sunt populi Thraciae circa Ponti littora. et eidem Plinio Meritus Thraciae mons dicitur, ubi fortassis urbs eiusdem nominis sita fuit.

Ibid. 4. Σαλτική] Σιλτική habet Hierocles.

Ibid. Σαναδιά] Hierocles Συναδία et Σαναδία habet.

Ibid. Ἀφροδισία] ita legitur et apud Hieroclem; Ptolemaeo autem, Plinio Procopio et Agathiae Ἀφροδισιάς dicitur Thraciae urbs ad Melam fluvium.

Ibid. Ἄπρωσ] Ἄπρος Hierocli et Stephano, urbs Thraciae, quae postmodum Theodosiopolis dicta fuit, ut scribit Cedrenus. catalogus item urbium ms, quem laudat Holstenius in notis ad Stephanum, habet Ἄπρωσ ἢ νῦν Θεοδοσιούπολις, παρὰ Ἄπρου τοῦ πενθεροῦ Κάρου κτισθεῖσα. catalogus vero urbium quae nomina mutarunt, a nobis p. 10 editus sic habet: Θεοδοσιούπολις ἢ νῦν Ἄπρωσ, παρὰ τοῦ Ἄπρου πενθεροῦ Κάρου κτισθεῖσα. verum hic mendum scribae esse nemo non videt.

Ibid. Κοιλία] vide Ortelium: nam quae hic notat Morellus, omnia ad verbum, ut aiunt, ex Ortelio hausit.

Ibid. 5. ἐπαρχία Ῥοδόνης] Hierocles habet ἐπαρχία Ῥοδόνης ὑπὸ ἡγεμόνα. urbes etiam septem ab ipso recensentur, sed diversis nominibus.

Ibid. Παρθικόπολις] huius urbis meminit et Hierocles, eamque decimam octavam ponit in provincia Illyrica 1 Macedonia: nemo autem ex geographis, quod sciam, illius mentionem facit. Stephanus Parthenium tantum agnoscit in Thracia, Parthenopolin in Macedonia, ut monet Morellus.

Ibid. 6. Στρυμόνον] legendum fortassis Strymes. ab

urbe Thraciae ita nuncupata, de qua Herodotus Stephanus alique loquuntur. Μοα.

47, 7. Φίλιπποι] Hierocli et aliis hæc ipsa urbs Φίλιππος dicitur.

Ibid. 8. Pro *Κιμιόντου* legendum esse *Αιμιμόντου* nemo non videt. ita monet et Morellus. Hierocles tertiam provinciam seu potius praefecturam Thraciae ponit, quartam vero *Ἐμιμόντου*, ubi pro *Ἐμιμόντου* legendum quidem est *Αιμιμόντου*. in Thracia quippe fuit et Haemimons et Haemimontum: illud quidem Thraciae montem, hoc vero Thraciae regionem denotat. hæc regio teste Ammiano habet Hadriano-polim et Anchialon praeter ceteras urbes. de praefectura Haemimonti ita legit Iac. Cuiacius 1 Obs. 26 C. de appellat. et consult. 1. 23: *cum appellatio interposita fuerit per Bithyniam Paphlagoniam Lydiam Hellespontum, insulas etiam et Phrygiam salutarem, Europam et Rhodopen et Haemimontum, praefecturae huius urbis iudicium sacrum appellator observet.* ad cuius legis et aliarum eiusmodi mentem percipiendam quis non videt, inquit Morellus, quantam faciem praeferat istud Constantini scriptum? ceterum non me latet Mimantem montem quoque esse in Thracia, ut est apud Ovidium Met. 2, Suidam et Aristophanis scholiastem in Nubibus: verum Mimanti aut Mimantis praefecturae nulli, quod sciam, mentio occurrit; unde pro *Κιμιμόντου* necessario legendum puto *Αιμιμόντου*.

Ibid. πόλεις ξξ] at urbes quinque tantum recensentur: unde legendum est, ut apud Hieroclem, πόλεις θ' pro ξξ.

Ibid. 9. Δεβελτός] perperam Hierocles apud Carolum a S. Paulo Διβέρτιος et apud Holstenium Διρέρτιος habet pro Δεβελτός, et Ἀχιάλος pro Ἀγχιάλος, uti optime idem Carolus notat. vide Ortelium; nam quae hic Morellus monet ex Ortelio exscripsit.

Ibid. Πλουτινόπολις] Ptolemaeo et Antonino hæc eadem urbs dicitur Πλωτινόπολις.

Ibid. Τζόιδος] Hierocles Τζοΐδης habet. at urbis huiusce nominis nulla, quod sciam, mentio apud scriptores occurrit. inauditum nomen, inquit Morellus: nunquid Tzurulum vel Zurulum Thraciae aut Turullus Suidae? *Ciorlo* nunc dici Crusius contendit, Leunclavius *Zoll*.

Ibid. 10. ἐπαρχία Θράκης] ab Hierocle apud Carolum a S. Paulo urbes tantum quattuor recensentur, ex quibus duae diversis nominibus, nimirum Philippopolis, Beron seu Beroë, Diocletianopolis et Sebastopolis; quae quidem duae

ultima non recensentur a Porphyrogenito; in Hierocle vero apud Holstenium additur quinta *Diopolis*. ceterum Thracia hic, inquit Morellus, speciali nomine de Moesia secunda accipitur.

47, 10. *Κλίμα*] Hierocles in provincia Illyrica 1 Macedonia hauc urbem *Κλήμα* appellat. verum apud alios scriptores ipsum nomen non legitur, quod sciam.

Ibid. *Μεστικόν*] Hierocles paulo superius citato loco hanc urbem videtur appellare *Μεντικόν*. at neque Mestici neque Mentici alii scriptores, quod sciam, meminere. fortassis *Νεστός* seu *Νάστος*, quae apud Stephanum Thraciae urbs est, legendum est pro *Μεστικόν*.

Ibid. 11. *Βερόη*] tres urbes sic dictas statuunt geographi, sed inconstanti scriptura. alii *Βεροθα*: sunt et qui uno R *Beroea*; alii *Βερόη* etc. unam autem ex his in Syria ponunt, quae Annae et Cinnamo *Χαλέπ*, hodie *Aleppo* dicitur; alteram in Thracia, Nicopolim Moesiae inter et Philippopolim, Thraciae oppida, ad Bermii montis radices sitam; de qua quidem hic loquitur Porphyrogenitus; tertiam denique in Macedoniae themate, ut Porphyrogenitus capite sequenti habet, in Emathia regione, quam Irenopolim ab Irene imperatrice dictam scribit Cedrenus, et de qua etiam loquitur Anna Comnena p. 18.

Ibid. 13. *ἐπαρχία Μυσίας*] Hierocles hanc appellat praefecturam Scythiae, et in ea sub duce urbes quindecim recenset; et quattuordecim eadem sunt quae apud Porphyrogenitum, quinta decima vero quae apud Porphyrogenitum desideratur est Constantiana. praefectura autem haec, quae Mysiae seu Moesiae scriptori nostro dicitur, Hierocli Scythiae, uti diximus appellatur; quae etiam Zosimo l. 6 Scythia Thracensis nuncupatur; qui in ea Tomin urbem sitam memorat hanc tamen Ovidius vates, cuius exilio nobilitata est, Miletida vocat Trist. 9 1.

Ibid. 14. *Κωνσταντιάνα*] hanc urbem quintam decimam, quae in Porphyrogenito desideratur, ex Hierocle reponimus. sed fortassis quispiam pro *Constantiana* legendum putaret *Constantia*, quae a Niceta in Thracia Rhodopei territorii recensetur.

Ibid. *Ζέλπα*] Hierocli *Ζελδένα* et *Ζεδέλπα*. *Ζελρα*, inquit Morellus, an *Zerinea* ex Theopompi Philippic. 3.

Ibid. 15. Tropaeus, inquit Morellus, an eadem quae *Topos* a Procopio dicitur et *Toparum* de Aedif. 4? Ptolemaeus certe *Topirin* urbem in Thracia collocat, quae in Concil. opere primae Macedoniae adscribitur, et *Pustio* vocatur a Sophiano. *Doberi* meminuit Thucydides.

47, 15. Trosmis dicitur et Antonino, qui legionem 1 Ioviam Scythicam adiungit, cum Notitiae liber legionem 2 Herculanam ei tribuat. Ptolemaeo *Τρισμῖς* appellatur inferioris Mysiae oppidum. MOR.

Ibid. 16. Halmyris, inquit Morellus, quin eadem civitas sit atque Halmydissus Melae et Plinio, ac *Σαλμυδισσός* Xenophonti, et Salmoduris Antonino, non est quod *ἐπιεικῆς* dubitet.

48, 3. ὧς φησιν [*Ἡσιόδος*] versus quos hic laudat scriptor noster tanquam Hesiodi, in operibus quae prostant eius poetae non reperiuntur.

Ibid. 7. *ἱερῶν πρώτῃ*] Porphyrogenitus infra themate decimo laudat Stephani grammatici, hoc est Byzantii, locum, qui in Epitome quae superest eiusdem Stephani non reperitur; Stephanus autem ibi loquens de Sicilia citat Hellenicum sic, ὧς φησιν *Ἑλλάνικος ἱερειῶν τῆς Ἦρας β.* passim autem Hellenicus a Stephano citatur. vide de hoc scriptore Vossium de historicis Graecis p. 8, 440 et seqq.

Ibid. 9. *λέγεται δὲ καὶ Μακεδονίας*] his similia prope modum notantur ab Hesychio, et ab Eustathio in Dionysii *περιηγητοῦ* v. 427. Gellius item N. Att. 9 3: *Philippus Amyntae, terrae Macetiae rex, cuius virtute industriaque Macetae locupletissimo imperio aucti gentium nationumque multarum potiri coeperant.* Ausonius de clar. urb. car. 2: *et vos ite pares Macetumque attollite nomen.* de situ autem Macedoniae et prisca Macedonum origine Marcianus Heracl. *περιηγήσεως* v. 617 ita canit: *ὑπὲρ τὰ Τέμπε δ' ἔστιν ἡ τῶν Μακεδόνων χώρα περὶ τὸν Ὀλυμπον ἐξῆς κειμένη, ἧς φασιν βασιλεῦσαι Μακεδόνας γηγενεῖς.* MOR.

Ibid. 10. Marsyas Pellaeus praeter alia libros decem rerum Macedonicarum edidit, ut scribit Suidas.

Ibid. 11. *Ἡρόστειαν* B. verum Eristea ποῦ κεῖται? num praestaret *Ἐρέτριαν* reponere? Eretria Thucydidi Polybio Straboni urbs non alia ab Eretriis, quas Ptolemaeus in Phthiotide recenset; nec procul distat a Maliaco sinu, qui Macedoniam alluit. MOR. at ipse puto hic pro *Ἡροστειαν* seu *Ἡροστειαν* legendum fortassis esse *Ἡμαθίαν*: quippe regio illa *Emathia* antea dicebatur, ut est apud Plinium Trogam et alios scriptores.

Ibid. 13. *Κλειδῆμος*] at non Clidemus, sed Clitodemus citatur a Pausania in Phocicis tanquam antiquissimus eorum qui res Atticas conscripserunt. ab Harpocrate vero in *Μελανίππειον* Clidemus laudatur tanquam rerum Atticarum scriptor, quemadmodum et ab Athenaeo l. 6. verum viri

docti non abs re ambigunt an non ibi legatur *Clitodemus*, unde *Clidemus* fecerit librarius.

48, 18. ἐν τῷ Ἰπποδρόμῳ] hanc statuam Herculis, quae stabat in Hippodromo Cpolitano, pluribus describit Nicetas Choniates in tractatu de statu is Cpolitaneis quas Latini capta urbe in monetam conflaverunt.

49, 2. τὸ νόμισμα] eiusmodi nummos Morellus se apud Paulum Petavium vidisse narrat.

Ibid. 4 *Καρανοῦ*] Pausanias in Boeoticis narrat Caranum olim in Macedonia regnasse, et victoria de Cisseo finitimae provinciae principe reportata tropaeum Argivorum more legibusque erexisse; quod postea leo ex Olympo egressus evertit ac dissipavit; eoque malo omine tum perculsum regem sibi posterisque suis, Macedoniae regibus, praescripsisse cavisseque ne tropaeum unquam erigerent; cuius constitutionis Philippus Amyntae et Alexander magnus observantissimi extiterunt. Livius etiam l. 45 Caranum primum Macedoniae regem asserit. Mor. Marsyas Pellaeus, cuius supra meminit scriptor noster, historiam rerum Macedonicarum a primo Macedoniae rege Carano orditur, ac terminat Alexandri in Syriam ingressu, ut auctor est Suidas.

Ibid. 8. καταλήξασα δὲ εἰς Περσεά] Livius l. 45 *quadriennium*, inquit, *continuum bellatum fuit inter Romanos ac Persea; idemque belli finis et inclyti per Europae pleraque atque Asiam omnem regni. vicesimum ab Carano, qui primus regnavit, Persea numerabant. Perseus Q Fulvio L Manlio coss. regnum accepit; a senatu rex est appellatus.*

Ibid. 10. Αἰμιλίου ἀνθυπάτου] Perseus qui M Iunio A Manlio coss. a senatu rex appellatus fuerat, victus deinde ac captus fuit ab Aemilio Paulo consule, ut scribit idem Livius, non vero proconsule ἀνθυπάτου, ut ait hic Porphyrogenitus. Pauli autem concio ad suos coram Perseo in tabernaculum introducto habita legitur apud Livium.

Ibid. 11. εἰς τὴν Ῥώμην] Perseus in catenis cum tribus filiis ante currum Aemilii Pauli victoris per urbem deductus est, ut tradit Livius.

Ibid. 12. ἀπὸ βασιλείας εἰς ἐπαρχίαν] victo ac capto Perseo Macedoniae regnum in provinciae formam redactum fuisse scribit Livius l. 1.

Ibid. 15. ὑπὸ κομισιάρχου] in mss Hieroclis legitur ὑπὸ κομισιάρχου et ὑπὸ κομισουλάρχου, nimirum *sub consulari*. at legendum ubique ὑπὸ κομισιάρχου: quippe Porphyrogenitus supra, cum de Thraciae praefectura, docet id

expressis verbis inquitens ὑπὸ κομισιῶν, τουτέστι βουλευτῶν.

49, 15. λα'] in mss et in Hierocle legitur λβ'. at urbes 31 tantum utrobique recensentur. fortassis trigesima secunda Cassandra, quae inter celeberrimas urbes fuit, olim Potidaea dicta, numeranda est; et hanc praetermissam puto potius librarii incuria quam μνημονικῶ auctoris ἀμαρτήματι. urbes autem quae hic recensentur conferendae cum Hierocle, apud quem pleraeque diversae. ceterum pleraeque harum urbium reperiuntur apud Livium l. 45, ubi Amphipolis primae regionis caput fuisse dicitur, Thessalonice secundae, Pelle tertiae, quartae Pelagonia.

50, 4. ις'] perperam in editis ις': quippe urbes 17 numerantur. totidem et Hierocles apud Holstenium recenset; apud Carolum vero a S. Paulo urbes 18 numerantur.

Ibid. 7. Βουραμίνσιος] vide Hieroclem.

Ibid. 11. Στρυμόνος] Strymon fluvius, qui Macedoniam a Thracia dividit, ut scribit Scylax, pluribus a tranquillitate cursus laudatur a Basilio Magno in epistola ad Gregorium Nazianzenum de solitudine Pontica.

Ibid. 18. τοὺς ἐξῶθεν καὶ παλαιούς] hic externos et antiquos appellat Porphyrogenitus, more sanctorum patrum, gentiles seu ethnicos scriptores, Ptolemaeum, Marcianum Heracleotam, Strabonem, etc.

Ibid. 20. Παῦλος] haec habentur Act. 27 2, non a D. Paulo sed a S. Luca scripta. Aristarchum autem ad Coloss. 4 appellat D. Paulus συνέδημον, συναϊχμάλωτον, συνεργόν.

51, 4. τῇ θυγατρὶ καὶ τῇ πόλει] excerpta ex l. 7 Strabonis hanc urbem instauratam fuisse perhibent a Cassandro Philippi socero, qui ab uxore Thessalonica Alexandri magni sorore nomen eidem urbi imposuit, cum antea Therme vocaretur. vide Diodorum l. 19.

Ibid. 6. ἀπὸ Ἑλληνας] vide Strabonem l. 9, Thucydidem l. 1, qui eadem ferme habent. Stephanus vero loquens de urbe eiusdem nominis ait ἐκτίσθε ὑπὸ Ἑλληνας, οὐ τοῦ Δευκαλίωνος ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Χρυσίππης τῆς Ἴρου.

Ibid. 17. πόλεις οθ'] haec 79 urbes in provincia seu praefectura Helladis ὑπὸ ἀνδύπατον recensentur ab Hierocle.

Ibid. Σκαρφίαν] sic et Hierocles. Strabo l. 9. Σκάρφην vocat, Eustathius vero Σκάρφειαν.

Ibid. 20. Εὐβοίαν] de Euboeae insulae situ, gemina appellatione, urbibus et incolis Marcianus Heracl. v. 595. ex quo constat Chalcida maximam Euboeae urbem et quasi metropolin fuisse, ut nihil mirum sit nonnullos insulae nomen eius civitatis tribuisse, ut hic scribit imperator. Mon.

52, 1. *Λεωνίδης*] vide Herodotum I. 7, Plutarchum in Lacon., Tullium Tusc. quaest. 1, Diodorum Bibl. 2.

Ibid. 6. Peloponnesus quae hodie *Morea* dicitur, olim scriptoribus Latinis Achaia vocabatur: sic Orosius 1 2, Apuleius item 6 Asini, ubi Lacedaemona nobilem Achaiae civitatem vocat, et 10 eiusdem Corinthum eius caput nuncupat. Peloponnesi autem situm pluribus describit Marcianus Heracl. v. 510.

Ibid. 8. *ἡ νῆσος*] Peloponnesus peninsula, non vero insula, ut nemo ignorat.

Ibid. μ'] Hierocles sub Corintho metropoli totius Hellados urbes 33 recenset.

Ibid. 20. *πλατάνου φύλλω*] Plinius et Mela Dionysio in hoc consentiunt, licet Plinius Tauricam Cherronesum hederac folio similem esse scribat. vide Morelli notas.

53, 3. *ἔβασιλευετο τὸ πρῖν*] Thucydides I. 1. narrat Dores cum Heraclidis 80 anno post excidium Troiae Peloponnesum tenuisse, cum Dorienses altero oraculo moniti, per angustias Crisaei sinus adorti Heraclidas dominantes fugarunt; qui postea sunt reversi in Peloponnesum duce Caramo. MOR.

Ibid. 6. *ἀφ' οὗπερ ἔπ' ἀμφοτέρων*] hanc victoriam, quam de Persis Graeci reportarunt, fuisse *κοινὸν κατορθώμα Ἑλλήνων* scribit Plutarchus in Aristide. MOR.

Ibid. 7. Mardonii caedem constat ex eodem Plutarcho ab Arimnesto Spartiata patratam esse, qui saxo caput Mardonii contrivit; ut ex Amphiarai oraculo praemonitum fuerat. MOR.

Ibid. 11. *Θουκυδίδης*] vide Thucydidem I. 5.

Ibid. 18. *σθλαβόνειν et σκλαβόνειν in servitutem redigere.* passim autem occurrit haec vox apud scriptores Byzantinos.

Ibid. 19. *ὁ λοιμικὸς θάνατος*] de hac pestilentia, quae imperante Copronymo in omnem terrarum orbem grassata est, mentionem faciunt scriptores illius aevi, et imprimis S. Nicephorus patriarcha CP in operibus mss, quae propediem a nobis edentur.

Ibid. 20. *ὁ τῆς κοπρίας ἐπώνυμος*] Zonarae XV 4 *Κοπρώνυμος* dicitur.

54, 2. *γερασδοειδής pro γεροντοειδής* usurpari videtur, ut sit quod Terentius dicit: *vetus vietus vetermosus senex.* MOR.

Ibid. *Νικῆτας*] Nicetae huius patricii, Christophori socii, praeter Porphyrogenitum meminit et Leo grammaticus p. 494.

54, 11. *Κέρκυρα*] Dionysius περιηγ. 494: καὶ λιπαρὰ *Κόρκυρα*, φίλον πέδον Ἀλκινόοιο. ubi Eustathius monet in antiquis codicibus ambigue scribi Cercyram et Corcyram, et quadrifariam vocari, Phaeaciam Scheriam Drepanon et Argon.

Ibid. 12. Hic Alcinous Homero appellatur βασιλεύς *Θεοιδῆς*. Μορ.

Ibid. 17. δώδεκα] item duodecim numerantur ab Hierocle, et singulae recensentur.

55, 6. *νικήσας ὁ Καῖσαρ*] Navalis haec ad Actium victoria contigit, ut Dio testatur, Caesare tertium et Messala coss., u. c. 723, Iulianae editionis 15, die 2, imo 3 Septembris.

Ibid. 9. *ἰνδικτίωνας*] quae hic tradit Porphyrogenitus ex Hesychio de indictionibus, nugae sunt ac aniles fabulae. vide quae de indictionibus scripsimus comment. in Antiquitates CP. p. 473 n. 21. de Hesychio Milesio comment. aut ac eius scriptis pluribus agit Io. Meursius initio notarum ad librum eius de Viris Claris.

Ibid. 17. *Γρηγόριος*] locus hic laudatus Gregorii Nazianzeni exstat in panegyrico εἰς τὰ ἅγια φῶτα τῶν ἐπιφανίων, non procul ab initio; ubi sic habet: ποῦ θῆσεις Ἐκάτης τὰ φοβερά καὶ σκοτεινὰ φάσματα καὶ Τροφονίου κατὰ γῆς παίγνια καὶ μαντεύματα; ἢ Λαδωναίας δρυὸς ληρήματα; ἢ τρίποδος Δελφικοῦ σοφίσματα; ἢ Κασταλίας μαντικὸν πόμα; τοῦτο μόνον οὐ μαντευσάμενα, τὴν ἑαυτῶν σιωπὴν. Μορ.

Ibid. 18. ἡ πηγὴ Κασταλίας] scholiastem Graecum illius panegyrici Gregorii sic lego: Κασταλία πηγὴ περὶ τὴν Ἀντιόχειαν, ἐν ἣ καὶ ὁ Ἀπόλλων ἐφορεύει. μαντεία οὖν τις ἐξεφέρετο κατὰ τὴν τοιάνδε πηγὴν, ἢ τοῦ ναμάτος, οὐ κατὰ φωνὴν· οὐ γὰρ φωνὴ τις ἐξηχετο, ἀλλ' ἀπλῶς ἤχου τινός καὶ πνεύματος ἀναδιδρομένη καὶ ἐκροῆς· πρὸς ἃ τινες ἰστάμενοι, καὶ νοοῦντες τὰ σύμβολα ταῦτα, ἔλεγον ταῦτα. Μορ. verum Castalius fons, qui et Caballinus et Libethris dicitur, de quo hic loquitur scriptor noster, est in radicibus Parnasi Musis sacer, ita dictus a virgine Castalia, quae Apollinem fugiens praecipitata et in fontem versa est.

56, 5. *πόλεις πέντε*] at urbes tantum quattuor numerantur apud Constantinum, ommissa fortassis quinta scribae incuria: sed suppleri potest ex Hierocle; a quo quidem primo loco ponitur *Σαρδικὴ μητροῦλις*.

Ibid. 6. *Ναῖσος Ναισός* et *Ναῖσός* scribitur hoc nomen: at *Ναῖσος* per σ simplex scribendum ait Holstenius, quod in Hierocle ita scribatur, et gentiles *ΝΑΙΣΙΤΑΝΟΙ*

dicantur in nummo vel sigillo plumbeo, quod apud equitem Gualdum Romae viderat idem Holstenius. quod vero ait Porphyrogenitus Naisum patriam Constantini magni esse, id hausisse videtur ex Stephano Byzantio, qui eadem scribit; quamvis de patria Constantini magni controversia sit inter scriptores: alii quippe eum natum fuisse aiunt Naisi oppido Daciae, alii Trasi, alii Drepani Bithyniae urbe ad Nicomediensem sinum, alii vero in Galliis, alii denique in Britannia.

56, 7. *Ῥεμισιάννα*] sic ex Hierocle emendo: nam praeter Hieroclem habetur *Remisiana* in Antonini Itinerario.

Ibid. 8. *ἐπαρχία τῆ παλαιᾶ*] locus corruptus, ni fallor, et hic et apud Hieroclem, ubi sic legitur: *ἐπαρχία τῆ παρὰ . . . ὑπὸ κοινοῦ*. quae sic Holstenius interpretatur ac emendat: *provincia quae est ad . . .* (nempe *ripam Danubii*, estque Dacia Ripensis) *sub consulari*. et ita fortassis legendum etiam hic. urbes autem illae quinque cum Dardaniae tribus Pannoniae duabus recensentur ab Hierocle.

Ibid. 14. *Ἑλληνική*] scribendum puto *Ἰλλυρικὴ*, ut habet Stephanus Byzantius. Dyrrhachium autem urbem Illyricam fuisse et olim Epidamnum dictam scribit et Mela 2 3. de Dyrrhachii situ vide Io. Vossii observationes ad Melam et Iac. Palmerii descriptionem Illyrici, ubi, praeter urbis situm, conditores etiam ac memorabilia fusius commemorantur.

Ibid. *Ἐπίδαμνος κληθεῖσα ὑπὸ Ἐπιδάμνον*] eadem ferme Dio Cassius l. 41. Appianus Alexandrinus Civil. 2 scribit regem quendam barbarorum Epidamnum nuncupatum urbi nomen dedisse. Thucydides Dyrrhachium non noverat, cum de Epidamno pluribus loquatur l. 1, ubi tradit hanc urbem a Corcyraeis missa colonia conditam; id quod Strabo quoque tradit l. 7.

Ibid. 15. *Μέλισσα*] de huius patre inter mythologos non convenit. vide Apollod. l. 2 et Pausan. in Corinthiacis.

Ibid. *ἧς καὶ τοῦ Ποσειδῶνος ὁ Ἰυρράχιος*] sic ex Stephano emendamus; ex cuius quidem opere integro hausit scriptor noster quae hic de Dyrrhachio tradit. perperam enim legitur hic in mss Porphyrogeniti *ἧς ἡράσθη Ποσειδῶν ὁ Ἰυρράχιος, ὅφ' οἷς ἐστὶ τόπος*. at Thomas de Pinedo in notis ad Stephanum hunc Stephani locum emendare aut potius corrumpere conatur Porphyrogeniti lectione seu potius scribae mendo. quod autem scribit Stephanus et ex eo Porphyrogenitus de Dyrrhachii appellatione, fabulas sapit: potior fides adhibenda Plinio, qui 3 23 ait Dyrrhachium propter inauspicatum nomen Epidamni a Romanis eo colonia deducta nuncupatum fuisse. eadem Livius, Strabo, Mela. eodem videtur alludere Plautus in Menaechmis act. 2 scen. 1.

his etiam assentitur Dio Cassius l. 41 1, ita tamen ut subdubitet num duo diversa sint oppida; quod quidem Appianus Alexandrinus Civil. 2 omnino affirmat, inquit Epidamnium paulum remotum a mari, Dyrrhachium vero prope ipsum mare Epidamnique navale esse; additque hoc falso a quibusdam Epidamnium dictum, postea tamen sic nominatum a Corcyrensisibus, quod Dyrrhachii nomen ominosum haberetur; vetustam autem appellationem vicisse et Dyrrhachii nomen manere. sic discrepat a ceteris omnibus Appianus: ille quippe Dyrrhachii nomen ominosum, ceteri Epidamni faciunt; ille nominis mutationem Corcyrensisibus, ceteri Romanis adscribunt, praeterea Dyrrhachium dictum fuisse nonnulli contendunt a nomine illius qui urbi portum adiecit. alii Dysrachium appellarunt, ut Alexander in sua Europae descriptione apud Stephanum. Eustathius item in commentariis ad Dionysium de Situ Orbis inde nominis etymologiam deducit: τὸ Δυρράχιον δηλοῦν ἐκ τῆς τοιαύτης κλήσεως τὴν τοῦ τόπου τραχύτητα. δυσράχιον γὰρ ἐστίν, ὃ ἐστὶ δυσῆξοχον. τρέψαν δὲ τὸ σ εἰς ρ εὐφωνότερον καλεῖται Δυρράχιον, καθὰ καὶ τὸ Τυρρηνὸς Τυρρηνός. vide quae hanc in rem habet Dion Nicaeus l. 41. ceterum Holstenius in notis ad Stephanum laudat collectionem nominum geograph. ex ms cod. Vat., ubi sic de huius nominis etymologia: Δυρράχιον πόλις καλουμένη πρότερον Ἐπίδαμνος. ἀνομάσθη δὲ Δυρράχιον, ὅτι κατὰ τὸν τόπον προεχούσης ἄκρας γεωλόφου τὸ κύμα προσπίπτου καὶ σχιζόμενον ῥαχίαν ποιεῖ μεγάλην, ὅθεν διὰ τὴν ῥαχίαν καὶ τὸ δύσφορον οὕτως ἀνομάσθη.

56, 17. μετὰ δὲ τὸν Ῥιζόνικον Λισσός] Totidem verbis haec habet Strabo l. 7, nisi quod ibi legitur μετὰ δὲ τὸν Ῥιζόνικον κόλπον; quod quidem in Constantino subintelligitur. unde aut haec Philonem, quem hic laudat Porphyrogenitus, hausisse ex Strabone dicendum est, aut Strabonem ex Philone. sed quis iste Philo sit et quo tempore vixerit, non liquet, cum plures fuerint Philones, ut patet ex Vossio de historicis Graecis. et hic quidem laudatur a Stephano Philo ἐν τοῖς Ἱατρικοῖς, medicus ille fortassis Tarsensis vetustissimus, qui a Galeno citatur. et alibi passim laudatur ab eodem Stephano Philo Byblius, qui Traiani tempore vixit. sed de Philonibus plura, ut dixi, Vossius. ceterum quemadmodum dicitur Corinthus et Acrocorinthus, ita Lissus et Acrolissus: quippe ut Corintho Acrocorinthus, sic Lisso Acrolissus adiacet in alta rupe aedificata. Polybius id docet l. 8.

Ibid. 19. τῇ χερσονήσῳ] Epidamnium in isthmo peninsulae cuiusdam situm docet et Thucydides. ceterum ex hoc

Philonis loco apparet etiam Dyrhachium a loci asperitate, in quo situm est, nomen sumpsisse.

56, 20. Dexippi Herennii Atheniensis, qui, ut scribit Eunapius in Porphyrio, vixit circa Aureliani ac Probi tempora, crebra mentio occurrit apud scriptores qui post illa tempora floruerunt. vide quae de eo ac eius operibus scribit Vossius de historicis Graecis l. 2. ceterum licet etiam in ms legatur ἐν χειρρονικῶν δεκάτῳ, legendum puto cum Henr. Valesio ἐν χρονικῶν δεκάτῳ, cum idem liber decimus chronicorum Dexippi citetur etiam a Stephano in Σουγγαίῳ et duodecimus in Ἐλουροί.

57, 6. ἐμέρισεν] de hac divisione imperii Romani pluribus scriptores.

Ibid. 20. De Dalmatia ac eius populis pluribus agit Constantinus I. de Adm. imp. c. 29 et seqq. sed quod ait hic Dalmatiam Italiae regionem esse, id hausit ex Stephano Byzantio, ex quo et pleraque alia ad verbum, ut aiunt, excipit, uti et alibi monuimus. Dalmatiam autem pro Italica regione hinc puto sumptam a scriptoribus Byzantinis, quod Dalmatia tum fuerit pars Italicae praefecturae. vide quid hac de re Ortelius, licet Berkelius in notis ad Stephanum id pro nugis habeat, quemadmodum et Holstenius in suis annotationibus ad Ortelium. verum ipse puto Berkelium nugari, dum hunc Stephani locum explicare conatur.

Ibid. ἐξ οὐπερ ἐβλάστησεν] de patria Diocletiani imperatoris, de qua controversia est inter scriptores, pluribus alibi loquimur.

58, 13. καθὼς ὁ γραμματικὸς Στέφανος] haec in epitome Stephani non extant; et miror cur Berkelius, qui alia, quae ex Stephani calamo profecta erant et conservata sunt apud scriptorem nostrum, legitimo auctori restituit, haec eisdem non restituerit.

Ibid. 15. Citat eundem Hellenicum scriptor noster supra de Macedoniae themate; ubi vide quae de eo adnotavimus.

59, 6. Ἀλέξιος] hic poeta aliis scriptoribus Alexis dicitur. vide Vossius de poetis Graecis.

60, 15. Postremis temporibus Longobardiae nomine ea potissimum Italiae pars a Graecis donata fuit quae in eorum imperio remansit, nimirum Calabria atque pars regni Neapolitani, ut manifesto apparet ex iis quae hic scribit Porphyrogenitus. olim autem sub Carolo magno Longobardiae nomen tam late patuit ut universa Italia hoc vocabulo intelligeretur, ut constat ex charta eiusdem Caroli magni pro divisione

imperii: *Italiam vero, quae et Longobardia dicitur. quae-
nam vero Italiae pars Longobardiae nomine hodie donetur,
nemo ignorat.*

60, 18. *Λέσβιον]* sic in ms. at Morellus *Ούεσουύβιον*
emendat. sed vide Ortelium verbo *Vesevus*.

Ibid. *Πυρχάνος]* ecquis huius meminit? nunquid Ae-
tuae *κρατῆροι πυριπνόοις* congruit? an Pausilypo, an Plano,
an Taburno, an Purgio, an Puteolis? an peregrina vox est
et *ἀντί τοῦ Ἀόρνου* loco Averni irrepsit? an usquequaque
explodendum videtur a monte Vesuvio *Πυρχάνον* nomen,
cuius etymon *πυρὸς χάσμα*, hiatus ignis, prae se fert? equi-
dem *ἐπέχω*. cedo *πόρον ἐν ἀπόρῳ*. Mor.

Ibid. 21. *Βουτελίνος]* hanc historiam fuse eleganterque
persequitur Agathias Scholasticus de rebus gestis Iustiniani
imperatoris l. 2; ac Butilinum quidem hunc Francorum ducem
vocat, cumque et fratrem eius Leutherim antea cum Gotthis
societatem iniisse, etiam invito Theodobaldo rege. adde
Agath. 1 p. 26 17 Bonn. Sigonius l. 20 de Occid. imp. du-
cem hunc Bucellinum nuncupat, et hanc Francorum cladem
in agro Campano contigisse scribit, ad Casilinum seu Casu-
dinum fluvium. is idem videtur esse cum Vulturno, qui nunc
Sanguino ab hac fortasse strage indigetatur et ex Apennino
monte fluit. Mor.

61, 2. Epigramma quod hic Porphyrogenitus refert de-
pravatum ac corruptum (quod quidem non dubito scribae in-
scitia factum) habetur et apud Agathiam lib. 2. de quo sic
ille: *ἐμοὶ δέ τις τῶν ἐπιχωρίων καὶ ἐλεγείῳν τι ἔφη ἐς κῆρβιν
τινὰ λιθίνην ὑπὸ τοῦ γεγράφθαι, ἀμφὶ τὰς ὄχθας τοῦ ποτα-
μοῦ ἰδρυμένην, ᾧ δέ πη ἔχον*. ceterum visum est textui Por-
phyrogeniti adscribere epigramma illud emendatum ac inte-
gram, quomodo habetur apud Agathiam p. 87.

Ibid. 11. De themate Longobardiae eiusque principati-
bus ac ducatibus pluribus agit scriptor noster infra de Adm.
imp. c. 27.

Ibid. 13. *ἔχων κεφαλήν]* de hac expeditione Saraceno-
rum contra Dalmatiam et Italiam pluribus agit Porphyrogeni-
tus de Adm. imp. c. 29, ubi vide quae adnotamus.

63, 5. *καθὼς Αἰσχύλος]* hi versus, inquit Morellus,
quos emendatioribus quam in codice Regio exarati sint edidi-
mus, enuntiantur a Prometheo vinculis astricto apud Ae-
schylum.

Ibid. 9. *ἐν δεκάτῳ]* locus Strabonis non 10 l. sed 7
legitur: *ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου τοῖς τοῦ Βοσπόρου δυνασταῖς
ἢ τῶν Χερσονησιτῶν πόλεις ὑπήκοος μέχρι νῦν ἐστί*, post

victoriam nimirum, qua Mithridates Eupator Chersoneso Bosphoroque potitus est. Mor.

63, 11. Παντικῆπιον] de Phlegonte Tralliano, Hadriani, ut aiunt, liberto, vide ex recentioribus Vossium, Meursium, Morellum.

Ibid. 13. Κόνυ] Arrianus in Periplo Ponti Euxini Cotyn βασιλέα τοῦ Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου καλουμένου ab Adriano imperatore diadema et urbes plerasque accepisse narrat.

Ibid. 19. Hoc ipsum epigramma habetur et apud Hesychium Milesium in Originibus CP, ac Anthologiae l. 3 tit. 12 de Mulieribus, necnon apud Codinum in Originibus Cp. emendatum autem ex Hesychio textui inseruimus.

84, 12. τὸ Βυζάντιον πολιορκούντος] Eustathius in Dionysii περιηγ. 140 τῇ δ' ἐπὶ Θρηκίου στίμα Βοσπόρου, huic loco affinia tractat, et commenti lepidi lacunam, quae lacrimam forte an quibusdam pareret, explet, cum ita scribit: ὁ περὶ τὸ Βυζάντιον δὲ λιμὴν οὕτως ὕστερον ἐκλήθη κατὰ παραγραμματισμὸν ἢ μάλιστα κατὰ τὴν παρὰ τοῖς ῥήτορι λεγομένην παραφθοράν, Φωσφόριον ὀφείλων καλεῖσθαι, ὡς φασιν οἱ παλαιοί. Φιλίππου γὰρ ἐν πολιορκίᾳ διορῶσαντος εἰσοδὸν κρυπτήν, ὅθεν ὀρύσσοντες ἔμελλον ἀφανῶς ἐξαναδῦναι τοῦ ὀρύγματος, ἢ Ἐκάτη φωσφόρος οὕσα δᾶδας ἐκείθεν ἔφηρε τοῖς πολίταις. καὶ τὴν πολιορκίαν οὕτω φυγόντες Φωσφόριον οἱ ἐγγώριοι τὸν τόπον ἐκύλεσαν. haec fere ad verbum translata reperiuntur in ἐπιτομῇ τῶν ἐθνικῶν Stephani Byzantii in Βόσπορος, ubi scribendum τοῦ ὀρύγματος ἀναδῦναι vel ἐξαναδῦναι, ut apud Eustathium, qui mox illustratur facula vuculae νύκτωρ in his Stephani, δᾶδας ἐποίησε νύκτωρ τοῖς πολίταις φανῆναι. Mor.

IN LIBRUM DE ADMINISTRANDO IMPERIO.

65, 11. εὐβουλίας] perperam in mss scribitur εὐβουλιίας. Graeci quippe recentiores diphthongos et vocales mire confundunt; ex quo ipsis barbaries, literatis vero dubium quomodo diphthongi et vocales pronuntiandae. hoc autem semel monuisse sufficiat: nam nulla apposita adnotatione veluti scribae mendum castigamus.

66, 10. σταδιασμοῦ] Meursius, ac si legeretur στασιασμοῦ pro σταδιασμοῦ, haec ita interpretatur *seditionis motu*. verum in mss Regiis et in Palatino non solum hic verum etiam 1c. 3 circa finem legitur σταδιασμοῦ, ubi Meur-

sus perperam emendat σταδισμοῦ pro σταδιασμοῦ: quippe idem Porphyrogenitus de Them. 1, ubi de themate secundo Armeniaco, sic habet, οὔτε Μένιππος ὁ τοὺς σταδιασμοὺς τῆς ὅλης οἰκουμένης ἀπογραψάμενος, ubi Vulcanius σταδιασμόν interpretatur dimensionem per stadia. addatur itaque haec vox Glossario Gr. Ducangii.

67, 13. πρὸ προσώπου αὐτοῦ] Meursius perperam haec ab illis πρὸσῶνται πολέμιοι segregata cum iis quae antecedunt coniungit.

Ibid. 19. De Patzinacitis Scythica gente, qui etiam Patzinacae alii dicuntur, vide quae habet Ortelius.

68, 15. ἀποκρισιάριον id est legatum. passim quidem hac significatione occurrit apud scriptores mediae et infimae Graecitatis ac Latinitatis (v. Ducangii utrumque Glossarium), unde nostrates legatum poclisar appellant. inceptit autem hoc nomen et munus Constantini magni tempore, ut scribit Hincmarus epist. 3 c. 13. nec ab origine pro quovis legato sumebatur, sed qui ecclesiae negotia tractabat legatus, apocrisiarius dicebatur; posteriori autem aevo pro quovis legato indifferenter usurpatum est.

Ibid. 16. ὄψις multiplici significatione apud scriptores occurrit, quemadmodum etiam apud ipsum Constantinum; hoc ipso quippe libro c. 53 ὄψις pro vultu accipitur. in Tacticis apud Mauricium ὄψις pro exercitus fronte usurpatur. at in praesentiarum ὄψις est purum putum Latinum obses; qua notione accipitur etiam c. 7 huius libri necnon c. 8 et 45.

Ibid. 20. γεινιᾶζει] ex illis quae in sequentibus habet scriptor noster facile eorum regionis limites dignosci possunt.

Ibid. 22. κουρσεύειν] est cursare, praedari excursiones facere. MEURS. hac notione saepe occurrit apud Theophanem et alios scriptores, necnon ipsum Constantinum in Tacticis. v. Ducangii Gl. Gr.

Ibid. 23. κλήματα] interpretatus sum pagos, nescio satis an recte. MEURS. interpretatus sum regiones exemplo edit. Lat. Canonum ecclesiae Afric. can. 107: ἐν τῇ Χαλκηδόνι εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ δευτέρου κλήματος, in basilica regionis secundae. ceterum apud eundem Constantinum scribitur κλήμα et κλίμα, cum η c. hoc primo, cum 1 c. 37 et c. 42. et ita varie scriptum, eadem tamen notione, passim reperitur apud auctores.

69, 3. De Russis et Russia pluribus loquitur infra c. 9 scriptor noster. de Russis autem Symeon Logotheta in chronico ms sic loquitur: Ρῶς δὲ οἱ καὶ Δρομίται, φερών-

μον, ἀπὸ Ῥῶς τινὸς σφοδρῶ διέδραμεν ἀπηχῆματος τῶν
 χρησαμένων ἐξ ὑποθήκης ἢ θεοκλυτίας τινός, καὶ ὑπερεχόν-
 των αὐτοῦς, ἐπιπέκηνται. Δρομῆται δὲ ἀπὸ τοῦ ὄξέως τρέ-
 χειν αὐτοῖς προσγένετο· ἐκ γένους δὲ τῶν Φράγγων καθί-
 στανται. (cf. idem ed. p. 490 A).

69. 5. πραιδεύουσι id est praedantur. hoc verbo
 utitur Constantinus etiam c. 10, 13, 30, 32, 44, 45, et in
 Tacticis nonnunquam. apud alios item scriptores Byzantines
 passim occurrit hoc verbum eadem notione.

Ibid. 22. εἰς τοὺς φραγμοὺς τοῦ ποταμοῦ] nimirum *ad loca
 fluminis praerupta*. perperam haec interpretatur Meursius,
in fluminis munimentis: quippe in Danubio Danapri et Da-
 nastri fluminibus nulla munimenta arte facta, quae navigatio-
 nem impediunt, reperiuntur, loca vero praerupta seu rupes
 transversae, quae navigiis permeari nequeant, frequentissi-
 mae in laudatis fluviis occurrunt. nomina autem eorum lo-
 corum recensentur a Porphyrogenito paulo infra c. 9, ubi
 agit de Russis a Russia Cpolim in lintribus venientibus.

71, 17. καὶ ἕτερος λαὸς] vide quid de Patzinacitis scri-
 bat idem Porphyrogenitus infra c. 37. gens autem Patzina-
 citarum dividitur in 13 tribus, et est magna et populosa, cui
 nulla Scythica resistere potest, ut scribit Cedrenus; qui
 quandam harum tribuum *Belemarmin* et aliam *Pagomania*
 appellat. in horum vero Patzinacitarum sive Patzinacarum
 tractu, inquit Ortelius, hodie Podolia et Moldavia visitur.

Ibid. 20. De Chazaris et Chazaria vide quid Constan-
 tinus c. 10 11 et 12, necnon alibi obiter.

Ibid. τὴν Ζιχίαν] regio ad Pontum Euxinum. pluribus
 de Zichia loquitur Porphyrogenitus infra c. 42 et Gyllius in
 Bosporo Thracio. vide notas ad historiam Ducae p. 232. Xy-
 sander in notis ad Cedrenum nomen fluminis esse ait.

72, 1. *blattia* vel *blatta* est idem quod *purpura* in L. 1.
 c. quae res venund. non poss. *purpurae*, quae *blatta* vel
oxyblatta atque hyanthina dicitur. hinc constat triplicis
 coloris fuisse blattam, purpuream nempe, quae mero blattae
 vocabulo intelligitur, alteram intensioris et vividioris coloris,
 quam ὄξυβλάτταν nuncupant vel βλάττον ὄξύ, ut Cedrenus in
 Tiberio; tertiam denique violaceam sive hyanthinam. fuit
 olim in pretio *blatta Neapolitana et Byzantina*, ut patet ex
 Anastasio Bibliothec. in Leone III et in Paschali. *blattam*
 vero Tyriam commendat Sidonius carm. 5: *Pontus Castorea,
 blattam Tyrus, aera Corinthus*. recentiores vero Graeci
 βλαττίον pro serico usurparunt. vide Salmas. ad hist. Aug.
 item Ducangii utrumque Gloss.

72, 1. *πράνδια*] *prandea* et *brandea* scriptum reperitur. brandeum multiplici significatione apud scriptores occurrit: aliquando enim accipitur pro palla serica vel lintea, qua divorum reliquiae vel corpora involvi a Christianis solebant. Hincmarus in Vita S. Remigii: *ipsam corpus sanctissimum, sicut in anteriori translatione, ab episcopis Remorum dioeceseos integrum inventum est et brandeo rubro involutum. prandeam seu brandeum* accipitur etiam pro zona, fascia, cingulo. apud Isidorum in Glossis *prandeam genus zonarum* fuisse dicitur; ubi quidam temere *brandeum* reponunt, ignorantes quod *prandeam* scriptum reperiatur apud plures scriptores Latinos eadem pariter notione qua *πράνδιον* apud Graecos. Theophanes a. Iustiniani 31 de Avaribus: *εἶχον γὰρ τὰς κόμας ὑπισθεν μακρὰς πάνυ, δεδεμέναις πρᾶνδίοις καὶ πηλεγμένας*. Constantinus *prandea* eadem significatione hic accipit, scilicet pro zona, fascia seu cingulo. vide Ducangii utrumque Gloss. necnon notas ad Theophanem p. 597.

Ibid. 2. *χαρέρια*] ita ms omnes. at Meursius in notis emendat *χαρέρια*, ut sint *armillae*. verum Zosimus Panopolita ms de rotundandis margaritis docet esse *παρμὰν ραριόρεμ*: *ἄστω δὲ ἡ τοιοῦτη ὄπη ἐσκεπασμένη μετὰ παρίου ἀραιού ἐπιλεγόμενου χαρέριον*.

Ibid. *Σήμεριον* esse purum putum Latinum *segmentum* scribit Meursius in notis, nec dissentio: sed quid hic *segmentum* significet non aperit, *segmentum* siquidem multiplici apud Latinos significatione gaudet. Ovidius de arte amandi *tertia: quid de veste loquar? nec enim segmenta requiro, nec quae de Tyrio murice lana rubet*. hoc quidem loco *segmenta* et purpuream vestem eodem sensu Ovidius usurpat, quo Graeci auctores *χρυσόν καὶ πορφύραν* mulieres in luctu deposuisse scribunt. ita etiam accipiendus Iuvenalis l. 1 sat. 2 de veste Gracchi: *segmenta et longos habitus et flammae sumit*. quibus verbis muliebrem vestem designavit, quam Gracchus induerat, et quae *segmentis* ad guttur ornata fuit, hoc est aureis fasciis. *segmentum* vero apud Valerium Maximum est ornamentum colli quod monile vocatur, l. 5 c. 2, in Coriolani mentione. eadem notione usurpavit Servius: *colloque monile ornamentum gutturis, quod et segmentum dicunt*. idem habet Isidorus. et hac etiam significatione *segmenta* in praesentiarum accipiendum esse puto: hisce quoque temporibus illarum regionum feminae collum pluribus monilibus exornant, digitos annulis complent. ceterum recentiores Graeci *segmenta* *σημεντα*, ut *pigmenta* *πήμεντα*, dixerunt.

Ibid. *ἀληθινός purpureus* Graecis. nonnunquam tamen

apud scriptores Latinos eandem vocem usurpatam reperio eadem notione. Anastasius biblioth. in S. Zacharia: *simulque et vela serica alithina quattuor*. occurrit passim apud eum scriptorem. alii vero auctores chlamides purpureas *veri luminis* vocant: sicuti enim Graeci ἀληθινὸν χρώμα dixere pro purpureo vel coccineo, ita κατ' ἐξοχὴν Latinis verus color est purpureus. idcirco δερμάτια ἀληθινὰ πάροδικα pelles pardorum purpureas interpretati sumus. vide Salmasii notas in Trebellium Pollionem et Ducangii utrumque Gloss.

72. 9. βασιλικός id est *Caesarianus*. sic interpretatum sum exemplo Cuiacii, qui ad Nov. 1 Iustiniani *Caesarianum* interpretatur sive *officiale Caesaris*. Divus vero Hieronymus in illo Ioannis 4 46, ἦν τις βασιλικός, interpretatur *erat quidam palatinus*. Ducangius βασιλικοί, inquit, iidem qui μανδάτωρες, qui scilicet imperatoris mandata *perferebant*. vide eiusdem Gloss. med. Graec. v. βασιλικοί, necnon med. Lat. v. *Basilicus*.

Ibid. 11. διασώστας id est *duces viae*; ita et Meursius interpretatur. saepissime hac voce utuntur eadem notione Graeci recentiores. vide Suicerum in *Διασώζειν*, necnon Ducangii utrumque Gloss. v. *Diasostes* et *conducere*.

Ibid. 16. ἑστάσιον hic et c. 48 eiusdem libri idem significat quod apud veteres Graecos ἕξιον.

73. 5. χελώνδιον navigii species, cuius frequens mentio occurrit apud Byzantinos scriptores, notatum apud hunc Constantinum c. 39, 41 et 51. vide Ducangii Gloss. med. Lat. v. *Chelandium*.

Ibid. Δάναροι καὶ Δανάστροι] non solum Porphyrogenito verum etiam Cedreno p. 464 Danaper et Danaster duo sunt flumina diversa, et quidem Danaster fluvius idem qui Borysthenes, Sarmatiae Europaeae fluvius, qui etiam a Iornande Danaster appellatur; unde Danapron et Danastrum pro eodem flumine geographi passim usurpant. sed num Danaster idem qui Marcellino Danastus fluvius diversus a Borysthene, quem idem scriptor inter Danubium et Borystheneam ponit? Martinus Cromerus autem de rebus Polonorum p. 8 sic habet: *Danaster vero, qui Iornandi Borysthenes est, ni fallor, aliis vero Tyras, qui e Sarmaticis montibus profluens etiam Nester sive Dnester ab accolis dicitur, et ipse in Sarmatia est.* et p. 11: *de si quidem Danaster Borysthenes est, ut Iornandes velle videtur et nos ante diximus, quem nos Neprion seu Dneprion vocamus, Valachi ac Podolii nunc ea loca tenent: sin Nester sive Denester, ut etiam nunc ab accolis Russis et Moldavis*

appellatur, quæ veteribus Graecis et Latinis Tyras est, soli Valachi ab eo ad Pontum ac Danubium extenduntur.

73, 12. ἄνθρωπος hic pro *famulo* accipitur, ut apud Codinum de offic. aulae Cp. c. 7 n. 15, et apud Ioannem Glycam de Vanitate vitae.

Ibid. 20. τὰ ζάκανα] vox Illyrica corrupte scripta, uti passim apud Graecos recentiores voces occurrunt alienigenae corruptae: *zakon* quippe in singulari numero, seu ut nostrates scribunt *sakon* vel *sacon*, *legem* significat tam scriptam quam non scriptam, hoc est *legem et consuetudinem*; et in plurali *zakona* seu *sakona* *leges et consuetudines*. eadem voce utitur etiam c. 38. corrige Ducangii Gloss. med. Graec. v. ζάκανον.

74, 11. καὶ κακὰ παῖδια εἰσὶ] Meursius ad verbum, et *mali pueri sunt*. sed perperam idem Meursius in notis ad hunc Porphyrogeniti locum laudat Epimenidis versum, qui habetur apud D. Paulum, sic:

Κοῆτες αἰεὶ ψεῦσαι, κακὰ κωδέτα, γαστέρες ἀργαί.
nam ibi non κακὰ παῖδια sed κακὰ θηρία legitur.

Ibid. 15. καλοκαιριζειν significat *aestatem transigere*: καλοκαίριον quippe c. 29 est *aestas*. vide Meursii Gloss. med. Graec. necnon Ducangii.

Ibid. 17. μονόξυλα sunt lintres minores ex unico ligno confectae. Vegetius § 7 *scaphas de singulis trabibus excavatas* appellat. unde a Latinis *trabariae* dictae, quae ex *singulis trabibus cavantur*, ut est apud Isidorum Orig. 191. hae propriae erant Scytharum Bulgarorum Russorum ceterorumque ad septemtrionem populorum, quibus Istrum et maiora flumina traiciebant. Claudianus in 4 consulatum Honorii: *ausi Danubium quondam transnare Gothum in lintres fregere nemus, cum mille ruebant per fluvium plenae cuneis immanibus alni*. his quoque temporibus lintribus illarum regionum populi utuntur, quas patria lingua *golize* vocant, ut etiam nostrates. eiusmodi *μονόξυλων* frequens mentio occurrit apud scriptores Byzantinos, necnon in Tacticis Leonis et Constantini imp. vide Ducangii Gloss. med. Lat. in *Lintes*, ac med. Graec. v. *μονόξυλα*.

Ibid. 20. Puto hic pro Nemogarda legendum Novogardia, quae et Novogorod appellatur.

Ibid. Σφενδοσθάβος] Wenceslaum ita efferunt Graeci scriptores. Sphendostlabi huius Russorum principis mentio occurrit apud Cedrenum p. 660, 674, 675, 677, 682 et 683, necnon apud Zonaram p. 215.

74, 22. ἀπὸ τὸ κάστρον] sic etiam in ms pro ἀπὸ τοῦ κάστρον τῆς.

Ibid. Czernichoga oppidum in finibus Russiae et Lithuaniae celebre; quae quidem ab incolis Czernichow nuncupatur.

75, 1. τὸ Κιοάβα] et paulo infra hanc ipsam urbem Κιόβη et Κίαβος vel Κίαβον appellat; quae quidem aliis Κιοβία dicitur, nimirum Kiowia, Russiae olim metropolis, ad Borysthenem, cuius amplitudo pluribus describitur ac praedicatur a Ditmaro l. 7 extremo, Adamo Bremensi c. 66, Matthia Michoviensi l. 2 c. 18, Alex. Gagnino et aliis. ceterum legendum εἰς τὸ κάστρον, ut in ms.

Ibid. Meursius πακτιῶται foederati interpretatur, Ducangius tributarii. sic infra καὶ λοιπῶν Σιλαβῶν, οἵτινες εἰσι πακτιῶται τῶν Ρώς.

Ibid. 4. τοῦ καιροῦ ἀνοιγομένον] veteribus hieme maria clauderentur, vere aperiebantur. Theodoretus de providentia serm. 1: τοῦ μὲν γὰρ χειμῶνος λήγοντος καὶ τοῦ ἔαρος ὑπολάμποντος, ἤνικα πλείους τῶν ἀνθρώπων οἱ περὶ τὴν ἐργασίαν πόνοι, ὁδοιπορίαι τε καὶ ἐκδημίαι καὶ ἀπὸ λιμένων ἀναγωγαί, καὶ θάλαττα ἐστορευμένη καὶ τῆς χειμερινῆς ἀηλλαγμένη τραχύτητος. Hieronymus in epistola ad Eustochium: tandemque exacta hieme, aperto mari, redeuntibus ad ecclesias suas episcopis, et ipsa voto cum eis ac desiderio navigavit. clauderentur vero maria apud Graecos quidem sub occasum Pleiadum: ita Hesiodus O. et D. 620. dicebaturque nautis id tempus πανδυσία. Proclus ad illum locum: καὶ οἱ γε ναυτικοὶ πανδυσίαν καλοῦσι τοῦτον τὸν καιρὸν. aperiebanturque Bacchanalibus. patet ex Theophrasto in characterē ἀδολεσχίας: καὶ τὴν θάλατταν ἐκ Διουσίων πλωίμων εἶναι. et tunc Dianae sacerdotes rudem carinam deae dedicabant et comteatus primitias libabant. Apuleius Miles. 11 ex persona Dianae: diem, qui dies ex ista nocte nascetur, aeternam mihi nuncupavit religio; quo sedatis hibernis tempestatibus et lenitis maris procellosis fluctibus, navigabili iam pelago, rudem dedicantes carinam primitias comteatus libant mei sacerdotes. apud Romanos clauderentur 3. Id. Nov. et aperiebantur 6. Id. Mart.: testis Vegetius de re milit. 4 39. et dies aperiendi itidem festus erat, solennique certamine et publico spectaculo celebrari solebat, ut discimus ex eodem Vegetio ibidem. MEURS.

Ibid. 11. κέλλα inter instrumenta navalia hic recensetur. videntur intelligi palae, inquit Ducangius, quibus undae ex navigiis subinde eiciuntur. nos etiamnum pelas dicimus.

75, 11. *σκαρμός* pro *σκαλμός*. sic *κόρπος* pro *κόλπος*, et talia, quae annotamus suo loco in Glossario nostro. *Μεῦρας*. lignum quo alligatur remus. nostrates lingua patria etiamnum illud lignum *scaram* appellant.

Ibid. 18. *ἔσσουνη*] hanc vocem Russorum Sclavorumque lingua inquit Constantinus significare *non dormire*; unde pro *ἔσσουνη* scribendum esse puto *νεσσουνη*, *nessupi* vel *nesupi*, quae vox nostratibus significat *non dormire*.

Ibid. 20. De *τρυκανisterio* pluribus supra in Commentariis nostris ad Antiquitates Cpolitanas.

76, 3. *σκαλώνειν*] *exscendere* et *appellere* significat, inquit Meursius et ex eo Ducangius. hac voce utitur etiam paulo. infra Constantinus eadem notione.

Ibid. 7. *πλώρα* pro *πρώρα*: Graeci enim recentiores ρ et λ inter se confundere solent (sic *καρδηνάριος* pro *καρδηνάλιος*. *Μεῦρας*.)

Ibid. 8. *κοιτοβενόμενοι*] scribe *κοιτοβολουόμενοι* vel certe *κοιτενόμενοι*: nam *κοιτεύειν* est propter incedere, appropinquare. Glossae Graecobarbarae: *ὁ πλησίον βαίνων, ὅπου ἔρχεται σιμά, ὅπου κοιτεύει*. iterum alibi, *παραθαλάσσιος, ὅπου κοιτεύει τῆς θαλάσσης*. occurrit illic pluries. *Μεῦρας*.

Ibid. 13. *ὄστροβουνίπραχ*] *ostrobuniprag* dicitur nostratibus *acutum collis limen*; nec dubito quin ita sit scribendum, quippe Graeci exteras voces passim corruptas ac depravatas proferunt.

77, 6. *πειζιμέντον* e Latino est, *impedimentum*; vox alibi nusquam neque Meursio neque Ducangio, ut ipsi fatentur, lecta.

Ibid. 13. *νερόν aqua*. v. Meursium et Ducangium.

Ibid. 19. *ἔσον τοῦ Ἰπποδρομίου*] vide quae de Hippodromo Cpolitano monuimus Comment. in Antiq. CP I. 3, ubi eiusdem Hippodromi figuram exhibemus.

Ibid. 21. *σαγίττα* vox Latina, qua passim Graeci recentiores utuntur.

78, 23. *παρακλάδιον* nihil aliud est, inquit Meursius, quam quod *divergium* dixit Sículus Flaecus de condit. agror. et auctores de Limit. Ducangius vero inquit, *εἰς τὸ τοῦ Δανουβίου ποταμοῦ παρακλάδιον*, id est, *ubi Danubius in ramos finditur*.

79, 7. *Κωνσταντία*] v. quae de Constantia monuimus Comment. in Antiq. CP I. 1.

Ibid. 9. *εἰς τὰ τῆς Μεσημβρίας μέρη*] Meursius *ad partes meridionales* interpretatur.

Ibid. 14. *ἀπὸ τὸν Κιάβον*] sic passim Graeci recentio-

res pro ἀπὸ τοῦ Κιάβου. perperam legitur in editis ἀπὸ τὸν Κιάβου ποταμὸν; quippe vox ποταμὸν desideratur in B. unde puto eandem urbem, quam superius scriptor noster Κιοάβα et Κιόβα appellavit, hic Κιάβου nuncupare; quod quidem manifesto ex contextu liquet: nam etiam paulo infra Κιάβου habet, neque sermo est de flumine, sed de urbe Κιοωία.

79, 15. πολύδρια legitur in Gloss. Gr. Lat. Phavorinus: πολίχρια πολύδρια, πόλις.

Ibid. 22. Ῥωμανία apud scriptores Graecos recentiores nonnunquam pro imperio Orientali et interdum pro provinciis Asiaticis accipitur. v. Ducangii utrumque Glossarium.

Ibid. 23. οἱ Οὐζοῖ] vide quae de Uzis et Uzis habet Porphyrogenitus infra c. 37 et 42. sunt autem Uzi seu Usi Scythici populi et Hunnici, Patzinacis, et generis praestantia et multitudine haud inferiores, Husi Ramondo de Agiles et Tudebodo l. 2 dicti. de his agunt Zonaras in Const. Duca et Romano Diog., Scylitzes in Monomacho, aliique historiae Byzantinae scriptores.

80, 5. De Alania et Chazaria pluribus scriptor noster infra c. 37 et 42.

Ibid. 21. φοσσάτων exercitus; qua significatione passim occurrit apud scriptores Byzantinos, necnon apud tacticos. Latini quoque recentiores fossatum pro exercitu dixerunt.

81, 8. De Francia Moravia et Chrobatis pluribus infra agit Constantinus; de Sphendoplucio autem Moraviae principe c. 41, ubi vide quae adnotamus. de hac Francia vide quae observat Ducangius in notis ad Chronicon Paschale p. 548.

82, 8. στέμμα hic pro corona sumitur, seu ut verius dicam pro camelaucio illo Constantiniano, quo imperatores Cypolitani caput redimiti cernuntur tum in numismatibus suis tum in figuris.

Ibid. 14. βασιλέα] Graeci recentiores accusativos singulares pro rectis ponunt. hinc βασιλέα hoc loco pro βασιλεύς. sic ἀνδρα pro ἀνήρ. Anonymus de bello sacro: ἐβρεν ἐκεῖ τὸν μισθὸν τῆσαν τὸν ἀνδραν τῆς ἐκείνων. sic γυναῖκα pro γυνή. Corona pretiosa: ἡ γυναῖκα ὀποῦ θεωρεῖ καθ' ἡμερῶν. item εἰκόνα pro εἰκὼν. glossae Graecobarbarae: ἀβιλύκη εἰκόνα. unde icona similiter dixit Metellus in Quirinal-

his confinia nuncta
discernuntur icona,
quae fert saxea saccum
distentum satis, aequae
sexi pandere durum. Mezas.

82, 17. παρ' ἡμῶν] perpetam scribit Meursius παρ' ἡμῶν. nam quae plurimum populi ex illis gentibus borealibus ac Scythiis, de quibus loquitur Porphyrogenitus, Illyrica lingua utebantur, nec alia ab illa qua nostrates; et qua quidem Europae haud minima pars nunc utitur. igitur καμελαύκιον cum non sit vox Illyrica, ut liquet ex Suida (καμελαύκιον, inquit ille, Ῥωμαίων ἢ λέξις, ἣν δεῖν ὅ ἂν καὶ Ἕλληνοι, παρὰ τὸ καῦμα ἐλαύνειν, καμελαύκιον. eadem habent Lexicon Cyrilli et Glossae Basilic.), non videtur quidem scribendum παρ' ἡμῶν sed utrobique παρ' ἡμῶν. quid autem sit camelaucium, supra monuimus.

Ibid. 20. ἀλλ' ὅτε δημοτελής] v. Codinum de Offic. aulae Cpolitanae.

Ibid. 22. De sacra mensa aedis Sophianae pluribus Comment. in Antiq. CP l. 4.

83, 8. Κωνσταντίνου] coronam hanc imperatoris Iapillis ornata[m] depositam fuisse in aede Sophiana alii volunt ab Heraclio, alii a Mauricio, alii denique ab ipso Constantino magno, ut hic videtur innuere scriptor noster.

84, 3. Scribendum κακινκάως docemur ex vita S. Stephani Iunioris edita a doctissimo D. Bernardo de Montfaucon nostro, p. 515: κακινκάως παρενθῦ τοῦ ζῆν ἀπαλλαγεί, et p. 527: κακινκάως τὸ ζῆν ἀπέρρηξεν εἰς ἀτελεύτητον παραπεμφθεῖσα νόλασιν. Meursius legendum ait κακὴν κακῶς ἀπερρήξυτο ζῶν. quae vero hic narrat Porphyrogenitus de morte Leonis Chazari, satis conveniunt cum iis quae de eo habent reliqui scriptores Byzantini. verum fallitur scriptor noster, dum huius uxorem a Chazararia fuisse paulo superius dixit, uti infra ostendemus, ubi scriptor noster eadem tradit.

Ibid. 11. De eiusmodi siphonibus, qui ignem Graecum ciculabantur, pluribus agit Ducangius in notis ad Villharduinum et ad Joivillam, necnon in Gl. Gr.

Ibid. 16. ἀγίῳ Κωνσταντίνῳ] sic supra: κατάρα τοῦ ἀγίου καὶ μεγάλου Κωνσταντίνου. Balsamon de privileg. patriarch. παρὰ τοῦ ἀγίου ἰσακιστόλου μεγάλου Κωνσταντίνου ἄρι πρώτως ὀρθοδοξήσαντος. et certe inter divos relatus fuit cum matre Helena Constantinus, dicaturque ei dies festus 21 Maii, ut videre est ex Menologio Graecorum et Manuelis Comneni constitutione de feriis. Murs.

Ibid. Infra c. 48 ait ignem Graecum eiusque usum primum Callnicum quendam alio advenam Cpolitano docuisse temporibus Constantini Pogonati. et Theophanes ad annum 4 eius Augusti sic de igne Graeco loquitur: ὁ δὲ προλεχθεὶς Κωνσταντῆρος πῆν τοιαύτην τῶν Θεαμάχων κακὴ ΚΣΙ

ἐγνωκώς, κατεσκεύασεν καὶ αὐτὸς διήρεις εὐμεγέθεις κακιοβοροφρυγούς καὶ δρόμωνασι σιφωνοφόρους, καὶ τούτοις προσορμίσαι ἐκέλευσεν ἐν τῇ Προκλιανισίῳ τοῦ Καισαρίου λιμένι. v. de igne Graeco Nicetam in Isaacio Angelo l. 1.

86, 14. τὴν γένεσιν ἀπὸ τῶν τοιούτων ἔσχε μερῶν] at dissentiunt alii historici; et quidem Porphyrogenitus secum ipse pugnare videtur: quippe de Them. 2 9 Constantinum in urbe Naisso Daciae natum fuisse scribit. Iulius Firmicus Math. 2 2 eum ortum fuisse ait Trasi. Nicephorus Callisti Drepani Bithyniae urbe ad Nicomediensem sinum, quam postmodum urbem Helenopolim de matris nomine appellavit, ut tradunt scriptor chronici Alexandrini et Theophanes. alii denique Constantinum in Britannia natum fuisse volunt, hoc praesertim fulti argumento, quod auctor Panegyrici Maximiano et Constantino dicti haec de Constantino dicat: *liberavit ille Britannias servitute, tu etiam nobiles illic oriendo fecisti.* at quod ait alibi Eumenius: *o fortunata et nunc omnibus beatior terris Britannia, quae Constantinum Caesarem prima vidisti!* certe de Caesaris dignitate Constantino dum in Britannia moratur collata probabilius intelligendum.

87, 9. τὴν θυγατέρα αὐτοῦ εἰς γυναῖκα ἔδῃσαν] fallitur Porphyrogenitus, uti supra monuimus, dum Leoni Chazaro Chazaria oriundam uxorem adscribit; quippe hic Chazarus cognominatus fuit propter maternam originem: Irene enim, prima Copronymi axor, Chazarorum chagani filia fuit, quae Christiana facta catholicam fidem, quoad vixit, incolam servavit. Leo autem Copronymi filius Irenem Athenis oriundam in matrimonium duxit; quae quidem post coniugis excessum cum filio Constantino impubere imperium per annos decem administravit; [qui suae aetatis factus matrem in ordinem redegit: at illa comprehenso filio oculisque privato totam rursus imperii auctoritatem in se transtulit; tandem a Nicephoro Generali comprehensa imperio est exuta, et in insulam Proten, deinde in Lesbom deportata, ubi haud multo post fato functa est.

88, 1. Petrus Bulgariae rex, Symeonis filius, pace cum Romanis composita Cpolim venit, et a Romano Lacapeno perhonorifice exceptus Mariam ex Christophoro Caesaris filio septem uxorem duxit.

Ibid. 16. τρίτον καὶ ἑσχάτον] sic a principio imperii tertio loco Christophorus nominabatur. at ubi Christophorus Stephanus et Constantinus Romani Lacapeni filii Augustali dignitate donati fuerunt, eo processit hominis impudentia ut

filium Christophorum Constantino in consessibus et acclamationibus publicis praeponi voluerit, ut patet ex Luitp. 3 9, Scylitz. p. 626, Nov. Romani senioris.

90, 1. ἐπελθὼν αὐτῷ τέλος] quippe Romani in Porphyrogenitum perfidiam vindicavit deus pari in ipsum Stephani filii impietate, qui patrem imperio delectum et in monachum detonsum in monasterium Protes insulae ablegavit, ubi reliquum vitae exegit Romanus, licet non omni abdicata recuperandae potestatis spe, ut scribit Leo grammaticus.

Ibid. 9. σταδιασμοῦ] occurrit etiam c. 1 haec vox, ubi vide quae adnotavimus. Meursius hic legendum ait σταδιοῦ pro σταδιασμοῦ.

Ibid. 15. Qui Porphyrogenito Ζηναρὸς dicitur, Theophani, Anastasio, Cedreno, Landulpho Sagaci et Anonymo in Saracenicis Νήζαρος sive Νίζαρος vocatur. quae vero hic habet scriptor noster de Mahometis genealogia, fere omnia ad verbum, ut aiunt, ex Theophane exscripsit; unde isthaec conferenda iis quae de Mahomete habet idem Theophanes ad annum 21 imperii Heraclii Augusti. comparandus insuper scriptori nostro Abraham Ecchellensis.

Ibid. 17. Μούνδαρον καὶ Παθείαν] ita habet et Anastasius Bibliothecarius: hic gignit filios duos, *Mundarum scilicet et Rhabiam.* sed qui scriptori nostro, Theophani et aliis historicis dicitur *Mundarus*, Cedreno appellatur *Mudarus*, Landulpho Sagaci *Muhdar*; et fortassis idem qui apud Abrahamum Ecchellensem *Massarus* nuncupatur. qui autem Porphyrogenito Anastasio et Cedreno *Rhabia* dicitur, *Arabia* appellatur a Theophane, Anonymo in Saracenicis, et Cyrillo in Epitome chronica; apud Abrahamum vero Ecchellensem *Rabiha* vocatur.

Ibid. 18. Κούσαρον καὶ Κάισον] Theophanes pro Κούσαρον habet Κούρασον, Landulphus vero Sagax *Iliez.* sed perperam legitur apud Theophanem καὶ Ἴσον pro Κάισον, et apud Cedrenum et Anonymum in Saracenicis Κάισον. apud Abrahamum Ecchellensem Caisus hic appellatur. ceterum Corasus, inquit Iac. Goar in notis ad Theophanem, ille idem me iudice qui Ecchellensi *Coraiscius*, a quo *Coraiscitae Mahometi pseudoprophetae cognati et hostes dicti sunt.* quo fit satis admiranti unde Saracenus hic Catabas Mahometi contribules prodiderit ad necem: hostis enim Mahometici sanguinis extitit infensissimus.

Ibid. Θυμίμην] Theophanes et Anonymus in Saracenicis Θυμίμην, Cedrenus Θεμίμην, Anastasius vero et Landulphus Sagax hunc *Theominem* appellant, monente Meursio.

90, 18. Ἀσανδον] hunc Theophanes, Anastasius, et Anonymus in Saracenicis *Asadum* appellant, Cedrenus *Assadum*, Landulphus vero Sagax *Asydum*.

Ibid. 19. ὁμωνίμους] sic habetur etiam in ms. at legendum est cum Meursio ἀνωνίμους, id est quorum nomina non extant vel quorum nomen ignoratur, ut est apud Cedrenum et Anonymum saepius a nobis laudatum. Theophanes habet καὶ ἄλλους ἀγνώστους. ita et Landulphus, dum scribit et alios ignotos.

Ibid. 21. τοῦ Ἰεκτᾶν] Landulphus l. 18: non sunt de tribu ipsorum, sed ex Getham, videlicet hi qui vocantur Amonitae. Theophanes et ex eo Cedrenus αἱ λεγόμεναι Ἀμωνίται, τουτέστιν Ὀμηρίται. Homeritae iidem videntur qui Echellensi Aumaritae, qui relictis sedibus in Arabiam felicem secesserunt, hacque de causa eius regionis incolis ipsorum posterè ascripti sunt. Homeritae vero Ptolemaeo et Plinio Arabiae felicitis populi. Procopio autem de β. Pers. 1 Auzomitae appellantur.

91, 4. Χαδίγα] Anonymus in Saracenicis: εἰσῆλθε πρὸς τινα γυναῖκα πλουσίαν, μισθωθεῖσαι αὐτῇ, συγγενίδα αὐτοῦ οὖσαν, καλουμένην Χαδίγῃ, πρὸς τὸ καμηλεῖσαι καὶ πραγματεύεσθαι μετὰ τῶν δημοφύλων αὐταῦ. Historia Longobardica: quaedam autem matrona nomine Cadigam, quae praeerat quidam provinciae. Landulphus Sagax hanc ipsam matronam Eadigam appellat.

Ibid. 14. Ἀρσιανῶν εἰνὸς μοναχοῦ] Anonymus in Saracenicis hunc monachum Ariannum Cpoli e monasterio Callistrati ob pravos in fide sensus eiectionem fuisse scribit. nomen ei Sergius fuit, ut testantur variae lectiones Theophanis et historia Longobardica: fuit quidam monachus qui Mahometum instruxit, nomine Sergius, qui in errorem Nestorii incidens, dum a monachis fuisset expulsus, in Arabiam venit et Mahometo adhaesit. ceterum perperam scribitur in Chronico monachi Altissiodorensis Selgi monachi pro Sergii monachi. monuit Meursius.

Ibid. 15. καὶ οὕτως ἡ γυνή] Theophanes pluribus rem totam narrat. Cedrenus qui passim Theophanem ad verbum, ut aiunt, excipit, hic ab eodem in multis differt, ut videtur est ad annum 21 imperii Heraclii Augusti.

Ibid. 17. φύλαρχον] ita lego cum Meursio, et ita habetur apud Anonymum in Saracenicis. φύλαρχος, autem recentioribus Graecis dicti fuere ut plurimum Saracenorum principes: hi quippe divisi erant in tribus, quae suos habebant phylarchos, ut scribit Sozomenus 6 38 extr. Procopius de

B. Pers. 1 17: *Σαρακηρῶν ἡγούμενοι, οἱ φύλαρχοι ἐπικαλοῦνται.* v. Ducangii Gl. Gr.

91, 18. *Βουβάχαρ*] varie hoc nomen scribi monet Meursius. Theophanes *Ἀβουβάχαρος*, Anastasius et Cedrenus *Ἀβουβάχαρ*, Anonymus in Saracenicis *Βουβάρχαν*, Landulphus *Eububezer*. ceterum Theophanes et Cedrenus hanc rem diverso modo narrant.

Ibid. 20. *καὶ κατέσχευεν ἢ πονηρὰ πλάνη*] pluribus hac de re scriptor noster infra c. 17. quae quidem omnia ad verbum ex Theophane exscripsit. Cedrenus vero impii Mahometis dogmata fusius exponit, ut videre est a annum 21 Heraclii Augusti.

92, 2. *τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἄστρον*] Cedrenus rem pluribus exponit. Anonymus vero in Saracenicis inquit Mahometanos Veneris effigiem in magno lapide positam colere, credentes in eo Abraham cum Agar' coisise, aut camelum ei alligasse cum Isaac sacrificaturus esset. eadem refert Euthymius Zygabenus Panopliae tit. 28.

Ibid. 13. *Μέκε* sive *Μάκε* aut *Μάκεχ*, vel *Βάκχε* quoque, locus erat in quo domum orationis ab Abrahamo et Ismaële structam Mahomet fabulatur. Catechesis Saracenorum: *ἀναθεματίζω τὴν μυθοποιίαν τοῦ Μωάμεθ, ἐν ᾗ φησὶ γενήσεται τῷ θεῷ οἶκον προσευχῆς παρὰ τοῦ Ἀβραάμ καὶ τοῦ Ἰσμαὴλ εἰς τὸ Βάκχε ἦτοι τὸ Μάκεχ ἢ Μάκε, ὃν ὀνομάζει προσκυνητήριον τοῦ παρὰ τῆς ἡμέρας. καὶ προστάσσει, ὅπου ἂν ὦσι καὶ εὐχονται, στρέψωσι τὰ πρόσωπα αὐτῶν πρὸς τὸ μέρος ἐκεῖνο.* erant autem illic septem lapides qui a Saracenis iaciebantur contra Christianos. Historia Longobardica: *semel autem per singulos annos causa recognitionis ad domum dei, quae est in Mecha, ire praecipiantur, et ibi adorare, eamque inconsultilibus tegumentis circumire, et lapides per media foramina pro diabolo lapidando iactare. quam domum dicunt Adam construxisse, omnibusque filiis eius et Abrahami et Ismaëli locum orationis fuisse. deum Mahometum eam domum sibi exactisque gentibus suis tradidisse affirmant.* Landulphus *Sagax* appellat locum blasphemiae l. 23. Meurs.

93, 2. Stephanus hic mathematicus Alexandrinus erat, teste Cedreno ad annum 12 imperii Heraclii, ubi rem pluribus narrat. quae sequuntur in Cedreno (post illa *ἀνακυχοῦσαν εἰη τῆς*) mutila mihi ac depravata videntur. caeterum perperam Meursius interpretatur hunc titulum sic: *excerptum canonis quem posuit Stephanus mathematicus de Saracenorum exitu, quo tempore fuerit, et quo Romanorum im-*

peratore. nam hic ἐθεμάτισεν non posuit tantum significat, sed posuit vaticinando ex astris. θεματίζειν futura praenuntiare ex astris significat. vetus schedā a Seldeno edita de Iure Gentium 3 20: ἐθεματίσθη ἡ Κωνσταντίνου πόλις παρὰ Οὐάλεντος ἀστρολόγου ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν ἐγκαινίων αὐτῆς. v. Ducangii Gl. Gr.

93, 6. ἔτος] ἀπὸ κτίσεως κόσμου 591.] de aera Arabum seu Mahometanorum, quos *Hegirae*, hoc est *διωγμοῦ*, annos appellant, consulendi sunt Scaliger Calvisius Petavius Pagius aliique. quae autem in editis hic statim sequuntur, nimirum *νῦν δὲ ἔστιν 590', ἰνδικτιῶνος δεκάτης πέμπτης, ὡς εἶναι ἀπὸ τότε ἕως νῦν χρόνοι ψμ'*, verba nequaquam Constantini nostri sunt, sed potius glossema, ut aiunt; quippe in codice Regio membranaceo, caractere duodecimi seculi conscripto, praedicta verba non habentur in textu sed ad marginem recenti admodum manu exarata. unde ad locum hunc optime Meursius, qui non viderat codicem illum Regium, sic monet: aut numeri hic vitiatī sunt, aut caput hoc insititium est neque a nostro Constantino, quippe ad quem ab Heraclio usque anni tantum computantur plus minus trecenti. atqui hic inveniuntur anni 740 ab eius imperio, id est, plures 400 post Constantinum nostrum. ergo manifestus error, et alterutrum verum, quod censemus.

Ibid. 7. τὸ θεμάτιον pro θεμάτιον, ut habet Cedrenus l. 1.: γένητο θεμάτιον τῶν Σαρακηνῶν παρὰ Στεφάνου Ἀλεξανδρέως. quid autem θεμάτιον proprie significet pluribus monuimus supra Comment. l. 5 p. 783.

Ibid. 10. Μουχούμετ] Cedrenus ad annum 21 imperii Heraclii: οὗτος ὁ Μωάμεδ ὁ καὶ Μουχούμετ.

Ibid. 14. 591.] optime Constantinus Mahometi mortem hoc anno consignavit, qui fuit imperii Heraclii 22. obiit quippe Mahomet die 17 Iunii, feria secunda, mensis Rabie die 12, nono anno quam imperare coeperat, cum vixisset annos lunares sive Arabicos 63. Theophanes autem Mahometi mortem ad annum 21 eiusdem Augusti refert. sed comparandus huic Theophani Constantiniano Theophanes ipse editus typis Regiis p. 276 et 277, ubi pluribus haec omnia narrantur; unde haec excerpta tantum esse ex Theophane, non vero Theophanis ipsissima verba, ut nonnulli arbitrati sunt, manifesto apparet.

Ibid. 20. τοῦ θείοντος Μωσέως] in Theophane edito post haec verba legitur: ἦσαν δὲ τῷ ἀριθμῷ δέκα οἱ τοῦτο πεποικότες, καὶ σὺν αὐτῷ διῆγον ἄχρι τῆς σφαγῆς αὐτοῦ. at puto hic pro ἄχρι τῆς σφαγῆς αὐτοῦ legendum ἄχρι τῆς

φαγῆς αὐτοῦ *donec ipsam comedentem viderunt.* φαγῆ quippe et φαγί, ut scribit Ducangius in Gl. Gr., Graecis recentioribus *cibum* seu *edulium* significat; at hic φαγή pro ipso comedendi actu accipitur, ut ex sequentibus intelligi facile potest. corrigendus etiam est Cedrenus ac ipsius interpres; qui eadem ferme habet ad annum 21 Heraclii.

93, 20. Θεωρήσαντες δὲ αὐτὸν ἀπὸ καμήλου ἐσθίουσα] ita habet et Theophanes, sed perperam ipsius interpres sic ista vertit: *cameli vero carnes eo degustare conspecto, quem arbitrabantur eum non esse decreverunt.* sic interpres: *cum autem vidissent eum e camelo comedentem, cognoverant non esse eum quem putaverant.* ita etiam corrigendus interpres Cedreni, qui eadem habet.

Ibid. 21. ὅτι οὐκ ἔστιν ὃν ἐνόμισαν. ἐδίδασκον] haec mutila videntur et re vera sunt, si Theophanem spectes, qui sic habet: *ἔγνωσαν ὅτι οὐκ ἔστιν αὐτὸς ὃν ἐνόμισαν, καὶ ἠπόρουν τί πρᾶξαι, καὶ ἀφῆσαι αὐτοῦ τὴν θρησκείαν δειλιῶντες οἱ τάλανες διδάσκονται αὐτὸν ἀθέμιτα καθ' ἡμῶν Χριστιανῶν, καὶ διῆγον σὺν αὐτῷ.* deinde pergit Theophanes Mahometis genealogiam texere; ex qua quidem Theophanis narratione Porphyrogenitus caput 14 *de genealogia Mahometis* adornavit.

94, 5. ἐκράτησεν δὲ ἡ αἴρεσις αὐτοῦ] hinc corrigendus est Theophanes editus, qui perperam habet *καὶ ἐκράτησεν ἡ αἴρεσις αὐτοῦ τὰ μέρη τῆς Αἰθιοπίου διὰ πολέμου τὸ ἔσχατον:* delendum quippe illud *διὰ πολέμου τὸ ἔσχατον.*

Ibid. 7. ἐδίδαξεν δὲ τοὺς ἑαυτοῦ ὑπηκόους] similia habet et Theophanes; at Cedrenus pluribus vesanam impii Mahometis doctrinam exponit.

Ibid. 18. Abubacharus principatum Arabum tenuit annis duobus et dimidio, ut tradunt Theophanes Cedrenus Anastasius aliique. perperam in notis scribit Meursius Theophanem Abubacharo biennium tantum assignare; quippe tabulae Theophanis eidem annos tres adscribunt, et ad annum 24 Heraclii scribit idem Theophanes Abubacharum extinctum fuisse postquam regnasset annis duobus et dimidio.

Ibid. λαμβάνει τὴν πόλιν Γάζαν] anno secundo sui principatus, 23 Heraclii, misit Abubacharus duces quattuor, qui Heram et universam Gazae regionem cepere, ut scribit Theophanes eodem loco.

Ibid. 21. ἐτη δώδεκα] totidem Umari annos adscribit Theophanes.

95, 6. λόγον ἔλαβε παρ' αὐτοῦ] v. Theophanem a. 26 Heraclii, Umari principatus 2.

Ibid. 11. τὸν ναὸν ἐζήτησε] a. 10 sui principatus tem-

plum Hierosolymis restaurare aggressus est Umarus, ut tradit Theophanes eodem loco.

95, 18. τῶν Ἀφρων] principatus Uthmani a. 2, Constantis vero imperii a. 6 Saraceni in Africam expeditione suscepta, ac pugna cum tyranno Gregorio commissa, cum in fugam verterent eiusque exercitum deleverunt, ac vectigalibus ex pacto Africae impositis reversi sunt. vide Theophanem ad annum 6 eiusdem Augusti.

Ibid. 19. πορθήσας Κύπρον] Mavias armata classe 1700 navigiis expeditionem in Cyprum suscepit, Constantiam civitatem cepit, universam subegit insulam, eamque magna clade affecit. vide Theophanem a. 7 imperii Constantis, Uthmani vero principatus a. 3.

Ibid. 21. τὴν Ἀραδὸν] Mavias bis Aradum obsidione cingit, primum a. 3 principatus Uthmani, sed frustra: nam conatibus licet strenuis cum nihil proficeret et iam hiems instaret, irrita obsidione Damascum se recepit. anno vero sequenti arma iterum adversus Aradum convertit, eamque ea conditione cepit ut oppidani, ubi libuisset, habitare possent: urbem vero igne vastavit, moenia evertit, et usque in hodiernum diem effecit insulam incolis omnibus desertam. v. Theophanem eodem loco.

Ibid. 23. μετὰ χίλια τῷ ἔτη τῆς αὐτοῦ ιδρύσεως] Rhodum occupant Saraceni et colossum evertunt anno 12 imperii Constantis, Uthmani vero principatus anno 8, ut scribit Theophanes. ex his autem Iac. Goar colossum colligit circa Ezechiae annum 26 vel proximum aliquem Rhodio portui impositum esse.

96, 1. ἑννακοσίας καμήλους ἐφορτώσει] sic ex Theophane et ex ms Regio vetustiore, ubi non solum capite hoc, sed etiam sequenti, in quo loquitur etiam de colosso Rhodio, nota numeralis nongentorum 3 depravata videtur, et manu recentiori nota interlinearis comparat, τριάκοντα χιλιάδας, hoc capite 20. capite vero sequenti prima manu scriptum erat 3π, nimirum ἑννακοσίας καὶ ὀγδοήκοντα; postmodum vero manu recentiori nota numeralis nongentorum mutata fuit in λ subscriptum, quod quidem significat triginta milia, et ad marginem caractere recentiori legitur τριάκοντα χιλιάδας καὶ ὀγδοήκοντα. ceterum φορτῶσειν Graecis recentioribus onerare seu onus imponere significat. vide Gl. Ducangii; casus addendus erit locus hic Constantini, necnon Theophanis, qui de hac re agit ad annum 12 Constantis.

Ibid. 6. ἔτη εἴκοσι τέσσαρα] Theophanes quoque Maviae annos 21 adscribit.

96, 8. ἐκ τοῦ χρονικοῦ Θεοφάνους] de excursione Mardastarum in Libanum loquitur Theophanes a. 9 Constantini Pogonati; qui fuit annus ab orbe condito, prout Græci recentiores computant, 6184. unde manifesto liquet numerum annorum ab orbe condito huic titulo appositum corruptum ac depravatum esse a scriba indocto, et sic restituendum *ζρηδ.* de Mardaitis autem cf. Iac. Goar.

Ibid. 17. τοῦ ὀρθοδόξου υἱοῦ, τοῦ Πωγωνάτου] sic in ms legitur, nimirum *ab imperatore Constantino Pogonato, orthodoxo filio* scilicet Constantis. in editis perperam habetur, *παρὰ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου τοῦ ὀρθοδόξου υἱοῦ Πωγωνάτου*; sed optime Meursius in notis monet scribendum, *παρὰ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου τοῦ ὀρθοδόξου τοῦ Πωγωνάτου*: quippe haec acciderunt non sub Pogonati filio, sed sub ipso Pogonato.

Ibid. 18. Πιτζηκαύδης] in Theophane Πιτζηγαύδης, in Cedreno Πιτζηκαύδης.

Ibid. 22. χιλιάδας τρεῖς] ita et Theophanes ad annum 9 Pogonati, cui consentit et Landulphus; Cedrenus vero habet *χιλιάδας ι'*. vide Iac. Goar in notis ad hunc Theophanis locum.

97, 1. ω'] Cedrenus habet ρ'. Peyrex. codex ms, continens chronographiam Theophanis, laudatus a Goare, *ὀκτώ* χιλιάδας habet.

Ibid. καὶ ἱππους ἐγγυεῖς ν'] de iis omnibus quae hucusque narravit scriptor noster, loquitur Theophanes a. 9 Pogonati, sed diversis verbis, et sane pluribus, ita ut haec non Theophanis verba sed excerpta Constantini ex Theophane dici verius possint.

Ibid. 2. ἐπὶ τοῦτω perperam Meursius interpretatur *interea*: quippe dissidium hoc inter Arabes, nimirum inter Alim et Maviam, non Constantini Pogonati temporibus sed Constantis eius patris accidit. de hoc dissidio Theophanes ad annum 14 eiusdem Constantis.

Ibid. 6. ὁ δὲ Μαβίας ἀνθωπλίσατο] de hoc bello inter Alim et Maviam scribit Theophanes a. 15 imperii Constantis.

Ibid. 10. ἔτη ο'] optime convenit hic numerus annorum; nam a morte Maviae, quae accidit a. 11 imperii Constantini Pogonati, Christi 678, ad annum 8 Constantini Copronymi, Christi 748, quo Chorasaitae et Maurophori adversus Mauram expeditionem moverunt, anni intercedunt 70. de qua quidem expeditione pluribus agit Theophanes ad annum 8 eiusdem Copronymi.

97, 17. *διεπράσαν εἰς τὴν Ἰσπανίαν*] Maruam a Maurophoris occiso, eius filii ac reliqui affines calamitatibus superstites ex Aegypto migraverunt in Africam; inde maris angusti fretum Libyam ab Europa iuxta Oceanum disterminas traicientes (Septe loco nomen factum est) Hispaniam Europae partem ad hoc usque tempus tenuerunt; alii licet superstitionis eiusdem et ex eadem stirpe nati, quos nimirum navibus deportatos illuc exposuit Mavias, eam regionem prius incoluerunt. sic Theophanes a. 9 imperii Constantini Copronymi. ex quibus apparet scriptorem nostrum hic confundere expeditionem primam, quam Arabes in Africam fecere, cum hac secunda, quae accidit interfecto Maruam a Maurophoris; de qua quidem loquitur Theophanes l. 1.

Ibid. 22. *καὶ οὐδεὶς τῶν ἱστορικῶν*] de Maviae posteris, qui in Hispania regnarunt, vide Rodericum Toletanum in *Historia Arabum*.

98, 1. *ἀνεβίω οὖν ὁ Μαβίας*] Theophanes Maviae mortem a. 11 Constantini Pogonati tradit.

Ibid. 3. *ἔτη κς*] Theophanes editus ex codice Regio habet *ἔτη κ'*. ita et Miscella. codices Theophanis Palatini et Peyresiani habent, ut scriptor noster, *ἔτη κς*.

Ibid. 4. *ἔτη ς*] Tabulae Theophanis Izid annos tres adscribunt. hic autem Cedrena *Ἐζήδ* et Landulpho *Gizid* dicitur.

Ibid. 5. *ἐτραχθήσαν οἱ Ἀραβες*] de hac re loquitur Theophanes a. 15 imperii Constantini Pogonati, sed diversis verbis.

Ibid. 8. *Οὐσάν*] in Theophane legitur.

Ibid. 13. *ἐν τούτοις*] non inter haec, sed annis ferme duobus post moritur Constantinus, non quidem filius Pogonati, sed Pogonatus ipse a. imperii sui 17. unde hic et supra a scriba indocto adiunctum fuisse puto illud *ὁ υἱὸς τοῦ Πρωγάρου*. lege igitur *ὁ Πρωγάρου*.

Ibid. 20. *παρὰ Οὐθμάν*] Mavias primum ab Umaro, non vero ab Uthmano, quemadmodum tradit hic scriptor noster, creatus fuit dux et ameras Saracenorum. auctor est Theophanes ad annum 28 Heraclii.

99, 4. *ἐν τῇ Ρόδῳ*] de hac expeditione Maviae contra Rhodum et altera postmodum contra Cpolim loquitur etiam capite praecedenti scriptor noster. sed Rhodum occupant Saraceni et colossum Rhodium evertunt a. 12 imperii Constantis, ut tradit Theophanes eodem loco; Cpolitanae vero urbis septennem obsidionem refert idem scriptor ad annum 5 Constantini Pogonati, ubi de hac pluribus agit.

90, 5. ἀγάλμα δὲ ἦν] de hoc colosso Rhodio cf. Eudoxia Macrembolitissa, uxor Diogenis Romani, in Ioniis. vide etiam quae de colosso Rhodio supra monuimus, et quae adnotat Leo Allatius ad libellum de 7 orbis miraculis.

Ibid. 6. πῆγεις π'] sic et Cedrenus, sed inscriptionem paulo diversam adfert.

Ibid. 13. ὁ Ἐμμησῆς] sic habetur etiam in ms. at capite praecedenti hunc ipsum Iudaeum Edessenum fuisse ait. et sic quidem legendum: nam hic Ἐδσησῆς dicitur et Theophani.

Ibid. ἐπιφορτώσας αὐτὸν ἀπὸ θυλάσσης καμήλους ἐνακοσίας καὶ ὄγδοηκοντα] sic scriptum erat prima manu in codice Regio vetustiori, uti ad caput antecedens pluribus monuimus.

Ibid. 14. τελευτήσαντος οὖν τοῦ Οὐθμάν] v. Theophanem ad annum 14 imperii Constantis.

Ibid. 21. διηγέρθησαν] de hoc dissidio inter Arabes, nimirum inter Alim et Maviam, loquitur etiam supra scriptor noster circa initium huiusce capituli, ubi vide quae adnotavimus.

100, 19. Καδῆς et καδῖς apud Turcas *iudicem* significat, qui de causis litigantium aliquo in oppido vel urbe vel provincia cognoscit, ut est apud Leunclavium in Pand. Turc. n. 29. vide Gl. Gr. Ducangii.

101, 24. Μαγισδιον et μασιδιον, *Moschea, Meschita*, templum Saracenicum. vide Ducangii Gl. Gr. at fallitur idem Ducangius, dum CP Christ. 2 p. 164 sic habet: *Constantinus Porphyrogenitus de Adm. imp. c. 21 auctor est Saracenorum templum, seu sacellum ritui ac religioni Saracenicae addictum, in urbe demum aedificatum Michaële Balbo imperante, Masalmae, praecipua Valid sultani vel chalyphae copiarum ducis, rogatu, qui ea tempestate urbem obsidione cinxerat.* sic Ducangius, proferens deinde hunc ipsum Constantini locum. verum Constantinus loquitur hoc loco de obsidione urbis Cpolitanae, quae accidit sub Leone Isauro; de qua quidem re pluribus agit Theophanes ad annum primum eiusdem Augusti; unde non sub Michaële Balbo sed multo tempore antea templum Saracenorum in urbe extractum fuit, teste ipso Porphyrogenito: ceterum Saracenorum sacellum in praetorio statuit et Nicetas Choniates, et in quadam seditione eversum Alexio Angelo imperante tradit idem scriptor in illius vita 3 5.

102, 14. καὶ αὐτὸς ὁ Σουλεμάν] de hac Saracenorum strage pluribus loquitur Theophanes a. 2 imperii Leonis Isauro; quae quidem accidit, ut idem scriptor tradit, mortuo

Solecmane et principatum Arabum iam Umare obtinente. unde verba illa postrema, ἧς καὶ τὴν ἀχραντὸν καὶ ἀγίαν σικεῖν καὶ αὐτὸς ὁ Σουλταμῶν ἠδέσθη καὶ ἐνεγράφη καὶ τοῦ ἱεροῦ κατέπεσεν, non esse Constantini puto, sed postmodum ab indocto scriba apposita. vide Cedrenum eodem loco.

102, 20. Ῥωμαίων βασιλεὺς Ἰουστίνος ὁ φρονιμώτης] haec scribenda videntur a linea, vel depravata sunt. Iustinianus autem Rhinotmetus, qui et 2 ac iunior dicitur, a nonnullis Iustinus 3 appellatur.

Ibid. 21. αὕτη ἐστὶν ἀρχὴ τῆς βασιλείας αὐτοῦ] haec ita intelligenda sunt, nimirum: hoc imperii eius initium est; mittit Abimelech ad Iustinianum legatos, qui hac conditione firman pacem stablilrent. quippe Theophanes, cuius haec excerpta sunt, sic ad annum primum Iustiniani incipit: τούτῳ τῷ ἔτει ἀποστέλλει Ἀβιμέλεχ πρὸς Ἰουστινιανόν, etc.

Ibid. 22. Ἀψίμαρον] Tiberius Apsimarus statim occupato imperio Leontium naribus mutilatum in Dalmati monasterium relegavit, non vero in Dalmatiam, ut perperam scribunt recentes historiarum scriptores. vide Theophanem ad annum 3 eiusdem Leontii.

Ibid. ἐν τῇ ἵπποδρομίᾳ θριαμβεύσας καὶ ἀποκτείνας] non in Hippodromo occisi fuere, licet in triumphum ducti, sed in Cynegio capite plexi fuere. sic Theophanes a. 1 Iustiniani secundo imperatoris.

Ibid. τούτῳ τῷ ἔτει] sic in B legitur, editi vero habent τούτῳ τῷ ἔτει 597. at numerus hic annorum ab orbe condito in ms in textu non habetur, sed margini utrique manus alia atque alia adscriptus est. et quidem corruptus ac depravatus est numerus ille. vel igitur reponendus est ille quem ab orbe condito praeferunt tabulae Theophanis ad annum 1 Iustiniani Rhinotmeti, nimirum 597, vel hic alter quo Graeci recentiores utuntur 597, qui quadrat cum anno 1 eiusdem Iustiniani. ceterum de hac legatione Abimelech ad Iustinianum 2 pluribus agit Theophanes anno 1 imperii eiusdem Augusti.

Ibid. 5. καθ' ἐκάστην] Theophanes habet καθ' ἐκάστην ἡμέραν.

Ibid. 8. Μαγιστριανός agens in rebus, officialis magistri officiorum. Glossae Lat. Gr. vide Ducangii Gl. Gr.

Ibid. 16. ὄν] perperam in Theophane legitur τῶν.

Ibid. 17. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει] haec a. 2 Iustiniani Rhinotmeti refert Theophanes.

Ibid. 18. ἐδέξατο τοὺς ἐν τῷ Λιβύῳ] interpretatus

sum haec ad literam, ut aiunt; sed melius fortassis Theophanis interpres: *imperator autem in Armeniam profectus Mardaitarum agmen, aereum illum imperii Romani murum in Libano prius consistentem et a se eversum, illic suscepit.*

103, 21. *ἰσορδίνως* ordinario interpretatur Ducangius; vide eiusdem Gl. Gr. v. *Ῥορδινον*.

Ibid. *ἔτι* v. Theophanem ad annum 3 Leontii, qui fuit principatus Abimelech 15.

104, 2. *Λεόντιος δὲ*] perperam Meursius interpretatur; quippe pro *ἐκράτησεν* lego *ἐκράτει*, et sic verto: *tunc autem Leontius, delecto Iustiniano et in Chersonem relegato, imperium tenebat.* nam illa Arabum in Africam impressio accidit a. 3 Leontii.

Ibid. 7. *τέθνηκεν Ἀβιμέλεχ*] anno nimirum 7 Apsimari, Christi 704 vel sequenti.

Ibid. 8. *ἔτη ἐννέα*] totidem huic annos attribuit Theophanes.

Ibid. 11. *τῆς Ἀφρικῆς*] nullam mentionem de hisce Arabum gestis in Africa Iustiniano Rhinotmeto secundo imperante facit Theophanes.

Ibid. *τότε δὲ τοῦ Μαβίου*] eadem ferme capite praecedenti refert scriptor noster. sed fallitur: nam id accidit non sub Iustiniano Rhinotmeto sed sub Constantino Copronymo. vide Theophanem, qui totam rem pluribus exponit a. 9 eiusdem Constantini.

Ibid. 12 *τινὸς λαοῦ*] praeferenda ms lectio: nam, ut scribit Theophanes, Maruam a Maurophoris occiso eius filii ac reliqui affines calamitatibus illis superstites ex Aegypto migraverunt in Africam; inde vero in Hispaniam, quam ad hoc usque tempus tenuerunt.

Ibid. 18. *ἡ τοῦ Θωμᾶ ἀνταρσία*] de expeditione Afrorum seu Arabum contra Cretam et insulas Cycladas Michaële Balbo imperante, necnon de Thoma contra Michaëlem imperium affectante consule Leonem grammaticum in vita eiusdem Augusti, Cedrenum item ac Zonaram. ceterum in hunc Thomam iambos scripsit Ignatius Diaconus, auctor vitarum SS. Tarasii et Nicephori patriarcharum CP, ut tradit Suidas v. *Ἰγνάτιος*.

105, 3. *τὸν δὲ Οὐαλίδ*] repetit hic scriptor noster ea de quibus capite praecedenti circa finem egit; et proseguitur Arabum principum seriem.

Ibid. 9. *Ἀζήδ*] hic Arabum princeps dicitur Theophani *Ῥζιδ*.

105, 11. κρατεῖ τῆς ἀρχῆς Μαρούαμ] mortuo Isam Valid Arabum princeps numeratur a Theophane, qui annum unum ei adscribit. vide Theophanem ad annum 3 Constantini Copronymi.

Ibid. 12. Ἀβδελὰς τις τῶν Ἀράβων ἀρχῆς κύριος γίνεται καὶ κρατεῖ ἔτη κα'] Theophanes post Maruam Muamed recenset, eique annos 5 attribuit, ut patet ex iis quae habet ad annum 14 Constantini Copronymi. perperam vero eiusdem tabulae ipsi Muamed annos 9 adscribunt. sed in tabulis praedictis numeri annorum passim corrupti occurrunt: hinc fit ut recentiores historiarum scriptores, dum tabulas illas tantum consulunt et non Theophanis textum, passim in errorem deferantur. ceterum Abdelas hic frater fuit Muamed, ut scribit Theophanes, qui annos ei principatus 21 assignat. obiit is eodem mense quo impius Copronymus, ut tradit idem scriptor a. 35 eius Augusti.

Ibid. 14. Μὰδῖς dicitur et Theophani, qui totidem ipsi annos adtribuit. in editis legitur Μὰδης.

Ibid. 15. Ἀαρῶν τις] a. 4 Irenes et Constantini obiit Mades seu Madi, et ipsius filius Moses principatum obtinuit; qui cum imperasset annum circiter unum obiit, et in locum Aaron frater suffectus est. vide Theophanem a. 6 Constantini et Irenes.

Ibid. 17. ἦγον τῆς τῶν Ῥωμαίων] numerus primus annorum ab orbe condito in B habetur margini adscriptus alia manu et rubris literis: habetur et interlinearis, sed manu admodum recenti. atqui mors Aaronis Arabum principis et dissidium illud inter Arabes neque sub Constantino et Irene neque a. 6288 ab orbe condito accidit, sed a. 7 imperii Nicephori Generalis, Chr. 808, ut habet Theophanes hoc ipso anno, qui rem totam iisdem ferme verbis refert; unde loco Irenes et Constantini scribendum est Nicephori Generalis, et annus ab orbe condito reponendus vel prout computat Theophanes, nimirum στα', 6301, vel ut numerant Graeci recentiores, στίς', 6316.

106, 8. λαυρῶν] quid laurae, et quodnam discrimen inter lauras et coenobia, pluribus docet Ducangius in utroque Glossario.

Ibid. 9. De Charitone monasteriorum et laurarum conditore, Pauli eremitae discipulo, Menaeum Septembris 28. in Anthologio Arcudii: αὐτὸς δὲ τὸ σπήλαιον ἐκκλησίαν ποιήσας καὶ πλήθος μοναχῶν συναγαγὼν εἰς μονὴν ἀποκατέστησεν. vixit hic Charito temporibus imperatoris Aureliani, huiusque λαῦρα παλαιὰ citatur a Georgio Syncello in Chronico p. 107,

eaque non longe a Bethleem et a Rachelis tumulo extitisse videtur. de eadem agit praeterea vita ms eiusdem S. Charitonis eremitae: *διὰ ταῦτα καὶ ἑτέραν ἐκέλευε κατασκευάζειν λαῦραν ὃ θανμαστός οὗτος Χαρίτων, ἥνπερ ἄνιοι μὲν τῇ Σύρα γλώττῃ Σουκάν ὀνομάζουσι, ἄλλοι δὲ κατὰ τὴν Ἑλλάδα φωνὴν Παλαιάν λαῦραν ἀποκαλοῦσιν.*

106, 9. Κυριακοῦ] hic sub Theodosio magno Corinthi natus, patre presbytero eius ecclesiae; a. aetatis 18 lector fuit, et deinde aliquamdiu praefectus laurae Charitonis. dies ei festus 29. vide Anthologium Arcudii. MEURS.

Ibid. Σάβα] vixit sub Theodosio iuniore. festus ei dies 5 Decembris. MEURS. de hoc pluribus egimus l. 5 Comment. in Antiq. CP.

Ibid. 10. Εὐθυμίου] vixit sub Traiano. dies ei consecratus 20 Ianuarii. MEURS.

Ibid. Θεοδοσίου] celebratur eius memoria die 12 Ianuarii. MEURS.

Ibid. 12. ἔτη πέντε] in Theophane numerus annorum desideratur, ideoque hinc supplendus.

Ibid. 14. Quod legendum sit hic Θεοφάνης et non Ἐπιφάνιος, non est necesse pluribus probari, cum nemo ignoret Theophanem chronographum, ex quo plura capita ferme integra, quae ad historiam Arabum pertinent, hic exscripsit Porphyrogenitus et praecipue caput praesens, condidisse monasterium Magni Agri dictum, in eoque repositum fuisse ipsius corpus. vide Menaea mensis Martii die 12. Epiphanius autem scriptoris rerum Saracenicarum nemo ex scriptoribus meminit. sed haec plus satis dicta sint de re tam manifesta. ceterum corrigendus est Ducangius in vita Leonis philosophi, qui Zoën Carbonopsinam, quartam uxorem eiusdem Leonis, sororem fuisse scribit ex Porphyrogenito S. Epiphanius Magni Agri abbatis.

Ibid. 15. μητρόθεις avunculus interpretatus sum, ita ut Zoë Carbonopsina, quarta Leonis philosophi uxor, soror sit Theophanis. atqui id annorum spatium non patitur, cum Theophanes mortuus dicatur sub Leone Armeno circa finem eius imperii. unde μητρόθεις non solum avunculus fortassis dicitur, sed et magnus avunculus, ut vulgo appellatur, nimirum matris avunculus.

Ibid. 22. πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις στήλαις] sic in Epitome Stephani in Μαστιανοί: ἕθνος πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις στήλαις. at in Ἰβηταί legitur πρὸς τὰς Ἡρακλείους στήλας.

107, 1. Apollodori geographi saepe meminit Stephanus

in Ἄβουλλοι, Ἀγύλα et in Ταυγάμηλα. de eodem videtur loqui Tzetzes Chil. 3. Histor. 100. de Apollodori v. Vossium de Historicis Graecis.

107, 4. Ἡρόδοτος] sic emendamus: quippe huius Herodori liber etiam decimus de Hercule citatur a Stephano in Κορητικόν. v. Vossium de Historicis Graecis l. 3.

Ibid. 10. Καλιανός] an legendum Κέλται, quorum regionem subsequitur ea quam Rhodanus alluit?

Ibid. 14. Σπανία] multi ex veteribus Spaniam pro Hispania dixerunt.

Ibid. 18. De Parthenio et Artemidoro vide Indicem Pinedi ad scriptores citatos in Stephano Byzantio.

Ibid. 19. ἡ δὲ ἕτερα Ἰβηρία] de hac Iberia pluribus agit infra Porphyrogenitus c. 45 et 46. hanc ponit Agathemerus Geogr. 2 inter Colchidem et Albaniam. vide Dionysium de situ Orbis et Strabonem l. 1 et 11.

108, 2. Διονύσιος] non est sequens versiculus, inquit Berkelius, desumptus ex Dionysio Alexandrino de situ orbis, imo in illo versu non videtur mentio fieri de Iberis orientalibus, sed de occidentalibus, ἀγγυὸν στηλάων habitantibus. verum versiculum mox secuturum, ex quo usum τοῦ Ἰβηρικῆς confirmat, ex Dionysio transcripsit Stephanus noster.

Ibid. 6. γραμματικῆ δὲ] Strabo l. 3 narrat Hispanorum doctissimos olim Turdetanos fuisse, qui praeter grammaticae usum etiam conscripta servabant antiquitatis monumenta, poëmata et leges metris inclusas. ceterum iisdem literis quibus Itali utebantur. vide Vossium de arte grammatica.

Ibid. 11. Nescio unde Berkelius sic scribit: εἰς δύο ἐπαρχίας διηρεῖτο ὑπὸ Ῥωμαίων, νυνὶ δὲ εἰς τρεῖς, εἰς Σπανίαν Βαιτικὴν, Σπανίαν Λουσιτανίαν, καὶ Ταρρακωνησίαν, et hanc lectionem in versione expressimus. Salmasius vero in Plinianis Exercit. ait se in veteri codice hunc locum sic scriptum reperisse: εἰς δύο διηρεῖτο ὑπὸ Ῥωμαίων, νυνὶ δὲ εἰς τρία, ὡς Μαρκιανὸς ἐν τῷ Περιπλῶ αὐτῆς, Βαιτικὴν Λουσιτανίαν καὶ Ταρρακωνησίαν. certum quidem est primum Romanos Hispaniam in citeriorem et ulteriorem divisisse; de quo Plinius et alii: deinde vero cum tota regione essent potiti, in tres partiti sunt provincias. Marcianus, quem hic Porphyrogenitus laudat, sic habet in Periplo cap. de Iberia et Hispania: πρότερον μὲν οὖν ἡ Ἰβηρία διηρεῖτο ὑπὸ Ῥωμαίων εἰς ἐπαρχίας δύο, νυνὶ δὲ εἰς τρεῖς, εἰς Ἰσπανίαν Βαιτικὴν καὶ εἰς Ἰσπανίαν Λουσιτανίαν καὶ Ἰσπανίαν Ταρρακωνησίαν. Agathemerus l. 2 Hispanias item tres recenset:

Ἰσπανίαι τρεῖς, ἃς Ἰβηρίας πρότερον ἐκάλουν· καὶ ὄντιν ἢ μὲν Λουσιτανία πρὸς τῷ δυσμικῷ ὠκεανῷ, ἢ δὲ Βαιτικὴ κατὰ τὴν ἐντὸς θάλασσαν, ὀλίγον τι καὶ τῆς ἐξω μετὰ τὸν πορθμὸν ἐπιλαμβάνουσα. ἢ δὲ Ταρρακωνησία διήκει ἀπὸ τοῦ ὠκεανοῦ καὶ τῆς ἐντὸς θάλασσης ἐπὶ τὴν ἐντὸς θάλασσαν, sic quidem ante Constantinum magnum; at post illum universa illa regio in sex provincias divisa fuit, ut patet ex scriptoribus.

109, 6. Δεικνυσοφιστῶν β] locus hic Phylarchi apud Athenacum paulo diversus est. eadem refert Eustathius ad Periegetae v. 282.

Ibid. 14. ἀπὸ Ἰσπανίου] Hispania, quae primum dicta fuit Iberia, ut ex praecedenti capite liquet, et deinde Hesperia ab Hespero stella lucidissima, quae vespertino tempore in occidente apparet, solem subsequens, postmodum nuncupata est Hispalia ab Hispali, urbe ad fretum Atlanticum sita, quam hodie Sevilliam vocant; unaque denique litera immutata Hispania appellata fuit.

Ibid. 15. δύο τῆς Ἰταλίας ἐπαρχίαι] divisa fuit olim a Romanis universa Hispania in citeriorem et ulteriorem, uti ad caput praecedens adnotavimus.

Ibid. 16. Χρονικὰ Characis Pergamensi passim citantur a Stephano. v. Vossium de Hist. Graec. l. 3.

Ibid. 20. ἐπὶ Οὐριάθου] vide Livium de bello Viriathico, Florum, Appianum.

Ibid. 21. Hoc intelligit de eodem Charace, qui Suida teste condidit historiarum Graccarum libros 40, in quorum secundo Augusti Caesaris memoriam celebrat; in secundo item Neronis et successorum. ceterum Characis librum secundum Ἑλληνικῶν citat Stephanus Byzantius in Ἀδράστια et Ταύραος. unde facile crederem, et ex eo quod in Stephani epitome de Hispania habetur, Porphyrogenitum hoc integrum caput de Hispania excerpssisse, quemadmodum et praecedens caput, ex opere integro Stephani; et miror cur Berkelius haec item Stephano non reddiderit.

110, 5. Πανίαν] sic emendamus; quippe in mss Porphyrogeniti ac Stephani corrupte legitur Πανωνία pro Πανία. Sosthenes enim l. 13 Ibericorum apud Plutarchum de fluminibus testatur Iberiam Paniam appellatam fuisse a Pane eiusdem regionis praefecto. vide et Plinium 3 1.

Ibid. 7. τοῦ ὄλου Θεοφάνους τῆς Συγγριανῆς] perperam hunc titulum interpretatur Meursius sic: ex historia S. Theophanis Sigriana. nullam quippe historiam Sigrianam conscripsit Theophanes, sed Singrianae monachus fuit, unde

passim a scriptoribus dicitur τῆς Συγγριανῆς, officium Theophanis, quod fronti eiusdem operum praefixit Combefisius, sic habet: τῷ αὐτῷ μηνὶ εἴβ' τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Θεοφάνους, τοῦ ὁμολογητοῦ, τῆς Συγγριανῆς.

110; 8. καὶ Γαλλίαν etc] sic in B et in Theophane. in editis corrupta haec ac depravata. Theophanes hanc Vandalorum in Africam irruptionem refert a. 31 imperii Theodosii iunioris: scriptor vero chronici Alexandrini, Prospere Idatius, aliique id annum 21 vel 27 eiusdem Augusti assignant, nimirum coss. Fl. Tauro et Fl. Felice, a. Chr. 428. vide Procopium de B. Vand. 1, unde Theophanes quae hic habet de Vandalorum in Africam irruptione mutuatus est; quae quidem summam ab ipso collecta historice potius quam chronice ad annum 31 Theodosii iunioris referuntur.

111, 10. οἱ δὲ Ἰσίογοι μετὰ Ἀλαρίχου] in editis et in Theophane legitur μετὰ Ἀλάριχον: unde eius interpres sic vertit, *Visigothi post illatas ab Alaricho clades Roma devastata*. Meursius legendum sic monet, οἱ δὲ Οὐισίογοι μετὰ Ἀλαρίχου. in ms scribitur Ἰσίογοι, Ἰσίογοι et Ὑπόγοι. ceterum quo anno a Gothis Roma capta fuerit et quando ab iisdem Gallia occupata, pluribus narrant illius aevi scriptores; qui sane tradunt Gothos non cum Alaricho sed cum Athaulfo eius successore Gallias occupasse.

Ibid. 14. ἐν τῇ Θράκῃ διατρίψαντες] sic habet ms codex Theophanis Palatinus. in textu legitur ἐν τῇ Θράκῃ διατρίψαν καὶ τῆς ἐσπερίου βασιλείας ἐκράτησαν. sed melius codex. in editis Constantini corrupta haec ac depravata sic habent: ἐν τῇ Θράκῃ διατρίψαντος Θεοδορίχου ἡγεμονεύοντος αὐτῶν, πατρικίου καὶ ὑπάτου Ζηνωνος, αὐτὰρ ἐπιστρέψαντος τῆς ἐσπερίου Αἰβύης βασιλείας ἐκράτησαν. Theoderichus autem hic Valameris filius e Thracia Byzantium accersitur consulque renuntiatur et Thraciae praefectura donatur, postmodum a Zenone compulsus in Italiam proficiscitur, et Gizericho vita iam functo priusquam ipse Romam appelleret, urbe tandem totoque simul occidente potitur. v. Theophanem ad annum 11 imperii Zenonis.

113, 6. Ἀμερομμνῆς] paulo infra scribitur Ἀμερομμνῆς, ideoque sic ubique scribendum ait Meursius in notis. verum apud scriptores Byzantinos varie haec vox scripta reperitur; quod quidem factum est librorum inscitia, ut nemo dubitat. ceterum ἀμερομμνῆς dicti supremi apud Saracenos principes, ut patet ex iis quae hoc capite docet scriptor noster.

Ibid. 8. Quae hic narrat scriptor noster de divisione

Saracenorum imperii, conferri possunt cum his quae in diversis locis suae chronographiae scribit Theophaues.

114, 11. *κουράν, Κουράριον et Κοράν, Curan, Leuclavio in Onomast. ad Hist. Turc. Alcoraman Mahumetanorum. v. Ducangii Gl. Gr.*

Ibid. 20. Ugo iste ab Italis vocatus, eiecto Rodulpho, Italiae regnum obtinuit, sed Franciae rex, ut paulo infra a Porphyrogenito appellatur, nusquam fuit, sed comes tantum Provinciae sive Arelatensis.

115, 1. *ἑργάριον* Graecis recentioribus *regnum*, ut *δουράριον, πρυγκιπάριον, etc.* v. Gl. Gr. Ducangii.

Ibid. 6. Lotharius hic Lotharii filius, Ludovici II imperatoris, qui quartus a Carolo magno imperator occidentis numeratur, frater, ab eodem Ludovico contra Saracenos Africanos Italiam vastantes ad auxilium vocatus Romam adiit a. Chr. 869, mortuo iam ante biennium Nicolao pontifice; et ab eius successore Hadriano II per fraudem ac mendacium exorata venia, cum sub communionem dominici corporis Waldrada se pellice post interdictum abstinuisse et in potestate fuisse Nicolai pontificis iurasset, sacrilegii illius in reditu poenas dedit Placentiae letali morbo confectus eodem anno, sexto idus Augusti, ut scribunt nonnulli. alii vero Iulio mense mortuum narrant, neque id cuius causa venerat ab Hadriano impetrasse.

Ibid. 13. *μετὰ δὲ]* diu post Lotharii obitum Ludovicus hic ab Adelberto Tusciae marchione excitus contra Berengarium in Italiam venit; quippe Lotharius e vivis excessit a. Chr. 869, Ludovicus vero hic in Italiam venit a. Chr. 900 vel sequenti.

Ibid. 14. *Λοδῶϊκος]* Ludovicus hic, Bosonis filius, nascitur ex Hermingarde filia Ludovici iunioris imperatoris.

Ibid. 16. *ἦν μὲν ἄσιτερος]* Ludovicus, in fugam coniecto Berengario, Romae a papa imperii donatus est insignibus a. Chr. 901.

Ibid. *ὑστερον δὲ]* anno tertio imperii Ludovicus cum esset Veronae, Adelberti marchionis, a quo vocatus fuerat in Italiam, proditione capitur a Berengario, et oculis atque imperio privatur Augusto mense a. Chr. 904, ut ait Rhegino, etsi Gotfridus Viterbensis et Otto Frisingensis sequenti anno id factum prodant.

Ibid. 21. *ἐστέρθη]* Berengarius sublato Ludovico rursus Italiae occupat regnum; ac Romam cum exercitu adiens coronam imperii a Ioanne papa violenter extorsit, et Septembris mense a. 915 est inunctus, ut ex eius diplomatibus ostendit.

est Sigonius de Reg. Ital. l. 6. sed eo Roma recedente idem pontifex Lambertum Augustum, qui a Formoso papa fuerat coronatus, Romam accessit, ubi habita episcoporum synodo, utriusque regis iuribus examinatis, omnium patrum sententia Ioannes Berengarii coronationem tanquam vi extortam abrogavit et Lamberti legitimam iudicavit; quod quidem comprobatum fuit in synodo Ravennate, paulo post ab eodem pontifice Romano congregata.

115, 21. τῷ Ῥοδούλφῳ] Adelbertus Eporediae marchio alique Italiae proceres Rodolphum Richardi filium, quem Flodoardus Galliae Cisalpinæ regem, Luitprandus Burgundiae principem nuncupant, ad Italiae regnum capessendum vocant. nec ille cunctatus a. 922, ut ait Flodoardus, eo contendit, ac Berengarii fuis copii Italiae rex appellatur. Berengarius Veronae, quo se ex insidiis fuga receperat, Flambergii cuiusdam insidiis occisus est a. 924. sicque Berengarius dignas suscepit poenas, quod foedere cum Hunnis inito eosdem iterum maiori agmine in Italiam intulisset in odium Rodulphi electi Francorum regis, a quo ante annum fuerat bello superatus, ut scribit idem Flodoardus, qui depopulationes Italiae pluribus recenset. ceterum de iis quae hic narrat Porphyrogenitus de iteratis ac variae fortunae praeliis Rodulphi cum Berengario, deque divisione regni inter eos ac de bellica expeditione trium marchionum e Burgundia contra Italiam, consulendi sunt scriptores illius aevi; quippe apud historicos recentiores res gestae illis temporibus in Italia admodum obscurae ac confusae reperiuntur.

116, 7. μετὰ τῆς δορκᾶς αὐτοῦ] interpretatus sum dubius, quod apud Suidam δορκῶν ἔλαφος exponatur, cervus vel caprea. Meursius pelle se sua texit interpretatur, quasi legisset δορκᾶς pro δορκᾶς. Hesychius: δορκᾶ δέσμα. cf. Ducangius. ceterum hac voce utitur Porphyrogenitus etiam infra c. 51.

117, 7. τὰ θεῖα εὐαγγέλια] observandus mos iurandi per sacrosancta evangelia. Harmenopolus l. 1 tit. 7: ὁ ἐκ δικαστικῆς ψήφου ἢ ἐξ αἰτήσεως τοῦ ἀντιδίκου δορκον ἐπέχων ἐπ' ἐκκλησίας, τῶν ἀχράντων ἀπτόμενος εὐαγγελίων, ἐπισφατεῖν δὲ μετὰ ταῦτα ἐλεγχθεῖς, γλωσσοκοπήσθω. cf. Menander de Leg. p. ed. Bonn. 335 ima et Cantacuzenus Hist. 1 15. Μηνς.

Ibid. 11. ἀπέκτεινεν αὐτὸν Φαλάμβερτος ὁ σύντεκνος αὐτοῦ] interficitur Berengarius a Flamberto, uti supra diximus, a. Chr. 924. σύντεκνος vero compater, pater spiritus. vide Gl. Gr. Ducangii.

Ibid. 13. ἐμήνησεν ἡ λαός] post Berengarii obitum Be-

dolphus Italiae regnum haud diu retinuit: quippe popularum conspiratione Hugoni Arelatensi seu Provinciae comiti regnum defertur a. Chr. 926.

117, 20. *τελευτήσαντος αὐτοῦ]* moritur Rodolphus a. Chr. 937, ac primus Burgundiae rex fuit, ut ait Sigebertus, sive Iurensis ac Cisalpinæ Galliae, ut Flodoardus in Chronico scribit.

Ibid. 23. Hanc Adelesam Rodulphi filiam, quæ Lothario Ugonis filio nupserat, Adeleidem scriptores Latini appellant.

118, 1. *τῷ γυνι ὄντι Ἰταλίας ῥηγί]* Lotharius Ugonis filius consors fit regni paterni a. Chr. 932. regno privantur ambo a Berengario secundo a. 945, hac condicione ut Hugo cum filio Lothario regis vocabulo contentus regni usum ac rerum summam Berengario permetteret. sic Lothario filio in Italia relicto in Provinciam Hugo rediit a. 947. biennio vero post moritur Lotharius, et regis titulum assumpsit Berengarius una cum Adalberto filio, a. 950. hinc ergo facile est cognoscere quando hæc Porphyrogenitus scripsit.

Ibid. 4. Bertha hæc, quæ Romano Porphyrogeniti filio nupsit, Hugonis quidem Italiae regis erat filia, sed notha et illegitima, quam ipse ex Baezola concubina suscepit, vide Luitpr. 4 6, 5 5 et 9. sed pudebat procul dubio Constantinum hanc suæ familiae ignominiosam notam scripto consignare. ceterum Bertha a Sigefrido Parmensi episcopo deducta fuit Cpolim sub annum 943, Indict. 2, Romano Lacapeno imperii clavum adhuc obtinente; nuptiae celebratae sunt mense Septembri, cum nondum ætatis annum 14 attigisset Romanus.

Ibid. 7. *ἔτη]* numerus annorum quibus Magna Bertha post Adelberti conjugis obitum regnavit, desideratur cum in editis tum in mss.

Ibid. *μετωνομάσθη]* Berthæ nomen in Eudociam mutatum fuit a Graecis in aviae et sororis Constantini memoriam, ut ipse scribit. sed a quam uxore, cum quattuor habuerit Leo, filiam Eudociam suscepit, pluribus diximus Comment. in Antiq. Cp. l. 6 n. 350. unde ne actum agere videar eo lectorem mitto. hanc autem Eudoxiam pro Eudocia perperam appellat Luitpr. 5 9. vixit vero Eudocia cum coniuge per annos quinque, obiitque intacta ac virgo, ut scribit Scylitzes.

119, 1. *Εὐρήνης τῆς βασιλίδος]* sic habetur et in mss. at mendum hic esse oscitanter exscribentis librarii vidit Meursius: quippe id accidit Iustino imperante, ideoque Sophia

tunc *Angusta* fuit, non *Irene*, ut et papa *Ioannes tertius*, non *Zacharias*. sunt autem qui hanc Longobardicae irruptionis auctore *Narsete* patricio spadone historiam inter fabulas reiiciant. in his est *Baronius*, sed vena quidem est dignus, non solum quia aetas unius hominis non est satis ad singulas res sedulo perpendendas, verum etiam quia quamplurima monumenta antiqua post tanti viri obitum in lucem prodire. plurimi autem sunt qui hanc historiam *Narsetis* veram ac genuinam esse arbitrantur, et facile *Baronii* difficultates eliminant, cum plures *Narsetes* illis temporibus floruisse ex historicis ostendant. praeter *Petavium* in *Rationario* temporum, pluribus veritatem huius historiae asserit *Pagius* ad annum Christi 567. qui tamen fallitur cum ait neminem ex auctoribus Graecis huius historiae *Narsetis* mentionem facere, cum fuse de ea *Porphyrogenitus* loquatur, scriptor Graecus decimi seculi fide dignissimus.

119, 6. *πάκτων* tributum ex pacto indictum, quaevis pensitatio. utitur frequenter hac voce eadem significatione scriptor noster. reperitur et apud alios scriptores Byzantinos eadem significatione. v. *Ducangii* Gl. Gr.

Ibid. 21. *κατ'ἴκον* εἰς *Πανωνίαν*] habitarunt in *Pannonia* Longobardi annos 42, nempe ab a. Christi 526 ad 568. vide *Diaconum* de gest. Longob. 2 7 *MEURS*.

Ibid. 22. *καὶ ἀποστειλας*] *Paulus* *Diaconus* de gestis Longobar. 2 5: itaque odio metuque exagitatus (*Narses*) in *Neapolitanam* civitatem secedens, legatos mox ad Longobardorum gentem dirigit, mandans ut paupertina *Pannoniae* rura desererent et ad *Italiam* cunctis refertam divitiis possidendam venirent. simulque multimoda pomorum genera aliarumque rerum species, quorum *Italia* ferax est, mittit, quatenus eorum ad veniendum animos posset illicere. et *Anastasius* *Bibliothecarius* in *Ioanne* 3: tunc egressus *Narses* de *Roma* venit *Campaniam*, et scripsit genti Longobardorum ut venirent et possiderent *Italiam*. *MEURS*.

121, 2. De *Sico* et *Sicardo* v. *Camillum* *Peregrinum* in historia principum Longobardorum.

Ibid. 3. *Σιπενδοῦ*] non dubito quin hic pro *Sipendi* legendum sit *Siponti*. *Sipontum* quippe *Apuliae* *Dauniae* urbs est et colonia Romana. eadem *Straboni* *Σηπιούς* dicitur, *Σηποῦς* *Ptolemaeo*, et *Σιποῦς* *Stephano*.

Ibid. 14. *Καπαντήν*] sic legitur et in mss. sed perperam: quippe haec urbs quam *Landolphus* episcopus ad pontem *Casilinum* fluminis *Vulturni* aedificaverat, appellatur a

scriptoribus Latinis *Capua Nuova*, unde hic legendum videtur pro *Καπαρτην*, *Κάπυαν νέαν*: nam et paulo infra haec ipsa urbs a Landulpho episcopo constructa dicitur *Κάπυα*.

121, 14. ἀφ' οὗ δὲ ἐκτίσθη] haec *Capua nova* a Landulpho episcopo constructa fuit a. Chr. 856, distatque a veteri duobus miliaribus. — ibi et cathedralem ecclesiam aedificavit, ut videre est in convexo pariete chori, musivo opere adornato. et in eadem urbe nova idem Landulphus evasit comes a. 862: v. Ughellum de episcopis Capuanis p. 380. ex verbis autem illis Porphyrogeniti “*ex quo autem haec Capua constructa fuit anni sunt 73*” colligitur Porphyrogenitum haec scripsisse a. Chr. 929, imperii sui 18: quippe *Capua nova* constructa fuit a Landulpho a. 856, cui numero annorum si addantur anni 73, inveniatur annus 929.

Ibid. 17. *μαστρομήλης* et *μαστρομίλιος* *magister militum*. ita appellabatur urbis in Italia praefectus supremus, inquit Ducangius, citans hunc Porphyrogeniti locum. Venetiis item haec dignitas in usu erat: cf. Andreas Dandulus in Chronico (Murator. Rer. Ital. Script. t. 12. p. 136 E.). de hac pluribus agit Ducangius cum in Gl. Gr. tum in Gl. med. Lat. in v. *Magister militum*. *κατεπάνω* autem *capitaneus*, hoc est *praefectus exercitus*. vide utrumque viri doctissimi Glossarium.

Ibid. 20. Eustathius ad Dionysium: *τὴν δὲ ῥηθεῖσαν Ἑνετιάν νῦν μὲν Βενετιάν φασίν.* et Arrianus: *καὶ τῇ ἐπιχωρίῳ γλώττῃ Βενετοὶ εἰς τοῦτο ἔτι ἀντὶ Ἑνετιῶν κληῖζονται.*

Ibid. 22. *Ἰουστινιάνα*] puto hic pro *Iustiniana* legendum *Iustinopolis*, quae hodie Italis dicitur *Capo d'Istria*.

Ibid. *Κάστρον τοῦ Νούνου*] hodie *Nonnum* vel *ad Nonnum*, teste Cluverio.

122, 7. *Κογράδον*] hic pro *Cogradum* Gradum legendum esse nemo non videt: Gradus quippe (vulgo *Grado* et Venetis *Grado*) insula est orae seu ducatus Veneti confinium. huius autem insulae celebre est nomen ob patriarchas Gradenses; sed de origine huius patriarchatus multi multa tradunt.

Ibid. *μητρόπολις*] perperam Meursius legit *ἀκρόπολις*; quippe sequentia suadent *μητρόπολιν* ibi potius legendum quam *ἀκρόπολιν* seu *arce*, dum ait *καὶ πολλὰ λείψανα ἁγίων ἐν ταύτῃ ἀπόκεινται*. *μητρόπολις* autem hic significat *ecclesiam metropolitanam*; in qua quidem asservari reliquias sanctorum verius dixeris quam in acropoli seu *arce*. Gradus autem civitas metropolitana facta a Carolo magno, testibus Eginartha et Rheginone. postmodum vero a. Chr. 967

Ioannes XIII in concilio Romae habito, Othone magno praesente, Venetis legatis petentibus statuit ecclesiam Gradensem Venetiae totius metropolim esse. vide quae de Gradensi patriarchata et patriarchis habet Ughellus t. 5. Italiae Sacrae p. 1164 et seqq.

122, 9. Ῥιβαλινός] fortassis *Ripaltenses* legendum.

Ibid. Λουλιανόν] puto scribendum *Sanctus Iulianus*.

Ibid. 11. Βινίολα] puto *Olivola* legendum, ubi templum S. Petri.

Ibid. 13. Βρόνιον] fortassis *Breonia* insula ad Polae portum.

Ibid. Μαδαῦκον] *Metamaucum* legendum.

Ibid. 14. Κλονγία] scriptoribus *Fossa Clodia* dicta.

Ibid. 15. Βροῦνδον] fortassis *Brondola*.

Ibid. Φοσαῶν] forsan *Foscellum* vel *Foesone* flumina.

Ibid. Λαυριτῶν] scriptoribus *Lauretum*.

Ibid. 19. Κάπρε] fortassis *Capralae*.

Ibid. Αἰκυλον] fortassis *Equilium*.

Ibid. 20. Ἀειμάνας] *Ammianum* forsan scribendum.

Ibid. Μουράν] *Muranum* scriptoribus, sive *Murianum*.

Ibid. 21. Ῥίβαντον] *Ripalta* sive *Rivus Altus*.

123, 2. διήγησις πῶς κατεπίσθη ἡ νῦν καλουμένη Βενετία] quomodo conditae fuerint Venetiae et quando, pluribus narrat praeter alios, scriptores Veneti, imprimis autem Andreas Dandulus serenissimus dux Venetiarum, qui quarto decimo seculo et literis et armis floruit, et ad quem extant quamplurimae epistolae cum editae tum ineditae a Francisco Petrarca, qui illa tempestate florebat, conscriptae. hunc v. apud Muratorium t. 12 p. 69 B.

Ibid. 4. βαλτωίδης *palustris*. haec vox eadem significatione reperitur non semel apud Annam Comnenam. vide Ducangii Gl. Gr.

Ibid. 5. Φράγγοι] vide quae de Francis habet infra scriptor noster c. 80 et sequentibus.

Ibid. 19. μετὰ χρόνους πολλούς] Pipinus Venetias obsidione cingit a. Chr. 810.

124, 3. Ἀειβόλας] locus hic Dandulo Albiola dicitur.

Ibid. 6. Μαδαμαῦκον] Dandulus L. L. locum hunc *Metamaucum* appellat.

Ibid. 20. ἐπὶ πολὺ δὲ βιασθέντες οἱ Βενέτικοι] de belli

huius Pipini cum Venetis exita varii varia prodiderunt, et praesertim Veneti scriptores cum alii tum Dandulus l. l. p. 156 B. qui falli ostendit scriptorem indoctum libelli cui titulus *squitinio della liberta Veneta*, cum ait recentiores rerum Venetarum scriptores tantum belli, quod contra Venetos Pipinus gessit, a parte Venetorum stetisse victoriam asserere; quippe Andreas Dandulus quarto decimo seculo florebat, unus ex primis rerum Venetarum scriptoribus, vir probus et literis et armis conspicuus, uti testatur Franciscus Petrarcha, qui eodem aevo florebat, in suis epistolis cum editis tum ineditis, quae in bibliotheca Regia et Colbertina asservantur; ex quibus sane quam plurimas eidem Dandulo Petrarcha conscripserat.

125, 2. *διβάρια*] Meursius pro *διβάρια διάρια* legit, non probante Ducangio in Gl. fortassis quispiam putabit hic pro *Dibaria* legendum esse *Divalia*.

Ibid. 7. *ἐγγόνει δὲ ὁ πρῶτος δούξ ἐν αὐτοῖς*] de institutione primi ducis Venetiarum Dandulus l. l. p. 137 A.

Ibid. 11. *εἰς ἔσπερον νησίον*] tunc Veneti Mathemaucio urbe relicta ad Rivoaltum venerunt, ut scribit Dandulus ad annum Christi 809.

Ibid. 16. *Δελμάτιας*] aliis scribitur *Dalmatia* per A in prima; at *Delmatia* scribendum docet Cassiodori Geographia, item nummus Fl. Delmatii imperatoris hoc tractu oriundi, quem historici omnes per A in prima scribunt, male sic Ortelhus. cuius quidem sententiae suffragatur vetus inscriptio Patavina apud Sertorium Ursatum in Monum. Patav. p. 270. verum *Dalmatia* et *Delmatia* dicitur scriptoribus cum Graecis tum Latinis. vide notas Holstenii in Stephanum Byzantium, Velleium Longum de Orthographia, et Laurontium Pignorium in comment. ad laudatam inscriptionem Patavinam p. 270.

Ibid. 17. *ἀπὸ τῆς Πρώμης λαὸν*] Romanorum colonias in Dalmatiam ante Diocletianum rei publicae Romanae tempore deductas patet cum ex scriptoribus tum ex inscriptionibus antiquis ac aliis monumentis, quae in Dalmatia adhuc supersunt. vide Lucium de regno Dalmatiae ac Croatiae l. 1.

Ibid. 20. *ταύτην μέχρι τῆς σήμερον*] Dalmatas, sicut et ceteros imperii Romani provinciales, ab ipsis barbaris, qui imperium occuparunt, Romanos dictos constat, praesertim ubi sedibus fixis Romanos conterminos habebant: nam ipsos non speciali provinciae nomine sed generali Romanorum nuncupabant; qua quidem ut plurimum distinctione auctores post declinationem imperii usi sunt, ut a barbaris distinguerent provinciales Romani imperii, ut constat de Gallis et Hispa-

nis, et hic etiam de Dalmatis apparet ex iis quae toto hoc capite et sequenti scribit Porphyrogenitus.

125, 22. De Spalato sive, ut Porphyrogenitus habet, Aspalatho pluribus loquitur idem scriptor hoc ipso capite paulo infra.

126, 4. Διόκλεια] vide quae de urbe Dioclea et Diocletianis habet infra c. 35 scriptor noster, et nostras ibidem notas.

Ibid. 8. De hac autem expeditione Romanorum, qui Dalmatiam incolebant, in Sclavinos, quos hic Porphyrogenitus Abares sive Abaros appellat, et quomodo Dalmatia ab iisdem Sclavis occupata fuerit, pluribus scriptor noster agit capite sequenti; ubi vide quae adnotamus.

Ibid. 22. Salon colonia, navale Dalmatarum, urbs magna et antiqua: at hodie praeter paucas casas rudera, quae supersunt, sunt testes eius magnitudinis. de ea loquuntur passim scriptores et geographi veteres, sed perperam nonnulli ex recentioribus scribunt Diocletianum in ea condidisse palatia et arcem Clissam ibidem esse; quippe Spalatum sive Aspalathum, ubi erant palatia Diocletiani, quattuor milia passuum distat a Salone, decem milia ab arce Clissa. vide Io. Lucium de regno Dalmatiae et Croatiae, necnon Thomae archidiaconi Spalatensis historiam Salonitanam, et Iac. Sponii itinerarium t. 1. p. 106 sqq.

127, 3. Κλεισα] nimirum *Clissa*, non vero *Clusa*, ut Meursius perperam interpretatur. olim dicta fuit *Andetrium*, ut Lucius opinatur. haec hodie Latinis *Clissa* dicitur, Slavus *Klis*.

128, 4. De Rausio seu Ragusio et aliis Dalmatiae maritimis civitatibus, quae a Slavis non fuerunt occupatae, pluribus loquitur in fine huius capituli scriptor noster; ubi vide quae observamus.

Ibid. 5. ὧν τινῶν καὶ οἰκήτορες] incolae illarum urbium Romani appellati sunt, quod Roma illuc commigraverint, ut scribit Constantinus initio huius capituli, et quod Latinum sermonem diu servaverint, ut tradit Willelmus Tyrius 2 27. et quidem Ragusini cives ad undecimum seculum usque lingua Latina utebantur; postmodum vero quia multae familiae Slavorum Ragusium commigarunt, cives Ragusini paulatim patria lingua posthabita Sclava uti coeperunt, ut scribit Iacobus Luccari l. 1 *degli Annali di Ragusa* 15. quod vero ait Maurus Orbini Ragusinus, abbas Melitensis, in Opere cui titulus *il regno degli Slavi*, p. 173, in Illyrico, antequam a Slavis occupatum esset, Slava lingua semper Illyrici populus

usos fuisse, mihi quidem non probatur; quippe S. Hieronymi testimonium quod profert, non de alia lingua quam de Latina intelligendum est, ut pluribus viri docti probarunt. neque audiendi sunt qui de linguis et earum originibus scripserunt: opera quippe illa nugis plena esse comperio. ceterum licet Ragusini cives circa undecimum seculum uti Illyrica lingua coeperunt, non tamen a Slavis urbs Ragusina occupata fuit, cum ab origine sua urbs illa semper libera ac sui iuris fuerit, uti ex Porphyrogenito facile colligi potest et nos infra adnotabimus.

128, 14. ἐπὶ Μιχαήλ] de hac defectione Dalmatarum sub Michaële Balbo loquitur et continuator Combesianus p. 52. verum urbs Ragusinum nunquam Romano imperio paruit, sed ab ipsa sui origine semper libera suis legibus regebatur; quod quidem facile cognosci potest ex ipso Porphyrogenito.

Ibid. 22. ζουπάνος scriptoribus Latinis *zupanus*, *zupanus* et *Iupanus*. dignitas apud Slavos. vide Io. Lucium de R. Dalm. et Cr. necnon notas Ducangii in Alexiadem p. 347.

129, 2. ἐπὶ δὲ Βασιλείου] plurimae Slavorum gentes baptizantur imperante Basilio Macedone. vide scriptores qui res huius imperatoris memoriae prodiderunt, necnon libellum seu fragmentum de Russorum ad fidem Christi conversione, quod ex codice ms Colbertino infra proferimus, cum de Russis ac Russia agimus.

Ibid. 14. Qui Porphyrogenito Ἀρεντανοὶ appellantur, a Cædreno Πεντανοὶ vocantur, cf. infra 36.

Ibid. 15. καὶ γὰρ Πάγανοι] hanc ipsam rem repetit Porphyrogenitus pluribus infra c. 36, ubi de Arentanis. at fallitur cum hic ubi ibi, dum ait Paganos Sclavorum seu Sclavorum lingua non baptizatos intelligi: quippe Paganus Latinis scriptoribus Christianis dicitur *gentilis* seu *idololatra*. vide Gl. med. et inf. Lat. Ducangii, ubi quamplurima loca praedictorum in medium proferuntur; unde facile quispiam intelligere poterit vocem hanc Latinam et non Slavam esse, maxime cum hac voce nostrates non utantur ad denotandos non baptizatos, neque quidquam apud ipsos significet. verum locus hic Porphyrogeniti ambigendi occasionem Ducangio praebuit in notis ad Alexiadem, ubi ait Anna "Scythas Latinorum more seu recepto Latinos idiomate et vocabulo *Paganos* appellabat." Pagani vox, inquit, Slavorumne propria fuerit an Latinorum, an vero eam Latini a Slavis hauserint, iure controversi potest, cum longe ante Slavorum

auditum nomen usurpent scriptores Christiani, etsi in confesso sit ante Constantinum magnum et Constantium vix usurpatum hac notione pro gentilibus et idololatriis, ut pridem observatum a Baronio in notis ad Martyrologium. verum si Bucangius Sclavam linguam calluisset, et loca scriptorum illa quae in Glossario exhibet sedulo considerasset, procul dubio dixisset Porphyrogenitum hac in re errasse.

129, 19. ὡς προέφημεν] nimirum ab Heraclii imperio et maxime temporibus Michaelis Balbi Dalmatae excusso Romani imperii iugo sui iuris facti sunt, ut paulo superius ait.

130, 2. ἐλθόντων Σαρακηνῶν] de hac Saracenorum expeditione in Dalmatiam loquitur idem Porphyrogenitus de Them. 2 11 et in avi Basilii vita n. 53, unde hausit quae in hanc rem habet Cedrenus. Zonaras autem paulo diversa habet.

Ibid. 3. τοῦ Σάβα καὶ τοῦ Κλαφούς] varie nomen horum ducum Saracenorum a scriptoribus effertur. Porphyrogenitus hoc capite primum *Saba* appellat, ut et Cedrenus: at de Them. 2 11 eundem *Saman* appellat, et in avi Basilii vita *Samban*. Erchempertus in Hist. Langob. ipsum *Seodan* nuncupat; qui quidem Anonymo Casin. et Leoni Ost. *Seodan*, denique auctori Chronici S. Vincentii de Vulturno *Sangdam* vocatur. at quem hic Κλαφούς nuncupat Porphyrogenitus, eundem de Them. 2 11 et in avi Basilii vita Κάλφους appellat. et quidem *Calphon* Soldani meminit etiam Leo Ost. 1 27.

Ibid. 5. Βούροβα] hanc urbem Porphyrogenitus τῆν Βούροβαν appellat de Them. 2 11, et in avi Basilii vita eidem ἡ Βούρομα dicitur, Cedreno vero Βούταμα vocatur. Plinio *Butua* dicitur, hodieque *Budua* appellatur.

Ibid. Ρώσσαν] eidem de Them. 2 11 et in avi Basilii vita Ρῶσα haec urbs appellatur; hodieque etiam *Rosa* dicitur, non longe ab Ascrivio seu Ascrivio posita.

Ibid. τὰ Λεκάτρερα] aliis scriptoribus Graecis Λεκάταρα dicitur, hodie Catarum, Catharum et Cattara, Slavis vero Cotor; de qua quidem urbe pluribus scriptor noster loquitur infra hoc ipso capite. haec autem urbs occupata fuit a Saracenis, excepta superiori tantum ipsius parte in alto ac praerupto monte sita, ubi hodieque arx munitissima cernitur. ceterum de urbe Cataro sic habet Iac. Luccari l. 1 degli *Annali di Rausa* p. 9: ora ruinato il regno di Vladislav, i Bulgari passarono piu oltre, et abbrusciarono Onosocie, Risano e Cataro, qual crebbe dalle ruine d'Ascrivio e di Kotor di Bosna, la qual rocca Rudingoro al 2 lib.

della *Cosmografia* chiamata *Vissikotor*, ove nacquero *Nedor*, *Mirolau* e *Vukasctn*, i quali aiutarono con le falce loro l'edifetto di *Cataro*.

130, 8. 'Ραουσίον] quae 'Ραούσιν et 'Ραούσιον dicitur Porphyrogenito et Cedreno, a Zonara appellatur 'Ραγούσιον.

Ibid. 12. Perperam in Zonara scribitur ὁ Ὀυρίφας pro Ὀρύφας vel Ζούφας. huius autem Nicetae patricii meminit Ludovicus II imperator in Epistola ad Basilium Macedonem imperatorem, ubi *Hadriatici servator* dicitur.

Ibid. 16. πολιορκήσαντες τὸ κάστρον Βάρως] Erchempertus in Hist. Langob. c. 20: per idem tempus *Agureni Barim* incidentes ceperunt, devastantes stirpitus, depraedare totam *Apuliam Calabriam et pedetentim Salernum ac Beneventum depopulari initiarunt*. evocati autem Saraceni fuere a Radelgiso principe Beneventano in auxilium suum contra Capuanos, per Pandonem Castaldeum Barenssem fidelem suum, ut habent Anonymus Casin. c. 8, Leo Ost. 1 27, et Chronicon S. Vincentii de Vulturno p. 694. sed cur dicatur Barium Rausiorum urbs Symeoni logothetae, causam apud alios scriptores non reperio. Sic ille ad annum 17 imperii Basilii Macedonis: Σολδανὸς ὁ τῶν Ἀγαρηνῶν ἀρχηγὸς τὴν Βάρην κρατήσας, ἣτις ἐστὶν πόλις μεγάλη τῶν 'Ραουσιῶν, καὶ ἐν αὐτῇ κατοικήσας, πολλὰς ἐτέρας πόλεις καὶ χώρας κατελυμήνατο.

Ibid. 18. μέχρι 'Ρώμης] ut porro Saraceni in finitimas provincias effusi imperium suum in Italia dilatarint, praeter Porphyrogenitum et alios scriptores Graecos, a nobis supra citatos, pluribus rem prosequitur Erchempertus c. 29, ut et Leo Ost. 1 32.

Ibid. 18. haec paulo diversa a Zonara narrantur; verum in hoc conveniunt omnes Graeci scriptores, Basilium Macedonem non modo destinatum pro Dalmatis classem in Italorum subsidium misisse, sed et Romanum pontificem et Ludovicum Franciae regem, ut suis copiis Italos adjuvarent, per epistolas impulisse. at scriptores Latini, Erchempertus nimirum et auctor chronici S. Vincentii de Vulturno, evocatum produunt Ludovicum Franciae regem a Capuanis et Beneventanis, Beneventi fines per Soram ingressum, Capuaque, cuius princeps rebellaverat, capta, anno sequenti multis fultum auxiliariis Barim perrexisse, ac cum praedicto Sangdam Augustalem exercitum pugnam commisisse fudisque Saracenos; deinde Materam ac Canusium expugnasse; reversum denique Beneventum, cum Saracenorum vires debilitatae admodum essent, misso exercitu Barim cepisse, et in ea Sangdam cum

aliis eius satellitibus. eadem ferme tradit et Leo Ostiensis 128, qui sane Ludovici expeditionem in annum 866 conicit, Barimque quattuor annis ab eo obsessam ait. at Lupus Protospatha et Anonymus Barenis Barim a Ludovico captam fuisse scribunt die 3 mensis Februarii anni 868, Ind. 1. hinc videtur non optime congruere numerus 40 annorum, quem ponit Porphyrogenitus a capta a Saracenis urbe Bario ad diem qua ex Italia pulsati fuere iidem Saraceni a Ludovico II imperatore, Lotharii imperatoris filio. ceterum nomen Ludovici varie a Graecis scriptoribus effertur. Porphyrogenito hoc ipso capite dicitur *Λοδόηχος* et *Δολόηχος*, et de Them. 2 11 *Λοδοῦχος*; quod quidem scribae inscitia depravatum esse non dubito. in avi Basilii vita eidem scribitur *Λοδοῦχος*, Cedreno vero *Δολίχος*. at ubique legendum *Λοδόηχος* vel *Λοδοῖχος*.

131, 8. οἱ τοῦ κάστρου [Ραουσιῶν οὐκλήτορες] satis illustre est hoc Porphyrogeniti testimonium ad urbis Ragusinae, patriae meae, antiquitatem comprobendam: quippe nono seculo, Basilio Macedone imperante, Slavorum principum auxiliares copias ad Barium urbem recuperandam in Apuliam nostrates propriis navibus transportarunt, ut Porphyrogenitus adnotat; quas procul dubio non habuisset Ragusina urbs nono seculo, nisi iam ab aliquot seculis fundata esset et tunc magna esset ac florentissima, metropolis totius Romanae gentis quae in Dalmatia erat, ut infra ex eodem Porphyrogenito dicemus. originem autem ac progressum Ragusinae rei publicae, et quando maxime floruerit in re navali subsequentibus seculis, facile quispiam intelligere poterit ex compendio Aunalium Ragusinorum, edito ab illustrissimo Iac. Luccari patricio Ragusino, Italico idiomate, Venetiis 1605, et ex opere Mauri Orbini Ragusini, abbatis Melitensis, cui titulus *Il Regno degli Slavi*, edito Pisauri 1601; unde vires maritimae Ragusinae rei publicae quales fuerint tum cum haec scriberet, nimirum initio decimi septimi seculi, avorum nostrorum tempore, facile cognosci possunt. earum autem navium Ragusinarum, quibus ab anno Christi 1584 ad annum 1654 veluti auxiliariis reges Hispaniarum usi fuere, catalogus editus est in opere cui titulus: *Le glorie cadute dell' antichissima ed augustissima famiglia Comnena.* *)

Ibid. 10. Βάρως] quod ait hic Porphyrogenitus Barim totamque regionem ac praedam universam sibi habuisse imperatorem Romanum, Soldanum vero cum ceteris Saracenis

*) apposuit eum catalogus Bandurii p. 70—76. I. B.

abductum fuisse a Ludovico Franciae rege Capuam ac Beneventum, in dubium revocant nonnulli, eo quod Erchempertus, auctor chronici S. Vincentii de Vulturno, et Protospatha tradant Graecos demum Barim post excessum Ludovici imperatoris ingressos, ut a Saracenis, quorum vires quotidie invalescebant, sese tutarentur. Erchempertus c. 29 et Chronicon S. Vincentii: *hoc audientes qui Bari residebant, Gregorium Baiulum imperatorem Graecorum, qui tunc in Ydronto degebat, cum multis exercitibus ob Saracenorum metum Barim introduxerunt; qui statim apprehensum Castaldeum illiusque primores Cpolim misit, quibus iureiurando fidem dederat.* quod quidem in annum 875 Ind. 8 rejiciunt Protospatha et Anonymus Barensis, proinde post excessum Ludovici imperatoris, qui Ravennae obiit die 13 mensis Augusti anno 874.

Ibid. 20. ἐγέλασα] quae de Soldani risu, et ut a Capuanis et Beneventanis libertatem adeptus fuerit Soldanus, tradit hic et in avi Basilii vita Porphyrogenitus, eadem ferme Cedrenus ac Zonaras narrant. ceterum his consimilia narrantur a Theophylacto Simocatta 6 11 et a Theophane a. 13 Mauricii imperatoris, de rege quodam a Sesostri Aegyptiorum rege captivo facto.

133, 10. μὴ δάσαντες αὐτὸν εἰσελθεῖν] eadem ferme narrant Cedrenus et Zonaras, sed scriptoribus Latinis non conveniunt, qui Ludovicum custodiae tunc mancipatum fuisse ab Adelgiso scribunt. ita porro Erchempertus c. 34: *quibus ita patratris (capta scilicet Bari) videns diabolus suos eliminari Christoque universa restaurari, et damna inferni dolens, suo instinctu coeperunt Galli graviter Beneventanos persequi ac crudeliter vexare. qua de re et Adelgismus princeps (Beneventanus) adversus Lodogiacum Augustum erectus, cum suis Beneventi infra moenia degentem ac secure quiescentem, astu doloso sanctissimum virum, salvatorem scilicet Beneventanae provinciae, cepit et eustodiis mancipavit, bonaque eius diripiens ditatus est, cunctosque viros exercitales expoliavit et fugere compulit.* iis consona tradunt Leo Ostiensis 1 38 et auctor chronici S. Vincentii; qui Ludovicum custodiae mancipatum fuisse ab Adelgiso narrant; a qua quidem infra 40 dies innumerabili Saracenorum exercitu ab Africa adveniente dimissus est, ut scribit Leo Ostiensis. at scriptor Annalium Francorum Metensium rem paulo aliter narrat a. 871: *Adalgisus imperatorem destitutum suorum viribus cernens iamdudum conceptam iniquitatem parturit, et cum suis fautoribus palatium, in quo imperator meridie quiescebat, occupare nititur. impera-*

tor clamore irruentium excitatus lecto destitit, arma corripit, et cum perpaucis corporis sui custodibus ad ostium domus turbatus procedit, aditumque ferro intercludens hostem a liminibus arceat. Adalgisus sentiens non sine discrimine ostia domus esse penetranda, ab introitu pedem retrahit palatiumque flammis exuri iubet. interea imperator dexteras sibi dari petit, pacemque obnixè deposcit. cui responsum est non aliter petita impetraturam, nisi prius iureiurando promitteret nunquam se diebus vitae suae Beneventi fines intraturum, neque pro calumnia quam tunc patiebatur vindictam aliquando exacturam. allatis itaque sanctorum pignoribus, necessitate constrictus sacramentum quod ab eo exigebatur iuravit, statimque postero die a Benevento exiit. mox narrat ut anno sequenti Ludovicus imperator Romam venerit, et a Ioanne papa absolutus a sacramento Adalgisum tyrannum denuntiatum in Corsicam fugere compulerit, ac tandem Ludovicus a. 874 vitam finierit. ceterum de Ludovici captione similia habet Leo Ostiensis 1 38, ubi de Capua a Saracenis obsessa et a Ludovico fuis ibi Saracenis nonnulla, nihil tamen de legato Capuanorum ad Basilium misso, de quo Porphyrogenitus Cedrenus ac Zonaras loquuntur.

136, 17. λέγεται Ῥωμαῖσι ὁ κρημνὸς λαῦ] sic habetur et in mss. at Graecis λᾶς, τοῦ λᾶος, vel λᾶς, τοῦ λαόν, dicitur lapis. neque sola urbs Rausina, quod in loco praerupto sita fuerit, hoc nomen nacta est: quippe urbs etiam Laconicae aspero in loco sita Λᾶ dicitur apud Lycophrone; unde nomen sumpsere Λαέρσαι Dioscuri. et quemadmodum a principio urbs illa Rausium sive Lausium dicta fuit Graecis, quod in loco praerupto sita esset, qui quidem locus pars est hodie urbis occasum solis hibernum spectans, sic postmodum initio seculi undecimi, cum multi ex gente Slava Rausium venerint inhabitandum, pomeria urbis septentrionem versus protulerunt, domosque ibi exstruxerunt; qui locus cum tunc esset silvoscus et silva Slavis dicatur *dubrava*, urbs Rausium ab illa parte urbis tunc aedificata nomen sumpsit Slavisque nuncupata est *Dubrownik*; quod quidem nomen in hodiernum usque diem servat. ceterum verba illa Porphyrogeniti fortassis quispiam sic intelliget: *urbs Rausium non appellatur Rausium Latina lingua, sed quia in locis praeruptis posita est; praecipitium Graece vocatur Λαῦ, unde inhabitantes* etc. quasi diceret nomen urbis Ragusinae non est Romanum, seu non est a Latinis derivatum, sed a loco praerupto in quo sita est nomen Graecum accepit; quippe praecipitium Graece vocatur λαῦ. Graeci enim recentiores

τῆ Ῥωμαίων διαλέκτῳ et Ῥωμαῖσι acque intelligunt Latinam et Graecam linguam.

136, 22. Hic pro Πύτταρα scribendum esse Ἐπίδαυρον nemo non videt; ideoque in versione hanc vocem emendavimus. urbem vero Epidaurum Dion et Mela in Parthis Dalmatiae populis, quos Plinius Parthenos nominat, ponit. haec autem ipsa urbs Epidaurus colonia ab eodem Plinio dicitur, et legio 9 hic ponitur in antiqua inscriptione, ut scribit Ortelius. huius incolae non solum *Epidaurii* sed etiam Epidaurenses vocabantur, ut liquet ex antiqua inscriptione Aquileiae reperta, quam habet Gruterus. libet etiam proferre ex Io. Lucio antiquam inscriptionem, quae inter Epidauri rudera reperta fuit hodieque ibi permanet:

P CORNELIO DOLABELLAE COS VII EPVLON
SODALI TITIENSI LEG PROP D AVG ET TIB CAE AVG
CIVITATES SUPERIORIS PROVINCIAE HILLYRICI.

sequentes vero duas antiquas inscriptiones, quae olim ad portum Epidauri rupi insculptae cernebantur, hodieque, sive temporum diuturnitate sive fluctibus maris exesae fuerint, non comparent, ad me transmisit vir eruditissimus ac rei antiquariae studiosissimus Io. Natali Alleti, maritus sororis meae; quas quidem ille exscripsit ex libro Statutorum rei publicae Ragusinae; et quod ibi exesae illae essent, contulit cum altero codice, recentiori manu conscripto, qui asservatur cum multis aliis codicibus mss in bibliotheca Illustrissimi Seraphini Bona, patricii Ragusini. prima autem inscriptio sic habet:

LARTIDIA RECEP̄TA
CLARIDI CRISPI
COH. VIII. VOLVNT ANN.
XXVII. PATRONVS POSVIT
H. S. E.

altera vero sic:

T E R T I A.
I S M A R I E N S I S
A N N. X I.
H. S. E.

sed de Epidauro ac eius antiquitatibus agemus pluribus alio et loco et tempore.

137, 1. ἐκρατήθη] quo tempore Epidaurus ac reliquae urbes Dalmatiae maritimae ab Abaribus seu Slavis eversae fuerint, pluribus scribit Lucius *de Dalm. et Cr.*, c. 8 et 9.

Ibid. 4. Quomodo ampliata fuerit urbs Ragusia narrat Lud. Tubero l. 5 Comment. de temporibus suis. deni-

que 15 seculo pars illa urbis Ragusinae quae septentrionem spectat munita fuit, structuram curante Sigismundo Malatesta Arimini domino, ut scribit Iac. Luccari l. 3 Annalium.

137, 10. τοῦ πρωτοσπαθαρίου] perperam legitur in editis τοῦ ἁγίου pro τοῦ πρωτοσπαθαρίου; nec dubito quia in ms, quo Meursius usus fuerat ad suam editionem Constantini adornandam, scriberetur haec vox contracta seu, ut vulgo dicitur, abbreviata, nimirum litera α cum θ superscripto; quod quidem significat πρωτοσπαθαρίου. v. notas ad c. 42.

Ibid. 11. ἀπό Σαλώνα] interpretatus sum ac si legeretur οἱ ἀπό Σαλώνα. hinc manifesto liquet recensitos a Porphyrogenito paulo superius viros, qui Ragusium demigrarunt, fuisse cives Salonitanos, ibique optime legi μετοικησάντων, non vero κατοικησάντων. quae sequuntur in Meursii versione corrupta ac depravata sunt; quod quidem factum puto librarii et non interpretis negligentia ac inscitia. hanc autem Meursii versionem cum secutus esset Lucius de regno Dalm. c. 14, ex his Porphyrogeniti verbis sic ratiocinatur. *at Rausina civitas, quamvis in regno Dalmatiae, de quo tractandum est, inclusa non fuerit, sub nomine tamen Dalmatiae continebatur; sed sicuti Dalmatia in orientalem et occidentalem divisa, orientalis Serviorum censebatur, occidentalis vero Croatorum, ita Rausium in orientali parte situm, a caeteris Dalmatis divisum, ius quoque separatum habuisse inane videtur Porphyrogenitus: nam ait loco supra citato Salonam transiisse Rausium, id est, loco Salonae, totius antiquae Dalmatiae metropolis, Rausium partis orientalis Dalmatiae maritimae, quae Graecis parebat, in metropolim successisse.* atque Porphyrogenitus haec ita non intelligit, uti supra demonstravimus, licet urbs Rausium metropolis ac regina Dalmatiae fuerit hodieque sit, ut tradit Cedrenus, loquens de Saracenorum in Dalmatiam impressione: προχωρούντων δὲ κατὰ τὸν τῶν πραγμάτων τοῖς Ἀγυρηνοῖς ἦλθον καὶ ὑπὸ τοῦ ὄλου ἔθρους μητρόπολιν, ἣ Ῥαούσιον λέγεται. Ragusinam urbem metropolim universae nationis appellat et ipse Porphyrogenitus in avi vita n. 38, ubi de eadem Saracenorum in Dalmatiam impressione. numerum autem hunc quingentorum annorum, quem ponit Porphyrogenitus ab a. Chr. 949, quo haec scribebat, ad illud tempus quo Salonitani cives Rausium transierunt, corruptum fuisse a librario vel perperam Constantinum supputasse putat Lucius, cum Salonae eversio nullo modo ad Attilae tempora referenda sit, utpote quae superstes fuit Iustiniani tempore maxime commoda Iustiniani ducibus bello Gothico praebuit. quomodo autem Dalmatia a variis barbaris vexata ac possessa et a Iustiniano simul cum Italia re-

cuperata fuerit, quomodo eadem Dalmatia a Slavis populata, denique quando Dalmatia ab Abaribus vel Slavis occupata et civitates maritimae destructae fuerint, pluribus haec omnia a Lucio c. 7 8 et 9 pertractantur, sed ita tamen ut non omnem scrupulum mihi demat.

137, 13. τῷ κατὰ τοῦ ἁγίου Στεφάνου] hanc aedem S. Stephani aedificatam fuisse a Polymiro rege, in eaque reliquias Nerei Achillaei et Pancratii martyrum, necnon Petronellae ac Domitillae virginum, ab eodem rege Roma asportatas, repositas fuisse scribit Tubero 5 l. l. templum autem hoc S. Stephani cum aliis omnibus templis ac aedificiis urbis Ragusinae eversum fuit illo horrendo terraemotu qui a. Chr. 1667 accidit.

Ibid. 15. Ἀσπαλάθου] urbs Spalatum sive Aspalatum, quae olim Diocletiani palatium fuit, habitari coepta est a Salonitanis civibus postquam Salona a Slavis seu Gothis eversa fuit, ut scribit Thomas archidiac. Spalat. in Hist. Salon. c. 10. vide et historiam Michae Madii editam apud Lucium c. 15.

Ibid. 19. ἐπισκοπεῖον] hic non significat *aedem sacram episcopalem*, ut Ducangius existimavit in Gl. Gr. ubi laudat hunc Porphyrogeniti locum, sed *domum episcopalem*, quae prius erat domicilium Severi Salonitani civis, qui quod ceteris maiore auctoritate polleret, magnus Severus appellabatur, ut scribit Thomas archidiac. l. l. idem scriptor c. 11 sic de episcopo habet: *tunc praenominatus Severus domicilium suam, quod in Spalato sortitus fuerat, quando de insulis redierunt, donavit ecclesiae cum turri angulari et palatio, episcopium ibi fieri statuens. ibique venerabilis praesul Ioannes primitus habitare coepit. de aede vero sacra episcopali sic idem subiungit: videns ergo populum in divini cultus amore succrescere, statim aggredi coepit opus laudabile, et templum Iovis, quod in ipso Augustali aedificio excelsioribus fuerat structuris erectum, ab idolorum mundavit fymmentis, ianuas in eo serasque constituens. tunc solemnitate dedicationis indicta magnus undique populus coadunatus est. fecit ergo ex fano illo ecclesiam, consecrans eam in magna devotione et tripudio omnium qui convenerant, ad honorem dei et gloriosae virginis Mariae. clerum autem ibi statuit, qui divini cultus obsequia diebus singulis exerceret.*

Ibid. 20. τοῦ ἁγίου Δόμνου] corpus S. Domni seu Domnii et corpus S. Anastasii martyris, de quo loquitur paulo infra scriptor noster, Salona translata fuerunt Spalatum, et

in ecclesia dei genitrici sacra, quae prius fuerat Lovis delubrum, reposita, ut tradit laudatus archidiaconus c. 12.

136, 4. τὸ τεῖχος τοῦ τοιούτου κάστρου] horum autem murorum, inquit Lucius c. 10, pars maior integra extans magnificentiam Romanam testatur; ex iisdemque cognoscitur quam facile a Slavis Salonitanorum reliquiae se defendere possent. urbis vero Spalatensis descriptionem exhibuit lae. Sponius in suo Itinerario. nonnullas item inscriptiones Spalati repertas profert idem t. 3 p. 79 et seqq. sed illae ad Salonam potius quam ad Spalatum pertinent. ceterum qui res Salonitanas ac Spalatenses accuratius discere cupit, consulat Laeii, eruditissimum opus de r. Dalm. ac Cr.

Ibid. 4. βήσालον later. vide Comment. in Antiq. CP. 4 206. quid vero ἐγγώρηγος, vide eorundem Comment. 1 12.

Ibid. 10. κοσμίτης, iuxta Goarum ad Codrurum et ad Euchologium, architectis est tota epistolæ compages ex coronide Zophoro et ei subiecta trabe commentata, sic dicta quod columnarum aedificium κοσμηῖ. vide Ducangii Gl. Gr.

Ibid. 18. Tetrangurium et Tetranguria Plinio et Ptolemaeo *Tragurium*; et ita hodie appellatur; sed vulgo *Trax* dicitur. Tragurium vero, inquit Lucius, in peninsula tunc existens tenui isthmo continenti iungebatur: ideo facile a parte continenti obversa muniri potuit, et ex proxima insula, Bos dicta, portum efficiente ipsique supereminente, defendi. quando autem effosso isthmo in insulam redactum fuerit Tragurium, nulla memoria reperitur: tempore tamen, quo Bela IV rex Ungariae a Tartaris fugatus eo secesserat, insulam fuisse testatur archidiaconus Spalatensis c. 40. Tragurium Io. Laeii patria, quam ille et scriptis et natalibus illustravit.

Ibid. 23. Λαυρέντιος] reliquiae S. Laurentii martyris perpetuo in urbe Roma asservatae fuerant hodieque permanent.

139, 1. τὸ κάστρον τῶν Δεκατέρων] idem Porphyrogenitus paulo superius hoc ipso capite hanc urbem τὸ κάστρον τὰ Δεκάτερα appellat. vide quae ibi adnotavimus. ceterum hanc urbem alii Ascrivium seu Ascrvium appellant; alii vero eam diversam ab Ascrivio esse arbitrantur, sed ab Ascrivii ruinis hanc crevisse aiunt.

Ibid. 12. Ἰὰμ ἔρατ] *Iadera* et hodie *Iadra* urbs et colonia antiquissima: COL. CLAUDIA AUGUSTA FELIX IADERA. notat ex nummo Claudii Ligerius. Italis dicitur *Zara*, Slavis vero *Zadar*. pluribus de hac urbe agit La-

cius. in hac autem urbe supersunt quamplurima monumenta testes ipsius antiquitatis nobilitatisque: cf. Sponius.

139, 12. ἦτον pro ἦν barbarum est. occurrit saepe apud Anonymum de bello sacro et Demetrium Zenum in Batrachomyom. MEURS.

Ibid. 15. Διάδωρα] notandum quod hic ait Porphyrogenitus urbem hanc Iaderam seu Iadram vulgariter appellari Diadoram.

Ibid. 19. τῷ Χαλκοπρατίων ναῦ] de aede deiparae sacra, quae erat in Chalcopratiis, pluribus egimus Comment. 2 76.

Ibid. 21. ἔξ ὕλογραφίας] Meursius ἐκ σηλογραφίας legendum ait, et Salmasius ad Plinium p. 1219 ξυλογραφίας. sed perperam uterque, cum legi debeat, ut in ms cod. Regio habetur ἔξ ὕλογραφίας ἀρχαίας. recentiores quippe scriptores ὕλογραφίαν pro κηρογραφίαν dixere, ut hanc distinguant a musivaria: duplicem enim picturam statuunt, alteram διὰ κηροχύτου ὕλης, id est cum cera et coloribus in quavis materia, alteram διὰ ψηφίδων sive opere musivario. Theodosius episcopus Aemorii in Synodo 7 act. 4: αἱ ἅγιοι καὶ σαβασμιαὶ εἰκόνες καὶ ζωγραφίαι καὶ ὕλογραφίαι καὶ διὰ μουσειῶν. Theophanes a. 27 Copronymi: τῷ δ' αὐτῷ ἔτει Νικήτας ὁ ψευδώνυμος πατριάρχης τὰς ἐν τῇ πατριαρχεῖᾳ εἰκόνας τοῦ μικροῦ σεκρέτου διὰ μουσείου οὐσας ἔξεσεν, καὶ τοῦ μεγάλου σεκρέτου τῆς τροπικῆς ἔξ ὕλογραφίας οὐσας ἔξεσεν. ubi S. Nicephorus Cp. loco laudato habet ἐκ κηροχύτου ὕλης. v. quae habet Ducangius in Gl. Gr. v. Κηροχυτος γραφή, ubi de pictura, quae fit resolutis igne ceris cum penicillo, pluribus agit.

Ibid. 22. συγκοπή opus tessellatum significat. Continuator Theophanis 3 7: ἐκ συγκοπῶν δὲ καὶ διαφόρων χροῶν τὸ ἄδαφος πάν.

140, 3. μέχρι Beneβενδοῦ] quasi Beneventum ad mare Adriaticum situm sit: verum trium ferme dierum itinere ab eo distat, et a Neapoli 32 miliaribus.

Ibid. 6. ἡ Βέκλα] quae Porphyrogenito Becla appellatur, Οὐσγία Ptolemaeo dicitur, Plinio vero *Vegium*; *Vigilia* hodie nuncupatur, Italis *Veglia*, Slavis *Kirk*.

Ibid. Ἄρβη Arbum hodie nuncupatur et Arba, Italis *Arbe*, Slavis *Bab*.

Ibid. 7. Ὀσαρα hodie Absarus vocatur. dicta fuit olim haec insula et urbs eiusdem nominis *Absorus* et *Absyrtium*. Italis *Osero* dicitur.

140, 7. *Λουμβρικάτον* hodie Vergada nuncupatur, et a Slavis *Lauca* dicitur.

Ibid. 10. *Πιζύχ* nunc *Sale* appellatam ait Lucius p. 48 ed. Amstel.

Ibid. *Σελβώ* Selva hodie nuncupatur.

Ibid. *Σκερδά* Scherda etiamnum appellatur, ut scribit Lucius.

Ibid. *Ἄλωη* Nun Lucio appellatur.

Ibid. *Σκιρδάκισσα*] id est Scirda, nunc Scherda Cissa, nunc Pagus, inquit Lucius.

Ibid. 11. *Μελετά*] hodie hanc Meladam dici scribit Lucius.

Ibid. *Ἐστιονήζ*] nunc Sestrum nuncupatur.

141, 3. *ἐκ παλαιοῦ μὲν τοίνυν ἡ Δελματία*] Dalmatia hic a Porphyrogenito pro universo occidentali Illyrico praeter Noricos sumitur, ut optime animadvertit Lucius 1 6: cf. Dandulus p. 183 A.

Ibid. 9. *παρὰ τῶν Σλαβινικῶν ἔθνων*] quomodo a Slavis occupata fuerit Dalmatia narrat et capite praecedenti, unde haec cum illis conferenda sunt. quando autem Salona ac reliquae Dalmatiae urbes a Slavis captae fuerint, pluribus tradit Lucius l. 1.

Ibid. 20. *οἱ Τοῦρκοι*] hodie Unni seu Hungari. de Turcis autem pluribus Porphyrogenitus infra.

143, 13. *πόρτα* purum putum Latinum est, *porta*. occurrit passim apud scriptores Graecos aevi posterioris. MEURS.

Ibid. 20. *Βαγιβαρείας* seu *Βαγιβαρεία* est Slavum vocabulum, Graece detortum; id est *Βαβειανορεία*, id est *Babii montes*, Slave *Babie Gore*, videlicet Vetulae vel vetularum montes, quo nomine Carpathii montes Poloniam ab Ungaria disterminantes ab aliquibus nuncupantur. ex his apparet Chrobotas a Sarmatia nunc Polonia dicta, vel Bohemia venisse. sed de Chrobotis, et terra quam illo tempore habitabant, pluribus agit Porphyrogenitus capite sequenti; ubi vide quae adnotamus.

144, 8. *Φραγγίαν*] hic Franciam Porphyrogenitus pro hodierna Germania sumit, ut ad caput sequens adnotabimus. Belochrobotas autem, nimirum *Albos Chrobotos*, ex *beli Hruati* apte deducit, cum *beli* vel *bili*, sive ut nostrates *Bieli*, Slave *albos* significet.

Ibid. 10. *Φραγγίας τῆς καὶ Σαξίας*] sic et in mss habe-

tur. at sunt qui haec ita legenda putent, Φραγγίας τε και Σαξίας.

144, 14. Παννονίαν] cf. Lucius 1 12 p. 47 A.

145, 1. ανέλλον τούς Φράγγους] cf. Lucius 1 11 p. 46 A.

Ibid. 6. ζουπανία Slava vox *regionem* significat, et a Zupa deducitur, quod populum vel regionem aliquam habitam significat. hinc autem *zupanus* seu *zupanus* dignitas apud Servios Hungaros et universim apud Slavicam gentem: *praefectus provinciae vel alicuius territorii aut civitatis*. scriptor noster c. 29: ἄρχοντας δὲ ταῦτα τὰ ἔθνη μὴ ἔχει, πλὴν ζουπάνους γέροντας, καθὼς καὶ αἱ λοιπαὶ Σκλαβίνιαὶ ἔχουσι τύπον. pactum Boëmundi cum Alexio imperatore apud Annam Comnenam l. 13 subscribit ζουπάνος ὁ Περγῆς, alter e legatis regis Ungariae. dicitur et μέγας ζουπάνος in Salutat. Epistol. Pontif. qui ἀρχιζουπάνος apud Nicetam in Manuele Comneno 2 7 et Ioannem Cinnanum 3 7. *magnus* autem *zupanus* appellatur Innocentio III papae l. 1 et 2 Epistol. et in Actis eiusdem. ita porro appellatus Serviae princeps. vide Ducangii Glossarium med. Latinitatis necnon Graecit. et notas eiusdem ad Alexiadem p. 347.

Ibid. Chlebianae hodie *Hliumo* nuncupatur.

Ibid. 7. Tzentsena hodie *Cetina* dicitur.

Ibid. Emota nunc *Imota* vocatur.

Ibid. Pleba forsitan *Plieva* in Bosna.

Ibid. Πεσέντα postea in dioecesi Tinninien, inquit Lucius.

Ibid. Παραθαλασσία] Latine *Maritima*, Slave *Primorye*.

Ibid. 8. Brebera hodie vulgo *Bribir*.

Ibid. Nona Slave *Nin*.

Ibid. Τνήνα Latine *Tinninium*, Slave *Knin*.

Ibid. Σίδραγα postea in dioecesi Scardonon.

Ibid. Nina, nisi sit idem ac Nona, et in duas zupantias divisa, inquit Lucius.

Ibid. 9. Βοάνος] Latine *Banus*, idem quod dux, Slave *Ban*.

Ibid. Cribasa Slave nuncupatur *Karbava*.

Ibid. Litza Slave *Lika*.

Ibid. 10. Γουτζηκᾶ postea in dioecesi Signien. ceterum in relatis zupaniis, inquit Lucius, maritimae ut plurimum regiones numerantur; ideo vel duces sive bani a Porphyrogenito nominati maritimam tantum Croatiam possederunt, vel ipse in rebus occidentalibus parum versatus multa omisit.

145, 11. De Diocletianis et eorum regione, de Terbuniatibus, Zachlumis et Paganis loquitur pluribus infra scriptor noster.

Ibid. 24. *Ρασιώζα* eadem fortassis quae hodie Slave *Rat*, regio sub ditione rei publicae Ragusinae.

Ibid. *Μοκρόν* Slave *Mocro*.

Ibid. *Δαλέν* eadem fortassis quae Dalluntum Antonino, nisi ibi pro Dalluntum legendum sit Dalminium, ut Ortelius suspicatur.

146, 5. *Μίλεα* Latine *Melita*, Slave *Mliet*.

Ibid. *Κούρκουρα*] haec ipsa insula infra c. 36 dicitur Porphyrogenito ἢ *Κούρκρα*, Latine *Corcyra*, Slave *Karkar*; nostratibus vero *Corciula* appellatur.

Ibid. *Βάρτζω*] eadem insula paulo superius cit. l. vocatur ὁ *Βράτζης* Porphyrogenito. Latine autem *Brachia* dicitur, Slave *Brac*.

Ibid. *Φάρος*] hanc insulam τὸ *Φάρα* Porphyrogenitus vocat l. l. Latine dicitur *Phara*, Slave *Huar*.

Ibid. 9. ἡ *χωρά τῆς Χρωβατίας*] hic describit Porphyrogenitus regionem Croatorum, qui in Dalmatiae occidentali parte, tam maritima quam mediterranea, sedem fixere et regioni illi Croatiae sive Hruatiae cognomen dederunt, quod etiamnum in parte retinet. hos autem veros terminos Croatiae fuisse ostendit Lucius l. 2.

147, 14. τὸ δὲ *κάστρον τὸ Ραούσιον*] at non longe post Porphyrogeniti tempora Ragusina res publica a Serviae principibus terras et insulas obtinens territorium terra marique dilatavit, ut scribit Iac. Luccari in Annalibus Ragusinis.

148, 4. τὸ δὲ *Χρωβάτοι τῆ τῶν Σκλάβων διαλέκτῳ*] cf. Lucius c. 11.

Ibid. 16. τοῦ βασιλέως *Ἡρακλείου*] quando Dalmatia ab Abaribus vel Slavis occupata fuerit, pluribus agit Lucius 1 9. de baptismo autem Croatorum diximus nonnulla supra ad c. 30, et Lucius loquitur pluribus de eodem c. 11.

149, 2. Chrobatī igitur sub Porino duce, Porgae patre, Abares ex Dalmatia expulerunt tempore Heraclii, ut Porphyrogenitus hic paulo superius et capite praecedenti narrat: deinde Porga eorum duce baptizatos eosdem Chrobatos fuisse ait.

Ibid. 23. *Τερπημέρη τοῦ ἄρχοντος*] de Croatorum duce et eorum stirpe pluribus agit Lucius 2 1.

150, 3. *εὐλαβῶν*] Meursius legendum ait *εὐσεβῶν*, et


paulo infra pro *εὐλαβῆς εὐσεβῆς*; sed fallitur, cum vox *εὐλαβῆς* apud scriptores Christianos eadem saepe significat quae *εὐσεβῆς*, nimirum *religiosam ac piam*.

150, 11. *κοντοῦρα* et *κονδοῦρα* genus navigii apud Croatos, quod sagena minus est; quippe sagenae, ut scribit Porphyrogenitus paulo infra, 40 viros habent, condurae vero seu conturae, quae maiores sunt, 20 viros habent, minores vero 10 tantum. nostratibus autem hoc navigii genus etiamnum *gawdula* dicitur.


Ibid. 15. τὸν κόλπον τῆς Δελματίας maris Dalmatarum meminit Porphyrogenitus et in avi vita. quando autem mare Illyricum seu Adriaticum *Dalmatici* appellationem acceperit docet Lucius 1 6.

Ibid. 22. Βορώσης] capite sequenti scribitur Βορόσης; ab aliis vero appellatur Vorizes vel Burichius. libet autem hic regum Bulgariae stemma ex Porphyrogenito et aliis scriptoribus Graecis exhibere.

REGES BULGARIAE EX AUCTORIBUS GRAECIS.



Comes Comitopulus



151, 5. *Νόνα*] Slave nuncupatur *Nin*.

Ibid. *Βελόγραδον*] Latine *Belgradum* vel *Alba maris*, ad differentiam tam *Albae Ungaricae*, quae Regalis, quam *Serviae*, quae Graeca dicebatur. nautis autem *Zara vecchia* appellatur.

Ibid. *Βελίτζειν* forsan *Belina* in *Bucoviza*.

Ibid. *Σκόρδονα* Latine dicitur *Scardona*, Slave *Scradia*.

Ibid. *Χλεβένα* vel *Chlebna* Slave appellatur *Hliano*.

Ibid. 6. *Στόλπον* forsan *Stulpa* prope *Bistrizam* flumen *Illiuni*, inquit *Lucius*.

Ibid. *Τενήν* Latine *Tinninium*, Slave *Krin*.

Ibid. *Κόρι* Latine *Corinium*, Slave *Karin*.

Ibid. *Κλαβώκα* forsan *Klapaz* prope fontes *Unae*. ceterum multa nomina civitatum, inquit *Lucius* p. 48, cum ipsis *zupaniarum* nominibus conveniunt.

Ibid. 7. *καβαλλαρικόν* hic substantive pro *equitatu*.

Ibid. 12. τὸ τοῦ λαοῦ πλῆθος] sicuti ex enumeratione civitatum apparet *Porphyrogenitum* hic describere tantum occidentalem *Dalmatiam* maritimam, a *Croatis* tunc possessam, praeter oppida maritima, quae *Romani* vel *Dalmatae* tenebant, ita hic videtur vires integras totius regni *Croatorum* describere: quippe pars illa sola occidentalis *Dalmatiae* neque tot equites ac pedites habere potuit; neque sola loca littoralia continentis sine insulis tot *sagenas* ac *conduras* habuisse probabile est.

Ibid. 13. *Κρασημέρη*] hic *Cresimir* appellatur et maioris cognomine donatur in *Cresimiri* regis abnepotis literis, quae editae habentur apud *Lucium* p. 78.

Ibid. 14. *Μιροσθλάβον*] hic ab aliis *Dircislaus* appel-

latur; et eundem primum titulum regium ab imperatore Cpolitano consecutum argui potest ex eo quod scribit archidiaconus Spalatensis c. 13. sed fallitur archidiaconus, dum Theodosium a. Chr. 970 imperasse scribit; quippe ille annus fuit primus imperii Ioannis Zimiscae.

151, 15. Hic Pribunia vel Pribunius idem fortassis qui in veteribus privilegiis Pribinna Gussichus appellatur. v. Lucium p. 77 seq.

Ibid. 19. *κονδούρας*] puto hic desesse numerum condurum et equitatus peditatusque, ut optime et Meursius monuerat.

152, 12. *εἰς τὸν παρ' αὐτοῖς Βόϊκι τόπον*] ex iis quae supra ait scriptor noster de magnae Chrobatiae Turciae ac Franciae situ, facile cognosci poterit regio illa quam ab initio Serbli possederunt *).

Ibid. 21. *Σέρβλοι δὲ τῇ τῶν Ῥωμαίων διαλέκτῳ*] Seruorum igitur vocabuli originem Graeci a Latino sermone derivant, nimirum a servitute, ut ait hic Porphyrogenitus; ex quo quidem mutuatus est Willelmus Tyrius ea quae scribit 20 4, quando cum imperatore Emanuële in Serbia praeliaturum se venisse ait. atqui in hac Serblorum nominis a servitute denominatione, inquit Lucius in Notis ad Historiam Diocletis de Regno Slavorum, Graecos et ex eis Latinos hallucinatos sciunt, quicunque Slavum idioma callentes contermini Serblianis sunt.

153, 17. *πρεσβύτας*, inquit Meursius, vocat hic τὸς *πρεσβυτέρους*.

154, 15. Michael, qui hic *ὁ Βορίσης* dicitur, capite praecedenti *ὁ Βορώσης* appellatur.

155, 1. *ἕως τῆς Ῥάσης*] sic etiam mss. sed legendum fortassis usque ad Rasciam, non vero Rhasen, ut ait Meursius.

156, 4. *τὴν Δοστινίκαν*] hanc ipsam urbem vocat Porphyrogenitus ad finem huius capituli τὸ *Δοστινίκον*.

Ibid. 12. *ὁ πρωτοσπαθῦριος Λέων*] non possum, inquit Meursius, *divinare quid sibi velit compendium hoc scribendi; itaque in versione mea asteriscum eius loco posui. occurrit autem pluries in hoc nostro. occurrit quidem primum c. 29, ubi perperam legerat Meursius τοῦ*

ἁγίου Σεφάνου, cum ibi legatur τοῦ *α* *Σεφάνου*, id

*) Subiunxit Bandurius p. 99—107 Matthaei Gondolae, patricii Ragusini, libellum de religionis catholicae in Turcia Europaea conditione.


est τοῦ πρωτοσπαθαρίου Στεφάνου; quippe litera α cum θ superscripto πρωτοσπαθαρίου vocem intelligi, ex iis quae infra ad c. 42 dicturi sumus, manifesto constabit. ὁ ῥαβδούχος autem Meursius vertit *licitor*; ita et nonnulli alii ad Cadinum putant hanc vocem Latine interpretandam, ubi inter dignitates aulae Cypolitanae ῥαβδούχος recensetur. Goar. p. 37 οἱ ῥαβδούχοι *satellites virgis armati* interpretatur; putatque rhabduchos haud diversos fuisse a manglabitis, qui et φαβδοφόροι nonnunquam appellantur. observo, inquit ille p. 76, Bardarietas istos, de quibus sermo, ῥαβδούχους a *festibus* gestatis dici apud Nicetam Andronici 2.

156, 21. πόλεμος εἰς Ἀχελών] in editis legitur πόλεμος ἀχελών: ubi Meursius haec adnotat: *quid hoc sit, non intelligo.* at Ἀχελῷος et Ἀχελών Bulgariae castellum reperitur apud Cedrenum, et apud Anonymum Combesianum p. 240 Ἀχελῷος flumen appellatur, ad quod ait idem scriptor inter Romanos atque Bulgaros commissum fuisse praelium, et victoriam a parte Bulgarorum stetisse. quod quidem accidit die 29 Augusti, indictione 5, a. Chr. 917. de quo quidem bello videtur loqui hic Porphyrogenitus.

159, 9. Tzeesthlabus hic Serviae princeps ea ferme qua Porphyrogenitus aetate vivebat, scilicet circa annum 950. horum autem principum series longe alia est apud Diocleatem, nomina etiam et ab iis acta prorsus diversa. quod inde factum puto, quod Dalmatiae continentis et Dalmatiae maritimae, interdum etiam Croatiae principes Diocleates confuderit; qui sane scriptor circa annum 1152 floruit. ideoque haec in re multo maiorem fidem meretur Porphyrogenitus quam Diocleates, utpote qui longe ante ipsum vivebat. horum autem principum Serviae, quorum in praesenti libro mentionem facit Porphyrogenitus, libet hic ob oculos stemma proponere.

CONSTANTINI PORPHYROGENITI PRINCIPES SERBLIAE.

N qui ad Heraclium imperatorem confugit



159, 21. *Βόσωνα*] Bossena Cinnamo *Βόσθνα* appellatur. huius autem regni seu Provinciae principum seriem exhibet Ducangius in *Familiis Dalmaticis*.

160, 3. Zachlunorum regionis terminos describit Porphyrogenitus supra c. 30.

Ibid. 9. *οἱ δὲ νῦν ἐκσλαοὶ οἰκοῦντες*] quomodo Serbii Zachlunorum terram occuparint, pluribus capite praecedenti narrat scriptor noster.

160, 14. ἤγουν ὀπίσω] Zachlumi dicti sunt, inquit Porphyrogenitus, a monte Chlumo nuncupato; et alias Sclavorum dialecto Zachlumi dicuntur ii qui post collem habitant, atqui si ita est, *Sachlumi* appellandi sunt potius quam Zachlumi, neque ita Slavorum dialecto vocandi sunt omnes qui post collem habitant, sed tantum qui post montem Chlumum habitant; quippe *sa Slave post* significat, Chlumus vero nomen proprium montis est.

161, 1. τὸ Σταγνόν] urbs episcopalis sub ditione rei publicae Ragusinae. huic ecclesiae praest hodie Illustrissimus antistes Franciscus Volanti, avunculus meus, vir et pietate et doctrina insignis.

Ibid. 6. χώρα μία ὑπάρχει] eandem terram esse Terbunitarum et Canalitarum docet Porphyrogenitus et supra c. 30, ubi Terbuniae principatus terminos describit. at hodie Terbuniae principatus Turcis paret; episcopus vero Terbuniae, unus e suffraganeis archiepiscopatus Ragusini, eligitur a senatu Ragusino, fortassis quod Mercanensis episcopatus cum Terbuniensi iunctus esset, et Mercana sit sub ditione rei publicae Ragusinae. hodie autem Terbuniensem episcopatum obtinet Illustrissimus Antonius Reghii, consobrius meus, vir a pietate et a studiis omnino laudabilis.

Ibid. 20. Καναλή] Canale seu Canalis sub dominio rei publicae Ragusinae, olim ager Epidaurius. neque Canale seu Canalis regio illa dicta est, ut putat hic Porphyrogenitus, quod Canale Serblorum idiomate *viam plaustris* significet: nam, inquit ille, propter loci planitiem servitutes omnes plaustris praestant; cum nulla hodie ibi sint plaustra. sed regio illa ab aquae ductu lingua Epidauria Canalis appellatur, et scribit Lud. Tubero l. 5 Comment. de temporibus suis.

162, 8. Diocleae regionis terminos describit Porphyrogenitus supra c. 30.

Ibid. 16. ἔκτισεν ὁ βασιλεὺς Διοκλητιανός] atqui longe ante Diocletianum imperatorem Dioclea urbs extabat, cum huius meminerint Ptolemaeus et Plinius. non igitur huic urbi nomen Diocletianus dedit, sed potius ille ab ea nomen accepit quod in ea natus est, et a matre Dioclea pariter appellata, ut scribit Sex. Aurelius Victor. similia habet Paulus Diaconus l. 10. Diocles vero Diocletianus ante imperium dicitur et Lactantio, seu potius Lucio Caecilio, de Mortib. persecut. c. 9 et 19; ubi vide quae hac de re doceat eruditissimus vir nostrique amantissimus Nicolaus le Nourry, sodalis noster.

Ibid. 17. γυνὴ δὲ ἔστιν ἐρημόκαστρον] Dioclea seu Dioclea urbs eversa a fundamentis fuit circa finem decimi seculi

a Samuele Bulgarorum rege; eiusque vestigia ac ruinae marmoreaue monumenta sub aquis visuntur in lacu Lygnistri, ad quem sita fuit, ut scribit Lud. Tubero l. 8. falluntur ergo scriptores illi qui Diocleam hodie *Antibarim* aut *Medon* aut *Catarum* appellant, cum primum destructa fuerit Dioclea a Slavis, deinde a Bulgaris, tandem erumpentibus subito aquis absorpta. Dioclea autem urbe a Bulgaris, uti iam diximus, eversa Ioannes archiepiscopus Docleensis Ragusium se contulit; atque ab eo tempore ecclesia Ragusina archiepiscopalem dignitatem accepit a Benedicto V pontifice maximo, ut scribit Seraphinus Razzius Florentinus ordinis S. Domiici, in Historia archiepiscoporum Ragusinorum, quae Italico idiomate conscripta, asservatur manuscripta in Bibliotheca S. Marci Florentiae.

163, 4. οἱ Παγανοί] terminos Paganiae describit Porphyrogenitus supra c. 30. unde constat Narentanos sive Paganos eam partem continentis Dalmatiae obtinuisse quae a Cerina Naronem versus protenditur. flumen et zupanias tres habet.

Ibid. 11. μὴ καταδέξασθαι αὐτοὺς τῇ τότε καιρῷ βαπτισθῆναι] Chrobati ac Serbli ac Serbli, uti ad c. 30 adnotavimus, fidem Christi susceperunt Heraclio iuniori imperante; Paganus vero sive Arentani baptizati fuere sub Basilio Macedone, ut Porphyrogenitus scribit c. 29, quemadmodum etiam plures alii ex Slavis, qui Dalmatiam incolebant, ut ipse tradit eodem loco et in vita Basilii n. 54 ed. Reg. quod quidem congruit cum Platina, qui Hadriano secundo pontifice et Suetopolo principe Dalmatiae Sclavos Christi fidem suscepisse ait in vita Ioannis XIII, quem pro XIV ponit. haec autem Platinam ex Blondo, Blondum vero ex chronico Andreae Danduli exscripisse aiunt; ubi sic legitur: *huius autem B. Cyrilli praedicatione Sueropolis rex Dalmatiae, qui ab Odrillo germano Totilae regis Gothorum originem duxerat, cum toto suo populo fidem catholicam suscepit.* verum Dandulus haec sub Michaelle contigisse scribit, Platina vero sub Basilio Macedone. neque soli Arentani ac nonnulli alii ex Slavis Dalmatiae accolis sub Basilio Macedone baptismum susceperunt; verum et Bulgaros ad meliorem frugem revocavit idem imperator, Russisque persuasit ut sacrum baptismum susciperent, quemadmodum narrat laudatus Porphyrogenitus in avi vita n. 95 et 96. de Russorum autem ad fidem Christi conversione libet hic proferre historiam, quae a principio mutila est; quam quidem reperi in codice ms Colbertino recenti manu conscripto n. 4432, et Latinam fecimus. sic igitur habet.

Καὶ τὰ τοῦ σεβύσματος τούτων καλῶς καταμάθωσιν. οἱ δὲ τὸ τοῦ λόγου εἰπεῖν πτερωτοὶ γενόμενοι τὴν Ῥώμην καταλαμβάνουσι, καὶ τὰ ἐκεῖσε πάντα ἐρευνῶσι καὶ σκοποῦσι καὶ καλῶς περιεργάζονται τῶν τε θεῶν νυῶν τὴν εὐπρέπειαν καὶ τοὺς ἐκεῖσε ἱερεῖς καὶ ἀρχιερεῖς. οὐ μὴν ἀλλὰ τὸν πατριάρχην⁵ αὐτὸν ὄρωσι, τὸν καὶ πύπαν καλούμενον, καὶ λόγους ὠφελείας παρ' αὐτοῦ πλείστους ἀκούουσιν. καὶ οὕτως σπουδαίως καλιδρομοῦσι καὶ ἑαυτῶν καταλαμβάνουσι χώραν καὶ πρὸς τὸν μέγαν ῥῆγαν ἑαυτοὺς ἐμφρανίζουσι, καὶ ὑπερ εἶδον καὶ ἤκουσαν κἀκεῖσε καλῶς ἐξαγγέλλουσιν· εἶναι δὲ μεγάλα καὶ ἀληθῆ¹⁰ διεβεβαιοῦντο πάντη, καὶ οὐδὲν δέονται ἐτέρας τινὸς ἀναψηλαφήσεως καὶ ἐρεῦνης. καὶ "εἰ θέλεις" ἔφησαν, "λαμπρότατε καὶ ἐνδοξότατε ἡμῶν ἀνθέντα καὶ ἄρχον, τὴν τούτων πίστιν δέξασθαι, 'μῆνυσον αὐτοῖς, καὶ καλῶς τὰ ἐκείνων μνησθῆτι." ὡς δὲ οἱ σὺν ἐκείνῳ ἄρχοντες πάντα ἤκουσαν, μᾶλλον δὲ οἱ¹⁵ τινες καὶ πρώην αὐτῷ συνεβούλευσαν, πάλιν πρὸς αὐτὸν καὶ ἀνθις εἰρήκασι "οὐ καλὸν φαίνεται τοῦτο γενέσθαι πᾶσιν ἡμῖν, εἰ μὴ οἱ αὐτοὶ καὶ τὰ τῆς Κωνσταντινουπόλεως καλῶς δεκιμάσωσι καὶ καταμάθωσιν, ἐπειδὴ καὶ ταύτην πόλιν μεγάλην τινὰ καὶ κρείττονά τινες εἶναι διαφημιζουσι. λοιπὸν²⁰ ἄξιόν ἐστιν ὅπως καὶ ταύτης τὸ σέβας καὶ τὴν λατρείαν οἱ αὐτοὶ ἐρευνήσωσι καὶ ἀναψηλαφήσωσι, καὶ οὕτως ἀμφοτέρων

2 σπερωτοὶ apud Bandurium
ἐλαυῶν?

3 σκοπῶσι ib.

8 καὶ τὴν

Et quae ad religionem eorum pertinent accurate ediscerent. illi vero sciscitandi studio cupidi, Romam se conferunt, isticque omnia perscrutantur et exquirunt, ac curiosissime dispiciunt cum sanctorum templorum decorem tum sacerdotum et pontificum ordinem. imo etiam patriarcham eorum, quem papam vocant, invisunt; a quo verbis et doctrina ad utilitatem suam spectante instituti revertuntur ac regionem suam repetunt. hinc sese magno regi sistunt, ipsique omnia quae viderant et audierant sedulo recensent. affirmabant porro magna illa et verissima existere, nec ulteriori perquisitione et perscrutatione opus esse. "quodsi velis" inquit, "illustrissime et gloriosissime domine princepsque noster, ipsorum fidem amplecti, id ipsis significato, atque eorum misteriis rite initiare." quibus auditis proceres qui cum rege erant, maximeque ii qui ipsi talis propositi auctores fuerant, rursus ipsum ita compellant "non videtur nobis id agendum esse, nisi prius iidem ipsi Cypollitanos ritus explorent et ediscant. fama quippe est eam urbem magnam, imo praestantiorē esse. demumque e re fuerit ut istem huius quoque religionem et cultum examinent ac experiantur; et sic postea ex his duabus meliorem deligamus." tum res

τὸ κρεῖττον ἐκλεξόμεθα.” ἤκουσα πάλιν καὶ τοῦτο ἃ ἐχέφρων
καὶ περιβόητος ῥῆγας ἐκείνων καὶ προσηήκατο καὶ καλῶς ἀπε-
δέξατο. διὰ καὶ τοὺς δηλωθέντας πολλαίκις τέσσαρας ἄνδρας
πάλιν ἐκπέμπει καὶ πρὸς τὴν Κωνσταντινούπολιν, ὡς ἵνα καὶ
5 τὰ ἐκεῖσε πάντα κατοπτεύσωσι καὶ ἀποπειράσωνται. καὶ δὴ
μετὰ πολλοῦ κόπου καὶ ταύτην καταλαμβάνουσι, καὶ τῷ τότε
τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα ἰδύνοντι, Βασιλείῳ φημί τῷ ἐκ Μακε-
δονίας, προσέρχονται, καὶ τὴν αἰτίαν τῆς αὐτῶν ἀφίξεως
ἀπαγγέλλουσιν. ὃ δὲ ἄσμενος καὶ τρισάσμενος τούτους ἀποδε-
10 ξάμενος ἄρχοντας τινὰς παρανατὰ τῶν ἐλλογίμων αὐταῖς ἐπι-
δίδωσιν, ὅπως τὰ κύλλιστα πάντα τῆς πόλεως αὐτοῖς ἐπιδει-
ξωσι καὶ τὰς κενύσεις αὐτῶν πάσας καλῶς διευκρινήσωσι καὶ
ἀπολογήσωνται. οἱ δὲ ἄνδρες παραλαβόντες, καὶ πολλὰ ἐν
τῇ πόλει ἀξιόθεατα ἐπιδείξοντες, εἰσῆλθον πρὸς τὸν περιβόη-
15 τον καὶ μέγαν θεῖον ναὸν τῆς τοῦ θεοῦ Σοφίας. καὶ γὰρ ὡς
ὁ λόγος κρατεῖ, ὅτι καὶ ἑορτὴ μεγάλη τις πρὸς αὐτὸν ἐτελεῖτο
τὸ τότε· εἴτε δὲ τοῦ χρυσορρήμονος εἴτε ἡ κοίμησις τῆς
ὑπεραγίας μητρὸς τοῦ κυρίου μου, ἀκριβῶς λέγειν οὐκ ἔχω.
πλὴν ἑορτὴ ἐτελεῖτο θαυμαστὴ καὶ μεγάλη. καὶ οἱ τέσσαρες
20 ἐκεῖνοι ἄνδρες, οἱ μετὰ τῶν ἀρχόντων ἡμῶν ὄντες, τὸν ναὸν
πάντα περισκόπουν, καὶ τῆς τελουμένης ἑορτῆς τὰ πλεῖστα
φῶτα βλέποντες καὶ τὴν μελωδίαν τῶν ἁσμάτων ἀκούοντες,
θαυμάζοντες διηπόρουν, διαβιβάσαντες οὖν ἐκεῖσε τὸν ἑσπε-

ille prudens et conspicuus hoc consilium admisit et amplexus est.
quamobrem quattuor illos saepe memoratos viros Cpolim mittit, ut
omnia quae ad religionem spectabant explorarent ac experirentur. in
hanc vero illi urbem nec sine magno labore concedunt, atque Basilio
Macedoni, tunc Romanorum scepra moderanti, se sistunt, ipsique
tanti suscepti itineris causam renuntiant. is vero ingenti gaudio hos
excipiens mox viros illis eruditos et praeclaros adiungit, qui omnia
in urbe pulcherrima monstrarent, quique rogata eorum recte intelli-
gere possent, iisque satisfacere. hi autem cum multa ipsis in urbe
spectaculo digna ostendissent, in celebratissimum illud magnamque
S. Sophiae templum cum ipsis ingressi sunt. atque ut vulgo fertur, tum
magna sollemnitas celebrabatur, sive S. Chrysostomi sive Dormitionis
sanctissimae matris domini mei; id vero non certo dicere valeo: verum
tamen est tunc fuisse mirabilem magnamque celebritatem. quattuor
porro viri qui cum proceribus nostris erant, totum templum circum-
spexerunt, necnon quae ad celebritatem spectabant; luminaque cer-
nentes ac canticorum melodiam audientes stupebant attoniti. cum
istic autem vespertini et matutini himni tempore venissent multaque
dixissent audivissentque, accedit sacrae et divinae liturgiae tempus;

ριὸν ὕμνον καὶ τὸν ὀρθρινόν, καὶ πολλὰ εἰπόντες καὶ ἀκούσαντες, φθάνει καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἱερᾶς καὶ θείας λειτουργίας καὶ πάλιν οἱ ῥηθέντες ἄνδρες μετὰ καὶ τῶν τοῦ βασιλέως ἀρχόντων εἰς τὸν σεβασμὸν καὶ μέγιστον ναὸν εἰσέρχονται, ὅπως τῆς ἀναιμάκτου καὶ θείας μυσταγωγίας θεαταὶ γενήσονται. ἔνταῦθα τοῦ λόγου γεκόμενος ἐκπλήττομαι τοῦ θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν, τοῦ θέλοντος πάντα σωθῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. καὶ γὰρ ἐπεὶ οἱ ἔθνη καὶ βαρβαροὶ ἄνδρες ἐκεῖνοι ἐν τῇ τρισμυρίστῃ ναφῇ εἰσῆλθον ὡς εἰρηταί, κάκεισε ἰστάμενοι τὰ δρώμενα πάντα ἐν τῇ ναφῇ ἐσκόπουν, καὶ ἀκριβῶς κατεμάνθανον πῶς πρότερον ἢ λεγομένη μικρὰ εἴσοδος γέγονεν, εἶτα καὶ ἡ μεγάλη ἤντηρεπιζέτο, καὶ οἱ ὑποδιάκονοι καὶ οἱ διάκονοι ἐξεπορεύοντο τοῦ ἱεροῦ βήματος μετὰ λαμπάδων καὶ ῥιπιδίων, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἱερεῖς πλείστοι καὶ ἀρχιερεῖς κατὰ τὸ σῆμα μετὰ καὶ τῶν φοριζομένων καὶ θείων μυστηρίων, καὶ αὐτὸς ὁ τὴν ἀρχιερωσύνην τότε ἔχων πατριάρχης, καὶ πάντες μὲν ἐπ' ἐδάφους κατέπεσον οἱ ἐκεῖσε ὄντες, καὶ εὐχὴν ἐξετούντο καὶ τὸ κύριε ἐλέησον ἔκραζον· μόνοι δὲ οἱ τέσσαρες ἄνδρες ἐκεῖνοι οἱ ἔθνη ἀσκαρδαμυκτὴ καὶ ἀδεῶς ἐνητέλιζον καὶ πάντων τελουμένω ἐσκόπουν. διὸ καὶ ὁ εὐσπλαγχνὸς ἡμῶν θεὸς καὶ ἐλεῆμων τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἀνέηξε, καὶ εἶδον φοβερά τινα καὶ πυράδοξα, ὑπερ καὶ ἐρωτήσαντες τὴν ἀλήθειαν

20 ἀνασκαρδαμυκοὶ apud B.

rursusque laudati viri cum proceribus illis ab imperatore missis in venerandum et maximum templum ingrediuntur, ut incruenti et divini misterii spectatores essent. huc deducto sermone, dei erga homines amorem, qui vult omnes salvos fieri et ad cognitionem veritatis venire, stupens considero. nam cum ethnici et barbari illi in templum intrassent, stantesque omnia quae ibi tum gerebantur considerarent, curioseque sciscitarentur cur primum quem parvum vocant ingressus, deinde vero magnus fieret; quare subdiaconi et diaconi ex sacro bematō cum lucernis et flabellis egrederentur, imo etiam sacerdotes et pontifices pro assueto more cum tremendis ac divinis misteriis, necnon patriarcha qui tunc sedem obtinebat, ac turba in pavimento procideret, preces effunderet clamaretque *domine miserere*. illi vero quattuor gentiles soli intactis oculis sine reverentia haec respiciebant, omnesque sacros ritus considerabant. quare misericors ille et miserator deus noster iisdem viris oculos aperuit, ut quaedam tremenda et mirabilia viderent, ac postea sciscitantes rei veritatem ediscerent. absoluto quippe divino illo

ἀκριβῶς ἔμαθον. ὡς γὰρ ἡ θεία ἐκείνη καὶ μεγάλη εἰσοδος
 τέλος ἔλαβε, καὶ ἐκ τῆς κατακλήσεως πάντες ἀνέστησαν, πα-
 ρευθῦ οἱ τὴν ξένην ὀπτασίαν ἑωρακότες ἄνδρες, τοὺς σύνθε-
 γυς αὐτοῖς ἄρχοντας τοῦ βασιλείως ἐπὶ χειρᾶς λαβόμενοι,
 5 τοιαῦτα πρὸς αὐτοὺς ἔφησαν. “ὅτι φοβερὰ καὶ μεγάλα μὲν
 ὑπῆρχον ἄπερ ἕως ἄρτι ἐβλέπομεν πάντα, οὐκ ἔβρομέμεθα·
 τὸ δὲ νῦν δραθὲν ἡμῖν ὑπὲρ τὴν φύσιν ἐστὶ τὴν ἀνθρωπίνην.
 νεανίσκους γὰρ τινὺς ἑωράκαμεν πτερωτούς, στολὴν ξένην
 ὠραίαν ἐνδεδυμένους. οὐ μὴν ἀλλ’ οὐδὲ τὸ ἔδαφος τοῦ ναοῦ
 10 ἐπάτουν, ἀλλ’ ὑπὸ ἀέρος ἐφέροντο ψάλλοντες ἅγιος ἅγιος
 ἅγιος· ὅπερ πάντας ἡμῶς πλέον πάντων τῶν ἄλλων ἐξέπληξε
 καὶ εἰς μεγίστην ἀμηχανίαν ἐπέβαλεν.” ὡς δὲ ταῦτα ἤκουσαν
 οἱ τοῦ βασιλείως ἄρχοντες, πρὸς αὐτοὺς ἀπεκρίναντο λέγοντες
 “καὶ ταῖχα πάντα ἀγνοεῖτε τὰ τῶν χριστιανῶν μυστήρια, καὶ
 15 οὐ γινώσκετε ὅλως ὅτι ἄγγελοι ἐκ τῶν οὐρανῶν κατέρχονται
 καὶ λειτουργοῦσι μετὰ τῶν ἱερέων ἡμῶν.” ἐκεῖνοι τοῦτο
 ἀκούσαντες εἶπον “πανάλγηδες καὶ φανερόν ἐστιν ὅπερ ἡμῖν
 λέγετε, καὶ ἐτέρας ἀποδείξεως οὐ δέεται· αὐτοὶ γὰρ πάντα
 οἰκεῖοις ὀφθαλμοῖς ἑωράκαμεν. λοιπὸν οὖν εἴσαυτε ἡμῶς ὅπως
 20 ἵνα ταχέως ἀπέλθωμεν ὅθεν καὶ ἐστάλημεν, ὅπως καὶ τὸν
 κατάρχοντα ἡμῶν καλῶς πληροφορήσωμεν, καὶ βεβαιώσωμεν
 ἄπερ εἶδομεν καὶ ἐμάθομεν καλῶς.” οὐσπερ καὶ ἀπέπεμψαν
 μετὰ χαρᾶς μεγάλης καὶ εὐφροσύνης πάλιν ἐκεῖσε. οἱ δὲ
 ἐπανακάμψαντες καὶ τὴν ἐσωτῶν καταλαβόντες χώραν εὗρον

et magno ingressu, cum signo vocati omnes surrexissent, quamprimum
 viri illi, qui stupendam visionem conspexerant, imperatoris proceres
 secum adstantes, manibus arreptos, sic alloquuntur. “tremenda et
 magna esse quae hactenus videramus non distitemur: quod autem nunc
 vidimus humanam naturam exsuperat: iuvenes quippe quosdam con-
 speximus alatos, specioso nec assueto amictu, qui pavementum minime
 contingebant, sed per aëra ferebantur psallentes *sanctus sanctus*
sanctus. quod sane nos omnes plus quam cetera in stuporem ma-
 gnamque admirationem coniecit.” quibus auditis imperatoris proceres
 ita respondent. “et fortasse omnia Christianorum misteria ignorantes,
 nescitis ipsos angelos de caelo descendere et cum sacerdotibus nostris
 ministerium obire.” tum illi “verissimum sane et manifestum est
 quod vos dicitis; nec alio argumento opus habet: omnia quippe ipsi
 oculis vidimus. demum nos remittite, ut eo redeamus unde legati
 fuimus, quo principem nostrum de iis quae vidimus et probe didici-
 mus certiore faciamus.” quos illi tunc cum gaudio et laetitia ma-
 gna dimiserunt. reversi autem illi in regionem suam, clarissimo et

τὸν λαμπρότατον καὶ μέγαν ῥῆγαν, καὶ προσκνήσαντες αὐτόν, ἄπερ εἶδον καὶ ἤκουσαν πάντα, εἶπαν καὶ διεσάφησαν τραυῶς, λέγοντας καὶ τοῦτο "ὅτι μὲν μεγάλα τιὰ καὶ λαμπρὰ πρῶην ἐν τῇ Ῥώμῃ θθεασάμεθα, οὐκ ἄρνούμεθα· τὰ δὲ ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει ὄραθέντα πάντα νοῦν ἀνθρώπινον κα-⁵ ταπλήττουσι." καὶ ἐν καθ' ἑν λεπτομερῶς διηγήσαντο. ὁ δὲ μέγας ἐκείνων ἄρχων ὡς τὴν ἀλήθειαν παρ' ἐκείνων ἀκριβῶς ἐνάμαθε καὶ ἐβεβαιώθη, μηδὲν μελλήσας ἀλλὰ παραυτὰ στέλλει πρὸς τὸν βασιλέα τὸν εὐσεβέστατον τῶν Ῥωμαίων ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἀρχιερέα αἰτεῖ, ὡς ἵνα τὸ ἐκεῖσε μ-¹⁰ ριάρχητον ἔθνος διδάξῃ καὶ βαπτίσῃ. ἦν δὲ τότε Βασιλεὺς ὁ ἐκ Μακεδονίας ὁ τὰ τῶν Ῥωμαίων σκῆπτρα διέπων· ὃς καὶ μετὰ χαρῶς μεγάλης τοὺς σταλόντας ἐκ τῶν ἐκεῖσε ἀνθρώπους δεξάμενος ἀρχιερέα τιὰ αὐτοῖς ἐξέπεμψε, ἐπ' εὐλαβείᾳ καὶ ἄρετῇ διαβόητον, καὶ σὺν αὐτῷ ἄνδρας δύο, Κί-¹⁵ ριλλον καὶ Ἀθανάσιον, ἐγαρέτους καὶ αὐτοῦς ὄντας καὶ πάνυ λογιωτάτους καὶ φρονιμοτάτους. καὶ οὐ μόνον τῆς θείας γραφῆς ἦσαν ἔμπλοιοι, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔξω καλῶς ἐξησκημένοι, ὡς τὰ τε γενόμενα ἐπ' αὐτῶν γράμματα μαρτυροῦσι τοῦτο καλῶς. οὗτοι δὲ ἐκεῖσε ἀπελθόντες πάντας ἐδίδασκον καὶ²⁰ ἐβίπτιζον καὶ πρὸς τὴν τῶν Χριστιανῶν εὐσέβειαν ἐνήγον. βάρβαρον δὲ πάντη καὶ σόλοικον βλέποντες τὸ τοιοῦτον ἔθνος, οὐκ εἶχον οἱ ῥηθέντες λογιώτατοι ἄνδρες ὅπως καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων εἴκοσι τέσσαρα γράμματα αὐτοῖς διδάξαι, μήποτε

magno regi se sistentes, post solitum exhibitum obsequium, omnia quae viderant et audierant ipsi renuntiarunt, talia loquentes. "magna et splendida quaedam nos Romae nuper vidisse non negamus: at quae Cpoli' visa nobis sunt, humanam omnem mentem obstupesciunt;" quae illi minutatim recensuerunt. magnus vero princeps rei veritatem ab ipsis edoctus de eaque certior factus, nulla interposita mora, Cpolim ad piissimum imperatorem legatos mittit, qui episcopum peterent, ut innumeram ibi populi multitudinem doctrina imbueret et baptizaret. tunc porro Basilius Macedo Romanorum scepra moderabatur; qui exceptis cum gaudio huiusmodi legatis episcopum eo misit pietate et virtute clarum, cum comitibus duobus, Cyrillo et Athanasio, qui et ipsi virtute eruditione et prudentia ornatissimi erant, neque solum divinae scripturae notitia repleti, sed etiam in humanioribus literis probe exercitati, ut eorum scripta testificauerunt. eo profecti illi omnes edocuerunt et baptizarunt et Christianae pietatis rudimentis instituerunt. cum autem gentem eam omnino barbaram et rudem cernerent, ac nullo modo possent docit-

πάλιν τῆς εὐσεβείας παρεκκλίνουσι. διὸ καὶ τριακόντα πέντε στοιχεῖα γραμμμάτων αὐτοῖς ἐνεχάραξαν καὶ ἐδίδαξαν. ὧν περ καὶ ἡ κλησις ὀνομάτων ἐστὶν αὐτῆ, ἄς, μπουόκη, βέτδ, γλαῶδ, δοφρῶ, γέσσι, ζηβήτ, ζελῶ, ζεπλέα, ἦ, ζεῆ, κάκω, λουδία, 5 μῆ, νᾶς, ὦν, ποκόη, φητζίη, σθλόβω, ντεβέρδω, ἦκ, φέρωτ, χέρ, ὦτ, τζῆ, τζέρβη, σῶα, σθία, γέορ, γερῆ, γέρ, γέατ, γίον, γέους, γέα. ταῦτα μὲν εἰσὶ τὰ λεί γράμματα τῶν Ῥωσῶν ἅπερ καὶ ἕως τοῦ νῦν μανθάνουσι πάντες, καὶ καλῶς τῆν εὐσέβειαν γινώσκουσι.

- 10 *Λέγουσι δὲ καὶ τινες καὶ τοιοῦτόν τι θαῦμα γενέσθαι ἐν τοῖς ἐκεῖσε. εἶ γὰρ τῆ δεισιδαιμονίᾳ κατεχόμενος αὐτός τε ὁ ἄρχων καὶ οἱ μεγαστάνες αὐτοῦ καὶ ἅπαν τὸ ἔθνος, καὶ σκοπούμενοι περὶ τῆς πρώην αὐτῶν θρησκείας καὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως, εἰσκαλοῦσι πρὸς αὐτούς τὸν ἕρτε φοιτήσαντα ἀρχιερέα, ὃν καὶ ἐπηρώτησεν ὁ ἄρχων τίνα τὰ κατ' 15 αὐτῶν ἐπαγγελλόμενα παρ' αὐτοῦ καὶ αὐτὰ τὰ διδάσκουσαι μέλλοντα. τοῦ δὲ τὴν ἱεράν τοῦ θεοῦ εὐαγγελίου προτείναντος βιβλὸν καὶ τίνα θαύματα ἐξηγουμένου τῶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ ἐπιδημίᾳ τερατοουργηθέντων, "εἰ μὴ τί τῶν ὁμοίων" τὸ πλῆθος ἔφη τῶν Ῥωσῶν "καὶ ἡμεῖς θεασώμεθα, 20 καὶ μάλιστα ὁποῖον λέγεις ἐν τῇ καμίνῳ τῶν τριῶν παιδῶν γενέσθαι, οὐκ ἂν σοι ὄλωσ πιστεύσωμεν." ὁ δὲ τῷ ἀψέυδει πιστεύσας λόγῳ τοῦ εἰπόντος ὅτι ὁ εὖν αἰτήσησθε ἐν τῷ*

simi viri viginti quattuor Graecorum literas ipsos edocera, ne rursus a pia religione deflecterent, triginta quinque literas ab se inventas et exaratas iisdem tradiderunt, quarum nomina haec sunt, *As, Mpuici, Betd, Glaod, Dopro, Geesti, Zibit, Zelo, Zeplea, I, Sei, Caco, Ludia, Mi, Nas, On, Pocoli, Ritzii, Sthlolo, Nteberdo, Ic, Pherot, Cher, Oi, Tzi, Tzerbi, Saa, Sihia, Geor, Geri, Ger, Geat, Giu, Geus, Gea.* hae sunt triginta quinque Russorum literae, quas hactenus omnes ediscunt, atque rectam piae religionis notitiam obtinent.

Narrant autem quidam miraculum huiusmodi istis in partibus contigisse. cum enim princeps ille optimatesque, imo tota eorum natio pristina adhuc superstitione teneretur, ac nuper inventum cultum Christianorumque fidem considerarent, episcopum qui non diu advenerat evocant; quem princeps ille interrogavit, quid contra religionem suam dicendum haberet, et quaenam ipse docturus esset. illo autem sacrum divini evangelii librum protendente, narrantequē miracula quaedam a deo in humano adventu suo patrata, "nisi quid simile" inquit Russorum turba "nos quoque videamus, maxime vero quale narras in camino trium puerorum factum esse, nullo modo iis

ὀνόματί μου λήψεσθε, καὶ ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ τὰ ἔργα, ἃ ἐγὼ ποιῶ, καὶ αὐτοὶ ποιήσῃ, καὶ μείζονα τούτων ποιήσῃ, ἔφη πρὸς αὐτούς "εἰ καὶ μὴ ἔξεστιν ἐκπειράζειν κύριον τὸν θεόν, ὅμως εἰ ἐκ ψυχῆς διεγνώκατε προσελθεῖν τῷ θεῷ, αἰτήσασθε ὅπερ βούλεσθε, καὶ ποιήσῃ τούτο πάντως διὰ τὴν αἰτησιν ὑμῶν ὁ θεός, κἄν ἡμεῖς ἐλάχιστοι καὶ ἀνάξιοι." οἱ δὲ εὐθέως ἤτησαν τὴν τοῦ θεοῦ εὐαγγελίον πυκτίδα ἐν τῇ παρ' αὐτῶν ἀναφθεῖση ξιφῆναι πυρκαϊᾷ, καὶ εἰ ἀβλαβῆς αὐτῇ τηρηθεῖη, προσελθεῖν καὶ αὐτούς τῷ παρ' αὐτοῦ κηρυτσομένῳ θεῷ. ἔδοξε ταῦτα καὶ τοῦ ἱερέως πρὸς θεὸν τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὰς χεῖρας ἐπάραντος καὶ "δόξασόν σου τὸ ἅγιον πνεῦμα, Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁ θεὸς ἡμῶν" εἰπόντος, ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ ἔθνους πυρτὸς ἐρρίφη εἰς τὴν κάμινον ἢ τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου βιβλος. ἐφ' ᾧρας δὲ ἰκανῶς τῆς καμίνου ἐκκαιομένης, εἶτα καὶ τέλεον ἐκμαραναθείσης, εὐρέθη τὸ ἱερὸν πυκτίον διαμείναν ἄπαδες καὶ ἀλώβητον, μηδεμίαν ἀπὸ τοῦ πυρὸς δεξάμενος λῆμν. ὅπερ ἰδόντες οἱ βάρβαροι καὶ τῷ μεγέθει καταπλεγέντες τοῦ θαύματος, ἀνευδοιάστως πρὸς τὸ βάπτισμα ἠντομόλουν, καὶ καθαιρόμενοι τὸν νοῦν τὸν σωτήρα ἐδόξαζον κύριον ὃ ἢ δόξα καὶ τὸ κράτος νῦν καὶ αἰεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

quae dicturus es credemus." ille vero fidem habens huic verissimo dicto "quodcumque petieritis in nomine meo, accipietis" et "qui credit in me, opera quae ego facio, et ipse faciet, imo maiora eorum faciet," respondit illis "etsi non liceat tentare dominum deum, attamen si ex animo ad deum accedere decrevistis, petite quidquid volueritis; idque deus petitioni vestrae obtemperans exequetur, etiamsi nos quam minimi et indigni simus." illi vero statim petierunt ut liber evangeliorum in rogam ab se accensum mitteretur, et si hic illaesus servaretur, se ad dei, quem praedicabant, cultum accessuros. accepta condicio fuit. sacerdoteque ad deum oculos et manus erigente, ac dicente "spiritum sanctum tuum glorifica Iesu Christe deus noster," in conspectu totius gentis liber S. evangelii in cinerum coniectus est. cumque horis non paucis arsisset caminus, hinc igne pernitus extincto sanctus ille liber illaesus integerque repertus est, nulla ignis nota vel damno remanente. quod conspicati barbari, ac magnitudine miraculi percussi, sine mora vel dubitatione ad sanctum baptismum sponte accesserunt, ac mente purgati salvatorem dominum laudibus celebrarunt; cui gloria et imperium nunc et semper et in secula seculorum. amen.

Libet aliqua hic monere ad praefatam Anonymi historiam de

Russorum ad fidem Christi conversione. et primo quod ait hic scriptor Anonymus, Russos adhaesisse ritui Graecorum propterea quod legati Romam et Cpolim missi ad utrumque ritum contemplandum ritum Graecum Romano praetulerunt, eadem ferme narrantur a scriptoribus de conversione Wlodomiri Russorum ducis, qui fidem Christi suscepit imperatoribus Basilio et Constantino, qui eidem duci sororem Annam in matrimonium dederunt: nam et ille ritui Graeco adhaesit propterea quod legati, quos ea causa Cpolim miserat, homines nimirum militares et adhuc semibarbari, eos vehementer commendassent, Latinorum vero ritus vel iidem vel farinae eiusdem alii nuntii haud satis religiose peragi ac templa parum esse ornata rettulissent; nisi id postea Graeci schismatis propugnatores confinxerint, cum Wlodomirum ac filios plerisque constet catholicae fidei cum primis studiosos extitisse, quorum duo, David ac Romanus sive Borissus ac Glebus, in catalogo sanctorum a Russis etiam Romanae ecclesiae unitis recensentur. quod autem ait de Cyrillo, is est ille episcopus et apostolus Slavorum, S. Methodii Olomucii in Moravia episcopi et Slavorum item apostoli frater; quorum quidem memoria colitur die 9 Martii. S. Cyrillus vero Thessalonicae natus est et prius dictus fuit Constantinus, qui propter mirabile eius ingenium dictus fuit philosophus; postmodum vero de consensu pontificis Cyrillus nuncupatus fuit, ut patet ex vita eorundem SS. Cyrilli et Methodii, ex ms Blaudurano edita in Actis Sanctorum die 9 Martii.⁹ eadem habentur et in alia eiusdem vita ibidem edita, necnon in historia regni Slavorum presbyteri Diocleatis. perperam autem in Breviario, quo hodie Bohemi Moravi et Poloni utuntur, Lect. 1 dicitur Cyrilli et Methodii pater fuisse Constantinus cognomento philosophus: erat quippe hoc ipsius Cyrilli nomen, ut ex supra dictis patet, et ex assertione Anastasii oculati testis in epistola ad Carolum Calvum Francorum regem a. 875 data, qua nuntiat corpus S. Clementis papae a Constantino philosopho Romam allatam; atqui constat a Cyrillo id factum, Methodii fratre; quorum quidem pater fuit Leo patricius, ut scribit Diocleates p. 288 ex editione Io. Lucii. sed quae ibi monet idem Lucius de Constantino philosopho, Cyrillo et Methodio, futilia omnino sunt. eadem dicenda sunt de epistola Ioannis VIII papae Suetoplucho comiti, eiusdem Cyrilli coaevo, scripta, in qua ait Constantinum philosophum fuisse inventorem literarum Slavonicarum: "litteras" inquit "Slavonicas a Constantino quodam philosopho repertas, quibus deo laudes debitae resonant, iure laudamus. Anonymus quippe hic noster, Diocleates, Acta S. Cyrilli æ reliqui scriptores Cyrillo,

qui et Constantinus dictus fuit, uti supra demonstravimus, hoc adtribuunt; quin et perpetua apud nostrates traditio habetur, unum ex duobus alphabetis Slavonicis *Kturalizam* dictum ipsius Cyrilli esse, a *Ktural* nomine Slavo, quod Cyrillum Latine sonat, denominatum; alterum vero *Bukizam* appellatum Divi Hieronymi. de his duobus alphabetis Ioannes Palatinus in opere Italico de arte scribendi, de characteribus vero S. Hieronymi Guillelmus Postellus. quid vero ipse de S. Hieronymi alphabeto et versione sacrae scripturae ab ipso, ut aiunt, in Slavonicam linguam facta sentiam, libenter fatebor. nullibi in operibus Divi Hieronymi ne vestigium quidem reperi linguae Slavonicae: quam quidem si calluisset, in explanandis scripturis, et pluries cum de nominibus Hebraicis, ea procul dubio usus esset. ubi vero Divus Hieronymus patrium sermonem appellat aut nostratum linguam, id de lingua Latina, quae tunc per universum Romanum orbem in usu erat, intelligendum esse nemo eruditus ignorat. ceterum quod ait hic scriptor Anonymus Russos tandem miraculo libri evangeliorum, qui cum in ignem coniectus esset ibi illaesus ac integer repertus est, ad Christi fidem conversos fuisse, satis convenit cum iis quae de eadem re habet Porphyrogenitus in avi vita n. 96.

163, 13. Eadem haec v. supra c. 29.

Ibid. 15. Ἀρέντα] hodie regio illa Narenta et populi illius Narentani dicuntur.

Ibid. 17. Μόκρον Slave *Mocro* nuncupatur.

Ibid. 18. Ὀστρωκ Slave *Ostrog* appellatur.

Ibid. 19. Κούρκρα ἤτοι τὸ Κίκερ] Latine *Corcira*, Slave *Karkar* dicitur.

Ibid. 20. Μέλιτα ἤτοι Μαλοζεάται] Slave *Mliet*, Latine vero dicitur *Melita* Plinio. hinc catuli Melitaci, Callimacho auctore, apud Plinium. huius autem insulae supremum dominium hodie est penes rem publicam Ragusinam, utile vero, ut aiunt, dominium penes monasterium nostrum S. Mariae dictum. de hac insula et monasterio nostro cf. Maurus Orbanius noster in opere cui titulus *Il Regno degli Slavi*.

Ibid. 21. ἐν ταῖς πράξεσι τῶν Ἀποστόλων] c. 28. sed num illud Pauli naufragium acciderit prope Melitam insulam maris Adriatici an vero prope Melitam maris Africi insulam, non facile ex Actibus Apostolorum cognosci potest; et meo quidem iudicio quaestio illa insolubilis videtur.

164, 3. Φάρα] Latine etiam Phara, Slave vero *Husr*.

164, 3. Βράτζης Latine *Bractia*, Slave *Brac*.

Ibid. 5. Χόαρα Antonini in itineraio Corra dicitur.

Ibid. Ἴης Latine *Issa*, Slave vero *Wis* nuncupatur.

Ibid. Λάουστονον Stephani Ladesta, Tab. Pent. Ladestrís. Latine *Laudestina* dicitur, Slave vero *Lastovo*; paretque rei publicae Ragusinae. cf. Lucius p. 49.

Ibid. 8. Patzinacitae, qui et Patzinacae, a principio incoluerunt antiquam magnamque Bulgariam circa flumen *Atel* dictum, quod Theophani *Atalis* dicitur et *Edel* Tartarice, a Rutenis vero *Volga* seu *Volga* appellatur, olim *Rha* Ptolemaeo: postmodum vero lidem Patzinacitae trans Istrum planities incoluerunt a Borysthene fluvio ad Pannoniam usque porrectas. de huius autem regionis incolis Patzinacitis et gentibus ipsis conterminis pluribus agit scriptor noster in principio huius operis, et infra c. 42, ubi terminos illarum gentium assignat. Patzinacitae vero quamplurima bella varia fortuna gesserunt tam cum Romanis quam cum aliis nationibus; tandem devicti fuere a Ioanne Comneno, qui in huius victoriae memoriae diem festum instituit, quem quidem τὴν τῶν Πατζινάκων τέλειτὴν nuncupavit, ut scribit Choniatēs p. 23 2. Patzinacarum autem nomen ex Russico vel Polonico Pyecznicorum desumptum scribit Allutius et ex eo Lucius 6 5, ubi ait Patzinacas, seu Patzinacitas postmodum Vlahos appellatos fuisse.

Ibid. 10. Μαζάρους] sic in mss et in editis: sed sunt qui hic Χαζάρους legendum putent, cum subiungat Porphyrogenitus πρὸ ἐτῶν δὲ πενήκοντα οἱ λεγόμενοι Οὐζ μετὰ τῶν Χαζάρων ὁμονοήσαντες.

Ibid. 22. εἰς θέματα ὀκτώ] et paulo infra tradit idem scriptor, haec octo Patzinacitarum themata dividi in partes 40. Cedrenus vero p. 775 scribit Patzinacitarum gentem magnam ac populosam dividi in 13 tribus. in hoc autem Patzinacarum tractu hodie *Podolia* et *Moldavia* visuntur, ut scribit Ortelius.

165, 1. ὄνομα τοῦ πρώτου θέματος] omnia haec themata paulo infra compositis nominibus insigniuntur, exceptis *Gyla* et *Charoboë*. nec dubito quin plurima horum thematum nomina corrupta ac depravata sint, ut saepe accidere solet scriptoribus Graecis, dum barbara nomina referunt.

Ibid. 9. τὸν Γιαζή] paulo infra idem thema *Γιαζιχοπὸν* appellatur a nomine eiusdem principis.

Ibid. 23. Κουαρτζιζούρ] hoc nomen compositum est ex nomine thematis *Τζούρ* et principis qui in eo tunc regnabat cum haec scriberet Porphyrogenitus: nam ut scribit Ce-

drenus l. c., praeter commune Patzinacitarum nomen quaevis tribus a suo generis principe atque auctore peculiarem sortita est appellationem.

165, 23. Συρουκαλπή] sic et in mss. at fortassis legendum Συρουκουλή: quippe paulo superius hoc thema Κουλή et non Καλή appellatur.

166, 1. Βουλατζοσπόν] thema hoc paulo superius Τζοπόν et non Τζοσπόν vocatur.

Ibid. 7. Γιαζιχοπόν] nomen compositum ex Χοπόν thematis nomine, et Γιαζι seu Γιαζή principis nomine, qui in eo themate regnabat quo tempore Patzinacitae suis sedibus eiectioni fuerunt, ut ait paulo superius Porphyrogenitus.

Ibid. 8. Γύλα] circa finem huius capituli hoc idem thema composito nomine insignitur et Chabuxingyla dicitur.

Ibid. 9. Ίαβδιερίμ] nomen primi thematis compositum: sed supra scribitur Ήριμ, non vero Ήρίμ. ceterum duarum tribuum Patzinacitarum, quarum una *Belemarnis* et altera *Pagumánis* vocabatur, meminit Cedrenus p. 776.

169. 16. Chelandia urbs hic est circa Bosporum, non vero navigii genus, ut putavit Meursius.

170, 15. σικόνειν, σικόνειν et σηκόνειν *sublevare, tollere et erigere* significat, σκουτάριον autem est Latinum *scutum*. sed observandum est hic ritus scuto impositum tollendi principem designatum; qui quidem communis erat tam Romanis quam barbaris. Ammianus Marcellinus l. 20 de Iuliano a Gallicanis militibus principe renuntiato: *impositusque scuto pedestri et sublatus eminens, populo silente, Augustus renuntiatus iubebatur diadema proferre*. Zonaras in Iustiano, ubi de Hypatio a seditiosis in imperatorem electo: *καὶ ἐπὶ ἀσπίδος αὐτὸν μεταρσίον ἄραντες ἀναγορεύουσι βουσιλέα*. ceterum de hoc more eligendi principem pluribus egere Pithoeus Advers. 2 6, Lipsius ad Tacitum, Dempsterus ad Corippum, Valesius ad Ammianum, et alii quamplurimi.

171, 15. Κάβαροι] sic in omnibus codicibus mss et ubique legitur. at Meursius pro Κάβαροι ubique legendum putat Ἀβαροι.

172, 17. καὶ τὸν Συμεὼν πολεμήσαντες] quomodo Bulgari a Romanis et Turcis profligati fuerint imperante Leone philosopho, et quomodo Turcae postmodum a Bulgaris interfectione deleti fuerint, pluribus narrat incertus Continuator Theophanis in vita Leonis imperatoris, necnon Symeon magister in eiusdem Augusti vita.

Ibid. 18. Πρεσλάβον] haec eadem urbs aliis Πρεσλάβα

dicitur; et quidem Perschlavam magnam, Bulgariae regum regiam, expugnavit Ioannes Zimisceus, utramque, magnam et parvam, Basilius. magnam ad Istrum statuit Anna; Zonaras et Scylitzes haud procul a Dorostolo. ad Haemum montem ponitur a Niceta in Isaacio 1 5, quo loco eam describit. vide quae l. 1 Comment. de ea monuimus.

173, 6. *κακινκακῶς*] vide ad c. 13.

Ibid. 12. *Ἐρὸλ*] hoc flumen *Atel* dicitur Porphyrogenito c. 37, sed *Edel* Tartarice vocatur.

174, 8. *πλησιάζουσι δὲ τοῖς Τούρκοις*] Ungariae hodiernae tum cum a Turcis occupata fuit, describuntur hic a Porphyrogenito limites.

Ibid. 16. *κεφαλὴ δὲ αὐτοῦ* *dux exercitus vel cohortis.* hac voce utitur Porphyrogenitus eadem notione c. 26 et infra c. 51. sed et plura alia exempla habes apud scriptores Byzantinos, necnon apud tacticos.

175, 20. Sphendoplocus hic Porphyrogeniti idem qui Suetopolekus, seu ut Annales Francorum, Zuentibolkus; et in epistola Ioannis VIII ad eundem scripta Suetopluchus. hic a Methodio et Cyrillo una cum sua gente ad fidem Christi conversus est circa annum Christi 880. vide Acta Sanctorum Bollandi ad 9 Martii, Lucium de r. Dalm. et Cr. p. 68 et 439.

177, 2. *Γεωγραφία ἀπὸ Θεσσαλονίκης*] in ms eadem manu ad marginem scribitur: *περιήγησις γεωγραφικὴ τῆς Σκυθικῆς γῆς.* et quidem recte, cum capite hoc regiones Scytharum describat Porphyrogenitus et singulis terminos assignet.

Ibid. 18. *Δίστρας*] varie scribitur, *Δίστρα, δρίστα, δρίστρα* et *δρίστον*, olim Dorostolum dicta, Moesiae inferioris urbs ad Istrum sita.

Ibid. 21. *ὄσπίτιον* est Latinum *hospitium.* continuator Theophanis 3 28; ubi pluribus de castro Sarcel, et a quo et quando aedificatum, *ὄπερ*, inquit, *ἐρμηνεύεται μὲν λευκὸν οἶκημα, ἔστι δὲ καὶ κατὰ τὸν Ταναῖν ποταμὸν, ὃς τοὺς τε Πατζινακίτας ἐντεῦθεν καὶ αὐτοὺς διείργει τοὺς Χαζάρους ἐκεῖθεν.*

178, 9. *εἰς καματερὰ καράβια*] Anonymus Combesianus in Romano n. 10: *δρόμωνες χίλιοι, καράβια καματηρὰ σιτήσεις ἔχοντα καὶ ὄπλα πολεμικὰ λζ. ναυγία ονεργία* interpres: *καματερός* quippe pro *καματηρός activus, laboriosus.*

Ibid. 15. In editis legitur *κοχλιδίων*, sed perperam:

quippe non ex parvis fluvii conchulis calx concinnata fuit, sed ex glareâ seu calculis fluminis, ut scribit continuator Theophanis 3 28.

178, 24. πρωτεύων varie usurpari solet a scriptoribus, ut videre est in Gl. Gr. Ducangii. sed quae scribit hic Porphyrogenitus, Chersonenses primum a proteuentibus ex eadem gente delectis gubernatos fuisse, idque factum ad usque imperium Theophili, confirmantur ex continuatore Theophanis 3 28.

§

179, 5. ὁ α τιμήσας] ex hoc Porphyrogeniti loco palam est quid litera α cum § superscripto significet; quippe continuator Theophanis l. l. eandem rem enarrans sic scribit: ὁ βασιλεὺς Θεόφιλος, τὸν εἰρημένον Πετρῶνῶν ὡς ἔμπειρον κρίνας τῶν τόπων πρωτοσπαθαρῖόν τε ἐτίμησεν καὶ στρατηγὸν ἐξαιέστειλεν.

Ibid. 20. τῶν λ' μερῶν] nimirum *triginta partes seu regiones*; alibi quippe τὰ κλίματα appellat.

183, 21. Γρηγόριος] hic idem Gregorius paulo superius et infra Cricoricus appellatur. vide quae de Taronitarum gente scribit Ducangius in Familiis Byzantinis p. 172.

184, 7. ἐρμηνευτοῦ] apud Eusebium de Vita Constantini 4 32 μεθερμηνευταὶ interpretes variarum gentium ac linguarum dicuntur, ac sub dispositione magistri officiorum olim erant, ut docet Notitia imperii Romani. Graecis autem recentioribus δραγόμενοι δραγόμενοι et δραγούμενοι dicuntur, διερμηνευταὶ Codino: ὁ μέγας, inquit, διερμηνευτής πρῶτος ἐστὶ τῶν ἐρμηνέων, οὓς κοινῶς ὀνομάζουσι δραγόμενους.

Ibid. 9. ὁ τοῦ Λιβός] Libis filius vel Libis cognominatus vel qui Libis monasterium condidit: quippe monasterium Libis nuncupatum imperantibus Romano seniore et Constantino Porphyrogenito aedificatum fuit a Libe patricio et drungario classis, ut scribit Anonymus noster de Antiq. CP p. 52. at Leo grammaticus, qui hunc Libem Constantinum appellat, Leone philosopho imperante monasterium Libis conditum fuisse ait. Scylitzes et Anonymus Combesianus n. 25 id ipsum narrant, situmque hoc monasterium proxime SS. Apostoles aiunt. at sunt nonnulli qui putant hunc Constantinum, cuius meminit Porphyrogenitus, fuisse Constantini Libis filium, monasterii Libis cognominati conditoris. Constantinus autem Lips periit in praelio contra Bulgaros eodem Porphyrogenito imperante, ut tradit laudatus Scylitzes. caeterum ὑπουργία ministerium, officium, seu officiales minores domus regiae,

qui scilicet in variis ministeriis subserviunt, ὑπουργοῦσι, quomodo hanc vocem etiam usurpat Porphyrogenitus in Novella 8, et Harmenopolus l. 1 tit. 5 § 3. eiusmodi autem ministris praeerat domesticus, qui δομέστικος τῆς ὑπουργίας dicebatur, ut decet hic scriptor noster. sed de voce ὑπουργία vide Ioannem Euchaitarum metropolitam p. 70 et Chronicon Alexandrinum.

185, 11. De Barbari domo, quam sub Constantino Porphyrogenito possidebat Basilius cubiculi praepositus, vide quae Comment. l. 1 monuimus. huius autem Basili accubitoris meminit etiam infra Porphyrogenitus c. 50, et Zonaras in eodem Augusto l. 16 p. 193.

Ibid. 22. χρυσοβουλλίου] bullae imperatorum Cpolitatorum aureae argenteae aereae ac plumbeae erant. sed de hac re pluribus Ducangius in Gloss. et etiam alii.

190, 20. τοῦ Ψωμαδέως τὴν μονήν] hoc manasterium videtur ita nuncupatum, quod steterit ad portam Psamati vel Psamateam; de qua quidem pluribus supra Comment. in Antiq. CP. l. 3.

191, 13. Pro Mantziciert Curopolatae dicitur Marziciert locus in Baaspracan, et Matzicier alio in loco apud eundem, Cedreno vero Μαυρικιέρως.

Ibid. 14. τοῦ Περκρί καὶ τοῦ Χλιάτ] sic in ms habetur, et ita legendum esse sequentia suadent. *Percris* oppidum Babyloniae proximum apud Cedrenum, *Chliat* vero oppidum circa Armeniam Curopolatae, et Cedreno *Chleat*.


Ibid. Ἄρτζε] Ἄρτζη scribitur Curopolatae, hodieque *Artzerian* vocatur et a Turcis *Rum*, ut scribit Leunclavius. sita est ad Armeniae et Cappadociae fines.

Ibid. 15. Τιβῆ] *Tibium* oppidum circa Armeniam maiorem videtur apud Cedrenum et Curopolatem.

192, 2. Κάρς] urbs Persarmeniae, *Carse* Cedreno et Curopolatae. nunc *Cars*, ut putat Leunclavius.

Ibid. 6. τοῦ Συμβατίου τοῦ ἄρχοντος τῶν ἀρχόντων] sic ms. locus mutilus in editis.

Ibid. 7. Ἀπελβάρτ] hic etiam tabellam genealogicam Amerarum Mantziciert adiciere visum est, quo hoc Constantini caput illustretur.



193, 2. 'Αποσάσιον] sic supra; at hic in editis et in mss legitur 'Αποσάσιον.

Ibid. 7. Χαρχά] *Charcha* locus circa Assyriam videtur, apud Arrianum.

196, 16. Notandum Apolesphuet, quem hic patrum Achmet scriptor noster appellat, supra patrualem dici.

197, 9. 'Ρωμανία apud Scriptores Byzantinos aliquando *Imperium Orientale*, aliquando vero *provincias Asiaticas* significat.

199, 11. ςυξ'] nimirum a. Chr. 952, imperii Constantini Porphyrogeniti 41.

Ibid. 22. Magistri Catacali seu Catacalonis meminit Cedrenus in eodem Leone p. 597. vide quae de familia Catacalonum tradit Ducangius in *Familiis Byzantinis* p. 178.


200, 4. Ioannes hic Curcuas fuit domesticus scholarum annis 22 mensibus 7; eiusque res gestas descripsit Manuel protospatharius libris 8, qui non extant. Cedrenus testis est. idem tradit Anonymus Combesianus in Romano Lacapeno n. 41. is Κροκούας dicitur Georgio monacho. ceterum ad marginem ms Porphyrogeniti, ubi loquitur de Ioanne Curcuas, scribitur eodem caractere, οδρος δὲ ὁ Τζιμισοχῆς ἐπικληθεὶς. sed fallitur quisquis illa scripsit, cum Ioannes Curcuas diversus sit a Ioanne Tzimisce, qui postmodum imperator fuit.

201, 11. ἄς pro ἔνα. passim occurrit apud scriptores, quos nobis exhibet in sua *Turco-Graecia* Crusius. MEURS. et alibi etiam passim apud recentiores scriptores.

Ibid. 19. καρβάνιον est Turcicum *caravana*. significat autem ea vox multitudinem mercatorum aliorumque peregrinantium, qui simul iter instituunt, ut tanto tutius commecat. MEURS. vide utrumque Gl. Ducangii.

202, 13. Ζουρβανέλη] ms ad marginem eadem manu scribitur ούτος δὲ Ζουρβανέλη ὁ πατὴρ τοῦ Τορνίκη τῆς Ἀβᾶ, τοῦ ἀρτίως συγκέλλου. ἀζάτος autem vox Armenia est, ut scribit Porphyrogenitus Them. 1 12.

206, 2. Ut Iberum genealogia, quam hic exponit Porphyrogenitus, intelligatur, eam in tabella sequenti exhibere visum est:



Ibid. 6. τῷ δὲ Δαβίδ ἔλαχεν ἑτέρα χώρα] censeo hic desiderari quae de hereditate Mampalis. MEURS.

207, 22. ἔχει δὲ καὶ ῥαπάτιν μέγα ὡς χωροπόλιν] Meursius aliter interpretatur, *habetque territorium magnum instar regionis*; et pro χωροπόλιν scribendum ait χωροπόυλον sive χωριόπουλον. Glossae Graecobarbarae: ἀγρίδιον καμάριον, χωρίον, χωριόπουλον.

208, 10. μαγιστράτον magistratus i. e. magistri dignitas, quomodo δουκάτον, πριγκιπάτον, δομστικατόν et talia. occurrit mox iterum: ἑξαιτούμενον τὸ κουροπαλατικὸν ἢ τὸ μαγιστράτον. de veste autem magistri, quae ea fuerit, ignoramus; neque eam Codinus commemorat usquam, cum tamen de ceterarum dignitatum habitu atque insignibus satis accurate agat. MEURS.

209, 21. κουροπαλατικὸν sive κουροπαλατικὸν (utroque enim modo scribebant, ut omnia talia) curepalatae munus significat. ea forma ἀρχοντίκιον, διακονίκιον, παπαδείκιον et plura ipsius generis. MEURS.

211, 8. τὸ φλάμουλον ἐπιστήσας ἄνωθεν τοῦ τείχους]

hucus in adeunda civitatum ac oppidorum possessione in turribus vexilla erigendi, in adepti domini argumentum, moris exemplum etiam habetur apud auctorem Chronici Alexandrini in Ioviano p. 299, ubi de metropoli Nesibenorum Persis redita. de eadem re sic et Ammianus: *postridie Bineses unus ex Persis, quem inter alios excellere diximus, mandata regis complere festinans promissa flagitabat instanter; et principe permittente Romano civitatem ingressus gentis suae signum ab arce extulit, submigrationem e patris civibus nuntians luctuosam.*

211, 13. τὴν τοῦρμαν] τούρμα hic pro regione; quippe provinciarum praefecturae distinguebantur in τούρμας, turmae vero εἰς βάνδα seu τοποτηρησίας. sic autem propterea appellatae, quod eiusmodi militares turmae in praesidiis essent in statis regionibus provinciarum. et quidem haec vox occurrit non semel eodem significato apud scriptorem nostrum.

212, 8. ἐπειδὴ ἔχειν ἔχομεν] Meursius haec ita interpretatur, *quandoquidem praeliis cum Romanis gerendis peres sumus.*

214, 13. Κύριος ἦν] quod scribit hic Porphyrogenitus de patria Iustiniani Rhinotmeti, nemo, quod sciam, ex scriptoribus prodit. sexta autem synodus contra Monothelitas Constantino patre adhuc vivente habita fuit.

215, 14. τὰς βαρβαρικάς] sic in eodem canone; apud Porphyrogenitum vero τοῦ βαρβαρικοῦ.

Ibid. 19. διαφυλαχθῆναι] perperam legitur in editis διαχθῆναι; sed optime Meursius emendat. in canone legitur διατηρηθῆναι.

216, 1. τὴν νέαν Ἰουστινιανούπολιν] Cyprus νέα Ἰουστινιανούπολις et δευτέρα Ἰουστινιάνα dicebatur. erant vero Iustinianopoles sive Iustinianae tres, prima Achris, secunda Cyprus, tertia Chalcedon. Codinus: ἀλλὰ δὴ καὶ τοῦ ἀρχιεπισκόπου πρώτης Ἰουστινιανῆς, Ἀχρίδος, καὶ πάσης Βουλγαρίας, ἐπεὶ δευτέρα Ἰουστινιανή ἐστὶν ἡ Κύπρος καὶ τρίτη ἡ Καρχηδών. Meurs.

Ibid. τῆς Κωνσταντίνου πόλεως legitur et in eodem canone. verum Beveregius in codice Amerbachiano scriptam etiam reperit τῆς τῶν Κωνσταντινέων πόλεως, et hanc veram ac genuinam lectionem esse demonstrat. vide Zonaram et Balsamonem, et quae ibi adnotat laudatus Beveregius p. 154.

Ibid. 20. Καλλινικός τις] de igne Graeco loquitur etiam supra c. 13 scriptor noster; sed vide quae ibi adnotavimus. vide item Cedrenum et Zonaram in eodem Pogonato.

220, 12. *σιγγίλιον*] sic etiam paulo infra *ἐποίησε δὲ καὶ σιγγίλιον. σιγγίλιον sigillam.* proprie vero sumitur pro diplomate aut charta sigillo munita, et hic quidem pro diplomate sumendum. vide Ducangii utrumque Gloss.

Ibid. 11. *τραπεζοποιὸς structor, infertor.* Hesychio *δ τῆς πάσης περὶ τὰ συμπόσια παρασκευῆς ἐπιμελούμενος.* similia habet auctor Etymologici.

Ibid. 20. *Μαῖνη* Laconicae urbs in Peloponneso, sic appellata etiam a Gemisto; Pausaniae vero et Ptolemaeo *Λεῦκτρον* dicitur, Nigro *Μαίνα*.

221, 4. *οὗ τὸ ἐπίκλην ὁ τῶν Βροισινίων*] locus mutilus; desideratur cognomen Theoctisti, quem patricium ac logothetam cursus faciunt Cedrenus et Zonaras. MEURS. at ipse locum integrum esse puto. Georgius monachus in vita Michaëlis huius Theoctisti meminit et canicleo praefectum fuisse ait; Michaëlis tutorem fuisse scribit Zonaras in eodem Augusto.

222, 8. *Κρινίτην*] floruit sub Theophilo imperatore Alexius Moseles ex genere Crinitarum, cui filiam Mariam natu minimam imperator in matrimonium dedit ac Caesarem salutavit; sed postmodum coactus fuit ab eodem Augusto vitam monasticam proferri. vide Zonaram l. 15 p. 147. huius autem Alexii posteri ad extremam tandem redacti erant paupertatem sub Basilio Bulgaroctono, ut ex eius Novella, quae habetur in iure Graeco-Romano t. 2 p. 175, docemur, ubi *τοῦ μεγίστου Ῥωμανοῦ τοῦ Μουσελῆ ἐγγόνους εἰς ἀπορίαν καὶ τελείαν ἔνδειαν* pervenisse ait, cum illi patrimonium suum ab avo et parentibus relictum circa Philomilium possiderent. ceterum *Κρινίτην τὸν ἐπιφανῆ καὶ περιβλεπτόν* Graeciae praetorem seu *στρατηγὸν* nescio quem memorat Anonymus in vita S. Lucae Iunioris p. 996, et alium etiam Anonymus Combesianus in Leone philosopho n. 9.

225, 7. *βάνδον cohors militaris, praesidium militare.* vide Ducangii Gl. Gr.

Ibid. *τοποτηρησία* hic *vicariatus.* idem Porphyrogenitus de Them. 1 16 ait *στρατηγίδας* seu *praefecturas* divisas fuisse *εἰς τούρμας*, turmas vero *εἰς βάνδα ἤτοι τοποτηρησίας.*

226, 3. Quod hic *Χοζάνον* est, Constantinus *Γοιζάνον* scribit de Them. 1 8. MEURS.

Ibid. 14. *τὸν Παγκρατούκαν*] idem Porphyrogenitus de Them. 1 9 tres fratres commemorat tantum, et diversis nominibus.

229, 6. *ἐκ προσώπου*] non est nomen proprium, ut putavit Meursius, sed sicuti Graecis recentioribus *πρόσωπον*

nomen et persona dicitur, ita ἐκ προσώπου qui vices alterius obit, vicarius, legatus. sic passim scriptores Graeci recentiores. ceterum Eustathius hic Argyrus Leonis pater fuit, ut scribit paulo superius Porphyrogenitus, et Romani Argyri imperatoris avus.

231, 7. τοῦ Χρυσορικλίνου] de triclinio Aureo pluribus egimus l. 1 Comment. in Antiq. CP.

232, 9. Samonas hic erat Agarenus spado et Leoni imperatori carus ob detectam Basilii coniurationem; a quo etiam protospatharii honore auctus fuit, ut scribit Zonaras in eo Augusto p. 177. meminit etiam huius Samonae Gregorius in Vita S. Basilii Iunioris n. 3.

Ibid. 11. ἐπικουτζουλον] vide Gl. Gr. Ducangii v. Κουτζουλον. de Lausiaco autem palatio pluribus egimus l. 1 Comment. in Antiq. CP.

233, 14. ἀργάριον imperatoris non solum tectum erat, uti describitur ab Anna Comnena, sed et purpureum vel rubrum, ac velis et aulaeis eiusdem coloris pariter instructum, unde ῥούσιον appellatum; in quo quidem nemini esse licebat praeterquam drungariis excubiarum et rei navalis et aliquot aliis ex primariis palatii officialibus, quos imperator deligebat.

Ibid. 21. Stenum nuncuparunt primum Graeci totum illud maris fretum quod Byzantium inter et Pontum interiacet; quod quidem trecentis plus minus stadiis in longitudinem patet. deinde vero scriptores recentiores Stenum pro ipso Steni littore passim usurparunt; proinde Europaeorum illud littus, a capite portus Ceratini; ubi exstitit monasterium S. Mamantis, ad ostia Ponti Euxini, Stenum dictum fuit. et hac quidem nomenclatura donatur is potissimum maritimus tractus qui supra Galatam ad freti caput urbi obiacet. ceterum a Steno Stenitas dictos nautas, qui supra Stenum chelandia seu alia navigia ducebant, tradit idem Porphyrogenitus.

234, 2, μεταστάσιμα] μεταστάσιμον vide quae de palatio Pegano, de Hebdomo, de Hicria et de Bryante adnotamus supra in Comment. in Antiq. CP.

237, 19. αὐτῶν] in editis legitur αὐτῶ pro αὐτῶν, et ideo Meursius sic interpretatur hunc locum: cum interea illorum vicem cum remigum primis imperiale dromonium gubernaret senex ille prudensque Michael.

241, 20. Ἰωάννου] Ioannes hic est ille monachus et presbyter, cognomento Lazares, quem Alexander imperator

Constantino Porphyrogenito ex fratre nepoti tutorem dedit; cuius quidem meminit Leo grammaticus in Alexandro, et in Constantino p. 497 et 505. praeterea huius Ioannis mentionem faciunt Anonymus Combesianus in Alexandro n. 2, in Porphyrogenito n. 3, in Lacapeno n. 28, Scylitzes p. 607 et 623, et Zonaras p. 148.

245, 21. χειροβολίστραι autem sunt machinae bellicae seu *ballistae* species. Glossae Gr. Lat. χειροβασίτρα *italica*. vide Salmasium de Militia p. 224.

249, 11. ἀθροίλους] mendum est. ΜΕΥΣ.

250, 14. Κώνστα] Κώνσταντος. Constantem vero hic appellat scriptor noster Constantium Chlorum, ut nemo non videt; et ita etiam a Zonara vocatur, et in Menacis 21 Maii.

251, 7. Θεϊότης titulus quo imperatores compellantur etiam in synodo Chalcedonensi part. 1 Epist. 37. Act. 1 p. 246. vide Filesacum de Idololatria politica.

Ibid. 11. φιβλατούραν dixit Porphyrogenitus, quod φιβλατούριον Suidas, qui interpretatur περιβόλαιον Περσικόν. ΜΕΥΣ.

252, 12. Κρισκορόνον] hic princeps Bosphorianus initio huius capituli appellatur a scriptore nostro Κρίσκων Ορον παῖς; unde puto hic duo illa verba in unum ab indocto scriba confusa.

254, 21. μίαν κραυγήν] et paulo infra idem Constantinus μίαν φωνήν, Anna item Comnena l. 8 p. 292 μιᾷ φωνῇ. ea quippe fuit et veterum Tacticorum sententia, *hostes terri si cum telorum iactu clamoris horror accesserit*, ut est apud Vegetium 3 18. hisque consona tradit et Leo in Tact. 20 § 114. erat autem clamor iste permistus exhortatione, quemadmodum ait Sallustius de bello Iugurthino; unde παρακλυσμός dicitur Constantino Manassae. interdum ἀλαλαγμός et λαλαγή ἀρείκη; ἐννάλιος κέλαδος Heliodoro l. 1. barditum vocabant Galli antiqui, ut scribit Tacitus. ex quo autem in orbem Christiana religio invecata fuit, desierunt confusae illae et incertae a militibus ad fiduciae specimen vel notam proferri solitae voces, subitque in earum locum una omnium ore in caelum missa divini auxilii deprecatio. huius autem moris auctorem innuit Constantinum magnum Eusebius de Vita eiusdem Constantini 4 19 et 20 et in oratione de eiusdem Augusti laudibus, quem scribit suis praecepisse militibus ut in pugnae procinctu hacce oratione deum sibi in praeclis propitium conciliarent: σὲ μόνον οἶδαμεν Θεόν, σὲ βασιλέα γνωρίζομεν, σὲ βοηθὸν ἀνακαλούμεθα, παρὰ σοῦ τὰς

νίκας ἡράμεθα etc. atque hinc quidem apud Christianos invaluisse putant nonnulli ut praelia omnia a dei invocatione auspicarentur. sed falluntur; quippe quilibet populus ab invocatione divina praelia auspicabatur; populus electus ab invocatione veri dei, ut passim sacrae literae testantur. Graeci vero pacanes duos canebant, alterum ante praelium Marti, alterum post praelium Apollini et Dianae.

ΙΕΡΟΚΛΕΟΥΣ
ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ
ΣΤΝΕΚΔΗΜΟΣ.

PETRI WESSELINGII

IN HIEROCLIS SYNECEDEMUM

PROLEGOMENA.

Hieroclis Synecdemus quin egregia Itinenariorum *) accessio fuerit nullum dubium est: firmat, quae dubia in illis atque incerta videbantur, indidemque vicissim adiuvantur; uberrime praeterea, quae in Orientis illa provinciis praeterierant, explet. igitur in scriptorem atque ipsam notitiam ante inquiramus quam in rem praesentem veniamus. ne vero a limite progressi in molestissimas salebras incidamus, duce imperatore Constantino Porphyrogenito utemur, qui, quantum rescire licuit, primus in Thematibus imperii ordinandis Hieroclis Synecdemum in consilium adhibuit l. 2 them. 1. μαρτυρεῖ, inquit, τῷ λόγῳ καὶ Ἱεροκλῆς ὁ γραμματικὸς ὁ γράψας τὸν Συνέκδημον, τὸ τῶν Δολόγκων ἔθνος τῆ Ἱερᾶς συναριθμῶν, λέγων οὕτως "εἶσιν αἱ πᾶσαι ἐπαρχίαι καὶ πόλεις, αἱ ὑπὸ τὸν βασιλέα τῶν Ῥωμαίων διοικούμεναι τὸν ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἐπαρχίαι μὲν κ. λ." e quibus meritissimo colligas Synecdemi scriptorem Constantino imperatore et seculo nono esse priorem; atque ita viri clarissimi Emmanuel Schelstratenus, Io. Alb. Fabricius et Anselmus Bandurius instituerunt, quamquam hic insuper addit incertum esse omnino quo tempore floruerit. Carolus a S. Paulo circa Saracenorum aetatem scriptum suspicabatur Synecdemum, quod eius codici plures provinciae, quas post Heraclium Graeci amiserunt, de-

*) veterum Romanorum, a Wesselingio Amstelædami a. 1735 editorum.

essent; quae cum ex Farnesiano ms ceteris accesserint provinciae, ruit et illa suspicio.

- 622 Hactenus itaque nisi incertissima de Hierocle sunt prodita. proprius eius aetatem L. Holsteinus finire aggressus est ad Pulcheriopolin Thesauri Orteliani: "civitas" inquit "Epiri novae in Notitia Hieroclis, ubi male Πολυχειριούπολις pro Πουλχειριούπολις editur. accepit autem nomen a Pulcheria Augusta, cuius haec Notitia tempore scripta videtur." optassem plura vir egregius constabiliendae opinioni, quae illi in mundo fuisse non ambigo, produxisset: nam sola eius urbis mentio rem non constituit. quantum coniectura asequi possum, impulsus in eam est sententiam ipsa Syncedemi dispositione: provinciae Orientis eodem hic digestae modo ut in Ephesino et Chalcedonensi conciliis, codice Theodosiano et Notitia imperii Orientis conspiciuntur, nec aliis magistratibus parent; vestigia innovationum, quas deinceps Iustinianus est molitus, vix ulla apparent; omniaque Theodosii secundi et Marciani temporibus prima fronte haud male respondere videntur. atque haec si citra dubium forent, prona ad suspicandum via aperiretur Hieroclem non alium atque eum esse quem φιλιστόρας λόγους reliquisset Io. Τζετζες Chiliad. 7 144 testis his verisimilis est:

Ἰεροκλῆς ὁσαύτως Φιλίστορα ἐν λόγοις
 εἰς δὲ λέγων, εἶδομεν χώραν ἀνύμηροτάτην
 ἤλιψ φλεγομένην τε, καὶ περὶ ταυτήν ἄνδρας
 γυμνοὺς ἀνεστίλους τε, πρὸς χώραις τῆς θέρμου.
 ὧν οἱ μὲν ἀπεσπίαζον τὸ πρόσωπον αἰτίοις,
 τοὺς πόδας δ' ἀνατείνοντες τὸ σῦμπαν ἄλλο σῶμα.
 τούτων δὲ Στράβων μέμνηται, καὶ τε τῶν ἀκεφαίων
 καὶ τῶν δεκακεφαίων τε καὶ τετραχειροπόδων.
 οὐσπερ ἐγὼ οὐκ ὄπωπα, φησὶν ὁ Ἰεροκλῆς·
 ταῦτα Ἰεροκλῆς μὲν.

- 623 liquet inde, quod verissime Io. Pearsonius Proleg. in Comment. alterius Hieroclis ad Aurea Carm. observavit, illum qui Φιλίστορας scripsit quam plurimas regiones peragrasse, resque in itinere visas aut aliunde cognitae scripto tradidisse, et libros quibus haec omnia erat complexus Φιλίστορας nominasse. iam cum Strabone posterior, et Stephano, qui cum in Βραχυμῆνες et Ταρκυνία testem appellavit, aut prior aut aequalis fuerit, non utique, si cetera probe quadrarent, absurdum foret Φιλιστόρων et Συνεκδήμων eundem parentem agnoscere, praesertim cum Syncedemus similis ingentis scriptorem ostentet. quo minus tamen in his acquiescam, pauca faciunt, sed talia quae validissime et huic coniecturae et L.

Holsteinii sententiae pugnant. primo enim Synecdemus in provincia Osrhoëne Leontopolin recenset, quo nomine Callinicum aliquot a morte Marciani imperatoris annis ornatum fuisse suo loco ostendam; deinde in Pisidia reliquis urbibus Iustinianopolin accenset, quae cum a nullo nisi eius nominis imperatore, et mirifice huiusmodi titulis capto, cognominata sit, sine dubio scriptor, qui eam memorat, et Stephano urbium explanatore et Pulcheria Augusta multis annis recentior est. idem colligas ex provincia Pannonia, quae Orientis imperio hic subiicitur: illa Marciani Augusti tempore amissa prorsus erat, praedae Attilae atque Hunnis exposita, praetereaque extra Orientalis imperii fines, ut ex Notitia utriusque imperii certissimum est; quam cum reciperarit virtus et providentia Iustiniani, sicuti Novella 11 praefert, utique ad eius aetatem demittendus Hierocles erit; qua an etiam multo possit esse inferior, nunc circumspiciamus.

Notum in vulgus est multa cum imperatorem in provinciarum administratione mutasse: has aliis magistratibus mandasse, illarum nomina aut sustulisse prorsus aut ex binis unam et vicissim ex una binas fecisse: Hierocles vero cum Orientis nobis annumerarit provincias, singulis suos praepositos imponens, fortasse his in consilium missis et secum invicem comparatis suam nobis aetatem ostenderit. viam hanc nuper ingressus est eruditus auctor Dissert. Chorograph. Ital. med. aevi Sect. 5, cuius ductum, nostra passim adspergentes, in his vestigandis sequemur. ergo cum mutatis a Iustiniano ⁶²⁴ provinciarum magistratibus ordiamur. iubet ille Novella 24 c. 1 ut qui Pisidiae praesit, praetor Iustinianus sit et vocetur; quo eodem honore Lycaoniae praefectus Nov. 25 c. 1 et Thraciae Nov. 26 ornat; quarum provinciarum praepositi Hierocli sunt consulares. decernit praeterea ut Phrygia Pa-catiana et item Galatia prima spectabilem in posterum comitem habeant; cui utrique consularis ab Hierocle imponitur. est in Synecdemo Paphlagonia sub correctore, qui Nov. 29 praetor creatur, et Isauria sub praeside, quem comitem Nov. 27 esse vult. denique Phoenice ad Libanum moderatori Edict. 4, itemque Arabia subiiciuntur, quae hac in Notitia praesidi et consulari dicto sunt audientes. harum autem constitutionum pleraeque cum Belisario V. C. consule sint editae, iure utique optimo statuitur Synecdemum autem Belisarium consulem annumque 535 publicatum videri: ni enim id concesseris, danda ratio erit quamobrem in libello, quo provinciarum magistratus ex sui temporis more Hierocles describit, nulla prorsus de praetoribus Iustinianis moderatoribusque mentio fiat. quo magis vero scriptoris aetas ad liquidum perducatur, in

eas provincias pergamus quas imperator aut sustulit funditis
 aut novis titulis auxit aut etiam plures esset iussit; quarum
 si nullum in Synecdemo indicium reperias, quid aliud profite-
 beris quam illis eum mutationibus esse priorem? memorat
 haec Notitia provinciam Honoriadem et praesidi subiicit: eam
 Iustinianus Nov. 29 c. 1 abrogat et artissime Paphlagoniae
 agglutinatam uni praetori mandat, *ὥστε καὶ τῶν ἔθνων, in-*
quit, τούτων ἔχοντα τὴν ἀρχὴν ἠνωμένην καὶ μίαν ἀντὶ δυοῖν
τῶν ἔμπροσθεν, φασὲν δὲ Παφλαγονίας τε καὶ Ὀνωριάδος,
καλεῖσθαι πραιτορα. dividit praeterea Cappadociam ex Va-
 lentinis Augusti instituto in binas, consularem utramque, si
 plerosque ms sequere, quos Nov. 30 in unam videtur con-
 flare: *πάσαν, inquit, ἀνθυπάτειαν γενέσθαι τε καὶ καλεῖσθαι*
βουλόμεθα. quae tamen an vincere, quod viro doctissimo
 videbatur, possint, re vera Iustinianum ex duabus Cappado-
 ciis unam exstruxisse, non iniuria dubites: nam discrete Nov.
 20 c. 2 prima Cappadociae praesidem dignatione proconsulari
 condecoratum fuisse docetur; estque in ipsa Nov. 30 c. 10
 625 utriusque Cappadociae mentio: *εἰ δὲ τις ἐξ ἑκατέρας Καππα-*
δοκίας δίκη πεντακοσίων ἐλάττων χρυσῶν ἐφέσιμος γίνηται.
 neque enim, si utramque in unam commutasset, utriusque di-
 stincte deinceps meminisset. esse in Haloandri editione novi
εἰ δὲ τις ἑτέρα ἐκ τῆς Καππαδοκίας δίκη; sed prius praec-
 optaverim, tum quod oratio *ἑτέραν δίκην* vix ferat, tum quo-
 niam Cappadociae duae nusquam una esse iubentur, tum etiam
 quod primae Cappadociae proconsul creetur, secunda non
 addita. utcumque id ceciderit, insignitam Cappadocia muta-
 tionem subiit, Hierocli cum Synecdemum scriberet ignoratam;
 quae etsi ex proconsule Cappadociae prima explorata est,
 negligi tamen nolim eiusdem imperatoris decreto gentis eius
 dispositionem ecclesiasticam in alium ordinem fuisse conver-
 sam. huc usque binae fuerant Cappadocum metropoles, pri-
 mae Cappadociae Caesarea, secundae Tyana: tertiam Mucis-
 son Tyanensi detractam et Iustinianopolin nuncupatam tertiae
 Cappadociae ipse imposuit. operae pretium fuerit ea de re
 perorantem audire Euphratam Tyanensem episcopum Collat. V
 conc. Constantinopol. 2 p. 96. "in illo" inquit "tempore sub
 Tyanensi civitate erat et Dohara et Nazianzus usque ad
 tempora huius pii imperii. piissimus autem imperator cum
 metropolitana iura dedisset civitati quae quondam quidem
 Mucissus, nunc vero Iustinianopolis nuncupatur, cum aliis
 civitatibus et Dohara et Nazianzum subiecit ei." haec si in
 Synecdemo praeteriri potuisse putaveris, quod a Notitia ec-
 clesiastica sit diversus, debuit tamen Mucissus urbium ca-
 talogo inseri, non regionibus sive vicis, ut fit, si post metro-

polis dignitatem illi oppido collatam fuerit scriptus. ad haec accedit, Helenopontum consulari et Polemoniaco Pontum praesidi in hac Notitia attribui, Novella vero 28 abolito Ponti Polemoniaco titulo Helenopontum moderatori Iustiniano committi. porro duae tantum in Synecdemo Armeniae insunt, quas multifariam sectas Iustinianus (non, ut perperam Eustathius in Dionys. Perieges. 694, Iustinus) quattuor Novella 31 esse atque haberi vult. taceo quae Iustinianae primae caussa decreverit Nov. 11, utque in Syria Theodoriadem, ne egregiae Theodoraee honor decset, provinciam, de qua Novella 8, condiderit.

Mihi quae abunde ad aetatem scriptoris eruendam vi-626 dentur. posses alioqui auxilio vocare urbes, quas suo et Theodoraee nomine illustres esse voluit, in unum catalogum a N. Alemanno ad Procopii Hist. Arcan. c. 11 coniectas, ni et aliae forent quarum rationem Hierocles nullam habuit. quod enim Iustinus primus Anazarbo atque Edessae pristinum nomen abstulit, utriusque Iustinopoleos, quo et prior in Mopsuestiana synodo (licet *Iustinianopolitana metropolis* vulgo p. 132 tom. 12 C. G. edatur) superbit, imposito titulo apud Euagrium H. E. 4 8 et Theophanem Chorogr. p. 146, eo nusquam, quantumvis illi tempori proximus, in Synecdemo has urbes dignatur.

Illae ergo quae in medio posui, satis superque evincunt nihil eorum quae Iustinianus novavit Hieroclem, cum hanc Notitiam vulgaret, inaudivisse videri; adeoque ante Belisarium consulem, cuius annum plures illarum constitutionum praeferunt, principe tamen Iustiniano scripsisse. nam ante hunc consulem fato concessisse, quod viro erudito in mentem venit arbitrari, vix indidem coegeris. potuit sane vulgato Synecdemo omnia quae imperator mutaverat addere, novamque eius editionem publicare: at id voluisse unde cognoscemus? quid si etiam priori editioni illa adstruxerit, et in nostram aetatem Notitia, ut primum e scriptoris calamo defluerat, devenerit? itaque ad Synecdemum ipsum descendamus, atque integerne et genuinus, et cuius generis sit Notitia, civilis an ecclesiastica, exploremus.

Non esse genuinum neque integrum Emmanuel Schelstraenus tom. 2 Antiq. Eccles. p. 720 sibi persuasit, tum quod ea quae de civitate Constantinopolitana ex Hierocle Constantinus Porphyrogenitus refert, in Notitia non compareant; tum ex eo quoque probari, quod Hieroclis opus 64 praefecturas seu provincias et 835 seu 935 civitates contineret, Notitia

autem 51 tantum provincias et 751 civitates exhibeat. quae accusationis capita si, ut oportet, expendantur, causam tenere haud poterunt; quod ut unicuique dilucescat, Constantini imperatoris l. 2 them. 1 verba, illis adnexa quae in superioribus exscripta dedimus, inseramus: ἀρχὴν οὖν τῆς Εὐρώπης τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων καὶ τοῦ κόσμου πατὸς, τὴν νέαν Ῥώμην, τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐγὼ τίθημι. διὰ τοῦτο καὶ τὸ περὶ αὐτὴν θέμα, τὸ καλούμενον Θρόνη, τὸ ἐν 627 τοῖς Εὐρώπης μέρεσι, θεμάτων πρώτων τεδείκαμεν. quis enim, quod bene advertit Anselmus Bandurius, non viderit haec non Hieroclis sed Constantini verba esse, causam explicantis cur Thraciae themati inter Europaea primum locum assignarit. iam quod numerum provinciarum non aequare 64 adiungit, id in Caroli a S. Paulo editionem valebit, non eam quam primus ipse in publicum dedit, ab Holsteinio ex Farnesiano ms pluribus provinciis auctam. novi doctissimum Dissert. Chorogr. Ital. auctorem autumasse non 64 provincias sed 65 esse debere, quoniam in Synecdemo Pamphylia secunda memoratur, nusquam prima: cui ego opinionio nullam nisi in Latina versione praesidium reperio. etsi enim ex ecclesiastica dispositione Pamphylia in duas fuerint partiti, ut et duae hic recenserentur nihil fuit necesse, praesertim cum una duntaxat in Notitia imperii Orientis reperiatur, nec duas Iustinianus, ut Novella 8 indicio est, noverit. id infirmari nolim, deesse plures civitates, nec numerum 935 retundari. grassata librorum negligentia, ut in ceteris omnibus, et hic est; multaque, quia vitiosiora videbantur, neglexit, alia turpissimis mendis foedavit. neque nupera ea corruptela est: si de Constantini imperatoris codice ex illis quae in l. 2 Them. inde transtulit, coniecturam feceris, corruptissimum, neque nostris munditie, quamvis admodum inquinatis, praestantiorum reperies: summa ille imis miscuit et provinciarum terminos frequentissime migravit. quae vitia ut agnosco, tamen criminationes quae in hanc Notitiam adferuntur, et quibus peccatorum quorum innocentissima est rea peragitur, repellendus existimem; quod ne nunc exsequar alia prohibent.

Quaerendum est, civilisne an ecclesiastica fuerit? Ia. Harduinus in Antirrhethico et Numis urb. antiq. illustr. litem secundum ecclesiasticam dedit, licet, cur eam tulerit sententiam, docere neglexerit; et post Harduinum plures. haud tamen iure: nihil enim Synecdemus praecipuum habet, unde ecclesiasticis Notitiis accensendus videri possit. nulli, ut bene auctor Dissert. Chorogr., throni, rarae metropoles, nulli archiepiscopi, nulli autocephali; cumque in una saepe provin-

cia plures metropoles, tametsi dignitate impares, fuerint, uti 628
 in Bithynia Nicomedia Nicaea et Chalcedon, vix unam atque
 alteram, saepenumero etiam nullam, eo titulo cohonestat. ad
 hoc, haud paucae recensentur urbes quibus nullus unquam
 episcopus fuit; quarum exempla cum suis quaeque locis ad-
 metiri constituerim, una hic Scythia defungar. illi 15 urbes
 contribuantur; unde singulis episcopis, si ecclesiastica foret
 Notitia, subditas fuisse existimares, cum tamen omnes unius
 Tomitani praesulis curae commissae fuerint. si addubites,
 Sozomenum H. E. 6 21 auctorem dabo: τοῦτο δὲ τὸ ἔθνος
 πολλὰς μὲν ἔχει καὶ πόλεις καὶ κώμας καὶ φρουρία, μητρό-
 πολις δὲ ἐστὶ Τόμις, πόλις μεγάλη καὶ εὐδαιμόνων, παρύλιος,
 ἐξ εὐωνύμων εἰσπλέοντι τὸν Εὐξείνου καλούμενον Πόντον. εἰσ-
 εἶτι καὶ νῦν ἔθος παλαιὸν ἐνθάδε κρατεῖ, τοῦ παντός ἔθνους
 ἕνα τὰς ἐκκλησιαστικὰς ἐπισκοπεῖν. utique si Synecdemus episco-
 porum ordinem et dignitates describeret, ut omnes eius pro-
 vinciae urbes enumeraret nihil opus fuisset: unam Tomita-
 nam, ut in Notitiis ecclesiasticis assolet, gentis praesuli dare
 potuisset. deinde plures plerisque in provinciis urbes, quae
 suos sibi episcopos habuerunt, quod in Notitia ecclesiastica
 insolens est, negliguntur. nec eo tamen telo alia omnia sen-
 tentes vehementius urserim: quid si illae exciderint? et sane
 multas negligentia exscriptorum deperditas esse mihi persua-
 deo. nam cui credibile fiet, ut uno exemplo utar, in Meso-
 potamiae provincia solam Amidam Hieroclis aetate Romauis
 fuisse superstitem? imo vero plures ibi florebant, sed a li-
 brariis susque deque habitae; qui, si absque codice Farne-
 siano fuisset, unam itidem Phoenicae maritimae reliquissent
 Tyrum. quid porro tituli magistratuam, quibus provinciae
 administrandae attributae fuerunt, ad Notitiam ecclesiasticam?
 quid Synecdemi nomen, quod huic Notitiae inscriptum est?
 id peregrinationis comitem adsignificat, argumentoque est Hie-
 roclum provincias obituris succurrere et imperii Orientis am-
 plitudinem in brevi quasi tabella praepingere voluisse. quae
 mihi caussa videtur cur provinciarum ordinem, uti praefectis
 et vicariis suberant, accuratissime servarit. libet id osten- 629
 dere, quod illa re suam ab ecclesiasticis Notitiis prorsus di-
 stinxerit. primum Thraciarum dioecsin, in 6 provincias de-
 scriptam et vicario parentem, quo de Notit. imp. Orient.
 c. 132 exsequitur: tum Macedoniae et Daciae dioecsin prae-
 fecto praetorii Illyrici attributam; cui nuper a Iustiano re-
 ciperatam Pannoniam, quae ante praefecto praetorii Italiae
 commissa fuerat, adiungit. hanc excipit Asiana 11 provin-
 ciarum, tum Pontica totidem provinciarum, dein Orientis pro-
 vinciae 15, tandem Aegyptus, prorsus ut in Notitia imp. Ori-

entis c. 1, omnes praefecti praetorio Orientis dispositioni et curae mandatae.

Atque haec de Synecdemo; cuius primam editionem Carolo a S. Paulo debemus, sed 14 provinciis mutilam. aliam animo agitasse Iac. Sirmondum ex quadam eius ad L. Holsteinium epistola p. 471 ed. Venet. suspicere: "de Hieroclis Synecdemo" inquit "gratuler an doleam nescio. imo re vera doleo tibi non a me dono datum fuisse, cum expeteres; et quod ego mihi contingere optabam, ut aliud exemplar nanciscerer, id tibi potius obtigisse gaudeo; atque ut ex animo me gratulari intelligas, si ad reliqua tua Geographica, cum ad Cramosium mittes, Africanam nostram adici iubes, non defugiam." quod, uti advertis, consilium deinceps repudiavit vidit versavitque eum Sirmondi ms Henr. Valesius, sicuti ad Ammian. 31 11 proficitur, haud obscure plurimis eum vitis obsitum fuisse innuens. demum L. Holsteinio bona quadam fortuna plures manu exaratos codices, Vaticanum Altempsianum et Farnesianos, obtulit, quorum ope correctum et 14 provinciis auctiorem Synecdemum praeter alia Geographica, de quibus Lambecius Bibl. Caesar. l. 6 p. 268, vulgare proposuerat; quibus conatibus, ne egregie inchoati absolventur, cum viri praestantissimi fatum obstitisset, latuere diu in Barberina bibliotheca schedae, donec Emmanuel Schelstratenus inde erutas publicaret, et Antiq. Ecclesiast. t. 2. p. 689 Hieroclem variis, quae vocantur, lectionibus et Latina Holsteinii versione instructum insereret. post deinde Anselmus Bandarius dignum censuit qui indidem sumptus tomum I Imperii Orientalis p. 31 ornaret. nos quoniam spe scripti codicis excidimus, eas editiones contendemus, et ex mss variantibus scripturis illas quae veriores aut propius a recto recedentes 630 videbuntur amplexabimur, reliquis, ut diiudicandi facultas ne auferatur, suo loco adscriptis. Latinam versionem, quod nemina urbium ea carere possent, et ne praeter rem libri melles inresceret, recidimus. habes instituti rationem; quam si harum rerum peritis probavero, satis uberem vigilati laboris fructum me percepisse arbitrabor.

Haec scripseram, iamque ad pag. 673. deveneram, cum mihi officiosissime vir clarissimus Sigeb. Havercampus ΤΑΞΙΝ ΠΡΟΚΑΘΕΡΑΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΩΝ, ex ms Bonaventurae Vulcanii excerptam, transmitteret. suspicatus fueram ex quadam Cl. Iac. Gronovii post Berkelii Stephanum nota eam τὰξιν aut partem esse Synecdemi aut certe in eodem codice Synecdemum lectitari; neque vana ea fuit suspicio: prorsus enim integer, etsi sine Hieroclis nomine, conspicitur, titulo praescripto quem et Imp. Constantinus l. 2 Them. 1

agnoscit. legit autem *) atque in his praecipue, quodque provinciarum nomina semper in secundo casu ponat, codex ille ab editis discrepat; pro cuius usu gratiae viro clarissimo debentur ingentes.

*) Lectiones codicis suis iam locis positas invenies. IB.

PETRI WESSELINGII

PROLEGOMENA.

ΙΕΡΟΚΛΕΟΥΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ

ΣΤΝΕΚΔΗΜΟΣ.

Εἶσιν αἱ πᾶσαι ἐπαρχίαι καὶ πόλεις αἱ ὑπὸ τὸν βασιλεὺς τῶν Ῥωμαίων τὸν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπαρχίαι ζδ', πόλεις ζλε', ὡς ὑποτέτακται.

α'. Ἐπαρχία Θράκης Εὐρώπης, ὑπὸ κομσουλάριον, πόλεις ιδ', Εὐδοξιούπολις, Ἡράκλεια, Ἀρκαδιούπολις, Βιζή, Πάνιον, Ὀρνοι, Γάνος, Καλλίπολις, Μορίζος, Σιντική, Σαυα-¹¹ δία, Ἀφροδισιάς, Ἄπρος, Κοῦλα.

β'. Ἐπαρχία Ῥοδόπης, ὑπὸ ἡγεμόνα, πόλεις ζ, Αἶτος, Μαξιμιανούπολις, Τραϊανούπολις, Μαρώνεια, Τόπειρος τῶν Ῥούσιον, Νικόπολις, Κερεόπυργος.

*γ'. Ἐπαρχία Θράκης, ὑπὸ κομσουλάριον, πόλεις ε', Θε-¹⁵ λιππούπολις, Βερόη, Διοκλητιανούπολις, Σεβαστούπολις, Διό-
πολις.*

6 post Ῥωμαίων Constantinus I. 2 Them. 1 διοικούμενος 8
κομσουλάριον editi ante Wesselingium (W), κομσουλάριον Const-
tinus (C). 10 πανόγιον ante W γάννος mss σιλια
mss praeter Leidensem (L) συγναδία ante Bandurium, σενά-
δα C 11 ἄπρος C κουλία ante W 13 μαρῶνα τὸ περὶ
ante W 16 βερόν ante W Διόπολις margo Banduri:
ceteri ante W om

δ. Ἐπαρχία Αἰμινόντου, ὑπὸ ἡγεμόνα, πόλεις ε', Ἀδριανούπολις, Ἀγγιάλος, Δεβελτός, Πλωτινούπολις, Τζοΐδης.

ε'. Ἐπαρχία Μυσίας, ὑπὸ ἡγεμόνα, πόλεις ζ', Μαρκανούπολις, Ὀδησσοσ, Δοροσιόλος, Νικόπολις, Νοβαί, Ἀπ-
5 πιαρία, Ἀβριττος.

ς'. Ἐπαρχία Σκυθίας, ὑπὸ ἡγεμόνα, πόλεις ιε', Τόμις, Διονυσόπολις, Ἀκραι, Καλλιτίς, Ἴστρος, Κωνσταντιάνα, Ζέλδεπα, Τρόπαιος, Ἀξιούπολις, Καπίδαβα, Κάρσος, Τρό-
σμις, Νοβιοδούνος, Αἰγισσος, Ἀλμυρίς.

10 ζ'. Ἐπαρχία Ἰλλυρικοῦ. α'. Μακεδονία ὑπὸ κοινου-
λάριον, πόλεις λβ', Θεσσαλονίκη, Πέλλη, Εὐρωπος, Διον,
Βέρροια, Ἐορδαία, Ἐδσσα, Κέλλη, Ἀλμοπία, Λάρισσα,
Ἡράκλεια Λάκκου, Ἀνταγία Γεμίνδου, Νικέδης, Δόβωρος,
Ἰδομένη, Βράγιλος, Τρίμουλα, Παρθικόπολις, Ἡράκλεια
15 Στρυμνοῦ, Σέρραι, Φίλιπποι, Ἀμφίπολις, Ἀπολλωνία, Νεά-
πολις, Ἀκανθος, Βέρρη, Ἀραυρος, κλίμα Μεστικὸν καὶ
Ἀκόντισμα, νῆσος Θάσος, νῆσος Σαμοθράκης.

η'. Ἐπαρχία Μακεδονίας β', ὑπὸ ἡγεμόνα, πόλεις η',
Στόλοι, Ἄργος, Εὐστράϊον, Πελαγονία, Βάργαλα, Κελαινί-
20 διον, Ἀρμονία, Ζάπαρα.

θ'. Ἐπαρχία Θεσσαλίας, ὑπὸ ἡγεμόνα, πόλεις ιζ',
Λάρισσα, Δημητριάς, Θῆβαι, Ἐχιναῖος, Λάμια, Ὑπάτα,
Μητρόπολις, Τρίκκη, Γόμφοι, Καισαρεία, Διοκλητιανούπολις,
Φάρσαλος, Σάλτος Βουραμίνσιος, Σάλτος Ἰόβιος, νῆσος Σκό-
25 πελος, νῆσος Σκιάθος, νῆσος Πεπάρηθος.

1 ε'] Ξ C 2 ἀγιάλος διερέτριος πλουτινούπολις ante W 3.
ὑπὸ — Σκυθίας om C 6 ιδ' C 7 καλάτης mss, καλα-
ταῖς editi ante W 8 ζέδελπα ante W, ζέπα C, ξέδελπα L
τρόπος L καπίδαβα ante W 9 νοβιοδούνος ἀγισσος
ante W 11 λα' C 12 διος, βέρροια, Ἐορδαία ante W 12
κόλλη ante W 13 ἀλμοπία ante W, ἀλμοπία C 14 ἰδομένη C
om C 13 διόβωρος ante W, διόβουρος C 14 ἰδομένη C
15 φιλιππος ἀμφίπους ante W 16 κλίμα, μετικὸν L, κλίμα,
μετικὸν ceteri 19 κελαιδίον ante W 21 ις' C 22 αι-
χιονίον ante W 23 τρέκας mss, τρέκας editi ante W κα-
πάρειαι omnes. Carolus a S. Paulo Παιονίαν addit, prorsus in-
tempreative, quippe a Thessalia remotissimam. W 24 φάρ-
σαλα ante W 25 σαρτοβουραμίνσιον ante W, qui in textu Σαλ-
τοβουραμίνσιον 26 σατοσιόβιος ante W 27 κεκίλια C, ἀκέκωια
Carolus a S. Paulo 28 πεπαράθηθς idem

ι. Ἐπαρχία Ἑλλάδος ἦγουν Ἀχιῦτας, ὑπὸ ἀνδύνατον, πόλεις οθ', Σκαρφία, Ἐλάτεια, Βοιδὸν καὶ Δρυμαία, Δαυλία, Χαιρώνεια, Νυῦπακτος, Δελφοί, Ἀμφισσα, Τιθώρα, Ἀμβρυσος, Ἀντίκυρα, Λεβαδία, Κορώνεια Βοιωτίας, Στίρις, Ὀπούς, Ἀνάστασις, Ἐκεψος, νῆσος Εὐβοία, Ἀνθηδών, Βουμέλιτα,⁵ Θεσπιαί, Ὑτίης Θύσθαι, Θῆβαι μητρόπολις Βοιωτίας, Τάναγρα, Χαλκῆ νῆσος Εὐβοίας, Πορθμός, Κάρυστος, Πλαταιαί, Αἰγούσθαι, Ἀθῆναι μητρόπολις Ἀττικῆς, Μέγαρα, Παγαί, ἐμπόριον Κρομμυῶν, Αἴγινα νῆσος, Ποιτιοῦσα, Κέα, Κύθνος, Δῆλος ἄδηλος, Σκῦρος Ταλαμένη μέχρι Θερμοπυλῶν,¹⁰ Κόρινθος ἢ ποτε Ἐφύρα μητρόπολις πάσης Ἑλλάδος, Νέα Σικυῶν, Αἴγεια, Αἴγιον, Μεθώνη, Τροιζήν, Ἐπίδαυρος, Ἐρμιόνη, Ἄργος, Τέγαι, Θάρκουσα, Μαντινεία, Λακεδαιμών μητρόπολις τῆς Λακωνικῆς ἢ πρὶν Σπάρτη, Γεράνθραι, Φαραί, Ἀσωπὸς[πόλις], Ἀκριαί, Φιάλεια, Μεσσήνη, Κορώνη,¹⁵ Ἀσίγη, Μεθώνη, Κυπαρισία, Ἥλις μητρόπολις Αἰτωλίας, νῆσος Κεφαλληνία, νῆσος Πάνορμος, νῆσος Ζάκυνθος, νῆσος Κυθηρία, νῆσος Μύκων, νῆσος Στροφαδία, νῆσος Μόλος ἀντικρὺ Κορίνθου, νῆσος Δωροῦσα, νῆσος Ἀἴμνος, νῆσος Ἰμβρος.²⁰

ια. Ἐπαρχία Κρήτης, ὑπὸ κοινουλάριον, πόλεις εβ, μητρόπολις Γορτύνη, Ίνατος, Βιέννα, Ἱερὰπύδνα, Καμάρα, Ἀλλυγος, Χερσονήσος, Λύκτιος, Ἀρκαδία, Κνωσός, Σούβριτος, Ὄαξος, Ἐλευθέρα, Λάμπαι, Ἄπτειρα, Κυθωνέα, Κίσσμος, Καντανία, Ἐλυρος, Λίσσος, Φοινίκη ἦτοι Ἀραδὴν, νῆσος Κλαῦδος.

ιβ. Ἐπαρχία παλαιᾶς Ἡπείρου, ὑπὸ ἡγεμόνα, πόλεις ιβ, μητρόπολις Νικόπολις, Δωδώνη, Εὐροία, Ἄκτιον, Ἀθριανούπο-

1 ἦγουν add W 2 ἡλίαινα apud Bandurium βοὲ καὶ δο-
μῦα ante W 3 ἀμφισσα ante W 5 ἀνθηδὼ Carolus a S. Paulo
6 πάναγρα idem 7 χάριστος aut χάρυστος ante W πλαταιαί
L: ceteri πλαταιαί 8 αἰγούσθαι Carolus a S. Paulo 9
κρομμῶν ante W, qui Κρομμῶν. αἰγινῆσος L ποτιοῦσα
ante W, πιδνοῦσα L 10 ταλαμένη L. σὶά λιμένη i. a. Λίμ-
νος Christophorus Wordsworthus (Athens and Attica p. 2). με-
χρι C, μετὰ L, με vulgo Θερμοπυλῶν CL, Θερμοπύλαι vulgo
11 ἐφυρος ante W 12 αἰγειαί L, αἰγαι ante W μεθώ-
να mas ἀρξαινα ante W, qui Τροιζένα 21 ὑπὸ ἡγεμόνα
ante W 22 ἱερὰ πύδνα ante W 24 ὁ ἄξιος ante W 25
φοινίκη ἀραδὴνα ante W

λις, Ἄπκων, Φοινίκη, Ἀγχιασμός, Βουθρωτός, Φωτική, Κέρκυρα νῆσος, Ἰθάκη νῆσος.

14. Ἐπαρχία νέας Ἠπειροῦ, ὑπὸ κονσουλάριον, πόλεις θ', Δωρράκιον ἢ ποτε Ἐπίδαμνος, Σκάμπα, Ἀπολλωνία, Βούλις, 5 Ἀμαντία, Πουλχεριούπολις, Ἀυλών, Λυχνιδὸς μητρόπολις, Λιστρῶν καὶ Σκεπῶν.

15. Ἐπαρχία Δακτίας μεσογείου, ὑπὸ κονσουλάριον, πόλεις ε', Σαρδικὴ μητρόπολις, Πανταλία, Γερμανά, Ναϊσός, Ῥεμσιάνα.

16. Ἐπαρχία τῆ παρα . . . ὑπὸ κονσουλάριον, πόλεις ε', Ῥατιάρια μητρόπολις, Βογωνία, Ἀκυές, κάστρα Μάρτις, 10 Ἰσκος.

17. Ἐπαρχία Δαρδανίας, ὑπὸ ἡγεμόνα, πόλεις γ', Σκοῦποι μητρόπολις, Μηρίων, Οὐλπιάνα.

18. Ἐπαρχία Πρεβάλεως, ὑπὸ ἡγεμόνα, πόλεις γ', Σκόδρα, Λίσσος, Δωρράκιον μητρόπολις.

19. Ἐπαρχία Μυσίας, ὑπὸ ἡγεμόνα, πόλεις ε', Βιμενάκιον μητρόπολις, Σιγγιδόνος, Γρατιανά, Τρικάρνια, Ὀρρεον Μάργον.

20. Ἐπαρχία Παννονίας, ὑπὸ ἡγεμόνα, πόλεις β', Σέρμιον, Βασιάνα.

21. Ἐπαρχία Ἀσίας, ὑπὸ ἀνθύπατον, πόλεις μγ', Ἐφεσος, Ἀναία, Πριήνη, Μαγνησία Μαιάνδρου, Τράλλεις, Νύσσα, Βρίουλα, Μάσταυρα, Ἀνίγητα, Ὑπαιπα, Ἀρκαδιούπολις, 25 Διὸς ἱερόν, Εὐάζα, Κολοσὴ, Ἄλγιζα, Νικόπολις, Παλαιὰ πόλις, Βαρέττα, Αὐλίου κόμη, Νέα αὐλή, Κολοφῶν, Μητρόπολις, Λέβεδος, Τίος, Σμύρνα, Κλαζομεναί, Σατρώγη, Μαγνησία Σιπύλων, Αἰγάη, Τῆμος, Φώκαια, Μύρινα, Κύμη, Πέργαμος, Ἐλαία, Πιτάνη, Τιάραι, Θεοδοσίου πόλις, Ἄδρα- 30 μύττιον ἢ ποτε Λύρνησος, Ἄντανδρος, Γάργαρα, Ἄσσοι.

4 σκάππα aut σκάπτα, et mox βούλος aut βούλης ante W 5 ἀλήνδος C μητρόπολις λιστρῶν καὶ σκευπῶν L 10 παλαιῆ C 11 βογονία L, μονοπία ceteri μάργυς ἰδαος ante W 15 πρέβαλε L, πρεβάλεων ceteri 24 ἕπηπα L 25 κολοασίης L, κολοασίς ceteri 26 Carolus a S. Paulo Ἀδρηλιούπολις Κύμη emendat, nulla iuxta causam motus. W 28 ἀσπάη L 29 ἀντανδρος L, ἄντανδρος ceteri

κα'. Ἐπαρχία Ἑλλησπόντου, ὑπὸ κομισουλάριον, πόλεις λ',
Κύζικος μητρόπολις, Προικόνησος, ἡ Ἐξορία, Βαρίσπη, Πά-
ριον, Λάμψακος, Ἄβυδος, Δάρδανον, Ἴλιον, Τρωάς, Σκίμαν-
δρος, Πολίχνα, Ποιμανητός, Ἀταρνέα, Ῥέκετα, Βλαυῶνον,
Σκέλεντα, Μόλις, Γέρμαι, Ἄπταος, Κέρρη, Σάγαρα, Ἀδρια-
νοῦ θῆραι, Ἡραι, Πιονία, Κοινοσίγη, Ἀργίτζα, Ξίος Τράδος,
Μανδακάδα, Ἐργαστήριον, Μάνδραι, Ἴπποι, Ὀκη, Σίδηρον,
Σκῆψις.

κβ'. Ἐπαρχία Φρυγίας Πακατιανῆς, ὑπὸ κομισουλάριον,
πόλεις λθ', Λαοδίχεια, Ἰεράπολις, Μόσωνα, Ἄττουδα, Τρα-
πεζούπολις, Κολασσαί, Κερετάπα, Θεμισόμον, Οὐαλεντία,
Σαναός, Κοινοῦπολις, Σιτουῦπολις, Κράσος, Λουῶδα, Πέλια,
Εὐμένεια, Σιβλία, Πέπουζα, Βριάνα, Σεβάστη, Ἴλουζα, Ἀκμο-
νία, Ἄλλιοί, Ἰουχαράταξ, Διόκλεια, Ἀρίστιον, Κύνισσος,
Ἄπτια, Εὐδοκίαις, Ἄζανοί, Τιβεριούπολις, Κάδοι, Θεοδοσία,
Ἄγκυρα, Σύνναος, Τημένου θύραι, Τρανούπολις, Πουλχερια-
νούπολις.

κγ'. Ἐπαρχία Λυδίας, ὑπὸ κομισουλάριον, πόλεις κ',
Σάρδεις, Φιλαδέλφεια, Τρίπολις, Θυάτειρα, Σίται, Μαιονία,
Ἰουλιανούπολις, Τράλλης, Ἀνρηλιούπολις, Ἄτταλία, Ἐρμεκα-
πηλία, Ἀκρασός, Ἀπόλλωνος ἱερόν, Τάβαλα, Βύγισ, Κεράση,
Μεσοσίμωλος, Ἀπολλωνίς, Ἱεροκαστέλλεια, Μοστήγη, Σατα-
λέων, Γόρδος.

κδ'. Ἐπαρχία Πισιδίας, ὑπὸ κομισουλάριον, πόλεις κς',
Ἀρτιόχεια, Νεάπολις, Λιμέναι, Σαβίται, Ἀτμενία, Πάπκα,
Σινιάνδος, Λαοδίχεια κεκανυμένη, Τυραῖον, Ἀδριανούπολις,
Φιλομήλιον, Σωζόπολις, Τύμανδρος, Μητρόπολις, Ἀπάμεια,
Εὐδοξιούπολις, Ἀγαλασσός, Βύρις, Σελεύκεια ἡ σιδηρῶ, ὁ
Τιμβριάδων, Θεμισόσιος, Ἰουστινιανούπολις, Μάλλος, Ἀδάδα,
Ζόρζιλα, Τιτυασσός.

κε'. Ἐπαρχία Λυκαονίας, ὑπὸ κομισουλάριον, πόλεις ιη',
Ἰκόνιον μητρόπολις, Ἀύστρα, Μίσθεια, Ἀμβλαδα, Οὐάσαδα,
Ὀμόναδα, Ἰλιστρα, Λάρανδα, Δέρβαι, Βαρατή, Ὑδη, Ἰσαν-

1 verius λγ'. W 6 θῆραι] καὶ ἤρας L, καὶ θῆραι ceteri 7
ὄκησιδηρον L, ὁ καισίδηρον ceteri 9 πακατιανῆς L, καιπατι-
ανῆς ceteri 30 ζόρζιλα ms Leid. 33 φέρβα, βάρβατα L

ρόπολις, Κόρνα, Σάβατρα, Πτέρνα, Κάννα, Γλαΐαμα, Ρίγνον.

κς'. Ἐπαρχία Θρυγίας Σαλουταρίας, ὑπὸ κονσουλάριον, πόλεις κγ', Εὐκαρπία, Ἱεράπολις, Ὀτρος, Σεκτόριον, Βροῦζος, κληρος Ὀρεινῆς, κληρος Πολιτικῆς, Δεβαλάκια, Λυσιάς, Σύνταδα, Πρύμνησος, Ἴφος, Πολύβοτος, Δοκίμιον, Μητρόπολις, Μῆρος, Νακολία, Δορύλαιον, Μίδαιον, δῆμον Λυκαόνων, δῆμον Αὐράκλεια, δῆμον Ἀμαδάσσης, δῆμον Πραιπενίσσου.

κζ'. Ἐπαρχία Παμφυλίας, ὑπὸ κονσουλάριον, πόλεις μζ', Πέργη, Σύλαιον, Μάγνδος, Ἀτταλία, δῆμον Οὐλίαμβος, Τρέσενα, δῆμον Καναύρα, Ἰοβία, Τερμησσός καὶ Εὐδοκίας, δῆμον Μενδενέω, δῆμον Πώγλα, Ἴσινδα, Βέρβη, Σινδαῦνδα, Μνωδία, χωρία Μιλυαδικά, Ὀλβασα, Παλαιάπολις, Λυσινία, Κόμανα, Κόλβασα, Κρημνα, Πανέμον τεῖχος, Ἀριασσός, Μαξιμιανούπολις, κτήμα Μαξιμιανουπόλεως, Ῥεγθαλάμαρα, Λιμύβραμα, Κόδρουλα, Δεμουσία, δῆμον Σαβαιῶν, Παστοληρισσός, Σέλη, Πριμούπολις, Σίδη, Σέρνα, Αὐρβη, Κασσά, Κότανα, Ὀρυννα, Κορακήσιον, Σῦδρα, Καράλια, Κορυβρασσός.

κη'. Ἐπαρχία Λυκίας, ὑπὸ κονσουλάριον, πόλεις λδ', Φασηλῆς, ὁ Ἄναπος, Γάγαι, Ἀκαλισσός, Ἐδεβησσός, Λίμυρα, Ἀρύκανδα, Ποδάλεια, Χῶμα, Ῥεγκυλιάς, Μύρα μητρόπολις, Ἀρνεαί, Κυάνεαι, Ἀπερλαί, Φελλός, Ἀντιφελλός, Κάνδυβα, Εὐδοκίας, Πάταρα, Ξάνδος, Κόμβη, Νύσα, Πίναρα, Σίδυμα, Τλωῶς, Γελμισσός, Καῦνος, Ἀραξα, Βουβῶν, Οἰνόανδα, Βάλβουρα, Κομιστάρας.

κθ'. Ἐπαρχία Νήσων, ὑπὸ ἡγεμόνα, πόλεις κ', Ῥόδος, Κῶς, Σάμος, Χίος, Μιτυλήνη, Μέθυμνα, Πέτελος, Τένεδος, Προσελήνη, Ἄνδρος, Τήνος, Νάξος, Πάρος, Σίφνος, Μῆλος, Ἴος, Θήρα, Ἀμουργός, Ἀστυνάλαια.

4 Ἱερόπολις L 5 πολεμῆ vel πολεμηκός editi δεβαλάκια mss
 11 Ἰοβία L: ceteri ζοβία εὐδοκίας L: ceteri εὐδοκία 12
 βερβίη ante W 13 μυοδία L χωρία ante W 16 σα-
 βαίων L 18 δρύμνα ante W δώβασσος ante W ατα-
 πος Bandurius 22 ἀρύκανδα ante W μοίρα Schelstrate-
 nus et Bandurius 23 ἀρνεαί ante W, ἀρνεαία mss 24 μύ-
 σαι mss 25 διδομα πλω editi ante W 26 κομιστάρας L
 30 ἀμολγός mss

λ'. Ἐπαρχία Καρίας, ὑπὸ κονσουλάριον, πόλεις ι', Μίλητος, Ἡράκλεια Λατμοῦ, Μύνδος, Ἀλικαρνασσός, Κνίδος, Κέραμος, Μύλασα, Στρατονίκεια, Ἀμυζῶν, Ἀλινδά, Ἀλάβανδα, Ὀρθωσία, Ἀρπασα, Νεάπολις, Ὑλάρημα, Ἀντιόχεια, μητρόπολις Ἀφροδισιάς, Ἡράκλεια Σαλβάκιος, Τάβαι, Ἀπολλωνιάς, Σεβαστόπολις, Ἴασος, Ἐρεζος, Μαρμιανούπολις, Ἀναστασιούπολις, χωρία πατριμονιάλια, Κιβύρα, Κοκτημαλικαί.

λα'. Ἐπαρχία Ποντικῆς α', ὑπὸ κονσουλάριον, πόλεις ιε', Χαλκηδών, Νικομήδεια, Πραίνετος, Ἐλενόπολις, Νίκαια, Βασιλινούπολις, Κίος, Ἀπάμεια, Προῦσα, Καισάρεια, Ἀπολλωνία, Δασκύλιον, Νεοκαισάρεια, Ἀδριανοί, Ρεγεταταῖος, Ρεγέδωρις.

λβ'. Ἐπαρχία Ὀνωριάδος, ὑπὸ ἡγεμόνα, πόλεις ε', Κλανδιούπολις, Προουσίας, Ἡράκλειμ, Τίος, Κρατία, Ἀδριανούπολις.

λγ'. Ἐπαρχία Παφλαγονίας, ὑπὸ κορίκτορα, πόλεις ε', Γάγγρα, Πομπηϊούπολις, Σόρα, Ἀμάστριον, Ἴωνόπολις, Δάδυβρα.

λδ'. Ἐπαρχία Γαλατίας α', ὑπὸ κονσουλάριον, πόλεις ζ, Ἄγκυρα μητρόπολις, Ταβία, Ἀσπωνα, Κίνα, Ρεγελαγανία, Ρεγέμνιζος, Ἡλιούπολις.

λε'. Ἐπαρχία Γαλατίας σαλουταρίας, ὑπὸ ἡγεμόνα, πόλεις θ', Πεισινοῦς, Ρεγεμαυρέκιον, Πητινησσός, Ἀμώριον, Κλάνεος, Ρεγετρόκναδα, Εὐδοξιάς, Μυρικιῶν, Γερμία.

λς'. Ἐπαρχία Καππαδοκίας α', ὑπὸ κονσουλάριον, πόλεις δ', Καισάρεια, Νύσσα, τὰ Θέρμα, Ρεγεποδανδός.

λζ'. Ἐπαρχία Καππαδοκίας β', ὑπὸ ἡγεμόνα, πόλεις η', Τύανα, Φαυστινούπολις, Κύβιστρα, Ναζιανζός, Σάσιμα, Πανασός, Ρεγεδόρα, Ρεγεμουκισός.

λη'. Ἐπαρχία Ἐλενοπόντου, ὑπὸ κονσουλάριον, πόλεις β', Ἀμασία, Ἰβωρα, Ζήλα, Σάλτον Ζαλίχην, Ἄνδραπα, Ἀμσός Σινώπη.

| | | | |
|---|-----------------------|-----------------|----------|
| 1 λς' ante W | 3 ἀμυζῶν ante W | ἀλάβανδα ante W | 4 |
| ἀλάρημα L, ὑλάρημα ceteri | 5 τάβας Bandurius | 8 α' | |
| vulgo om | 11 ἀδριανός L | ρεγεταῖος L | 12 ρεγε- |
| δωριές L, ρεγοδώριμ ceteri | 14 πρασίας editi | πίος μμ | |
| 17 πάγρα Bandurius et Schelstratenus | 19 α' mss om | 21 | |
| μυρακίων ante W | 27 κονσουλάριον vulgo | 30 Ἐλενοπό- | |
| λεως Schelstratenus et Bandurius, ἑλεπόντου L | | | |

19. Ἐπαρχία Πόντου Πολεμωναίου, πόλεις ε', ὑπὸ ἡγεμόνα, Νικοκισαρία, Κόμανα, Πολεμώνιον, Κερασσοῦς, Τραπεζοῦς.

μ'. Ἐπαρχία Ἀρμενίας α', ὑπὸ κονσουλάριον, πόλεις ε',
5 Σεβάστεια, Νικόπολις, Κολώνεια, Σατάλα, Σεβαστοῦπολις.

μα'. Ἐπαρχία Ἀρμενίας β', ὑπὸ ἡγεμόνα, πόλεις ε',
Μελιτηνή, Ἄρκα, Ἀράβισσος, Κουκουσός, Κόμονα, Ἀρια-
ραθία.

μβ. Ἐπαρχία Κιλικίας α', ὑπὸ κονσουλάριον, πόλεις η',
10 Ταρσὸς μητρόπολις, Πομπηϊούπολις, Σεβάστη, Κώρυκος, Ἄδα-
να, Ἀγούστα, Μάλλος, Ζεφύριον.

μγ'. Ἐπαρχία Κιλικίας β', ἡ ὑπὸ ἡγεμόνα, πόλεις θ',
Ἀνάζαρβος μητρόπολις, Μοψουεστία, Αἶγαι, Ἐπιφάνεια, Ἀλε-
ξάνδρεια, Ρῶσος, Εἰρηνούπολις, Φλαβιάς, Κασταβάλα.

15 μδ. Ἐπαρχία Κύπρου τῆς νήσου, ὑπὸ κονσουλάριον,
πόλεις ιε', Κωνσταντία μητρόπολις, Ταμασσός, Κίτιον, Ἀμα-
θοῦς, Κούριον, Πάφος, Ἀρσινόη, Σόλοι, Λάπιθος, Κιρβοῖα,
Κύθροι, Καρπάσιον, Κυρηνία, Τριμιθούντων, Λευκουσία.

με'. Ἐπαρχία Ἰσαυρίας, ὑπὸ ἡγεμόνα, πόλεις κγ', Σε-
20 λεύκεια μητρόπολις, Κελένδερεις, Ἀνεμούριον, Τιτιούπολις,
Λάμος, Ἀντιόχεια, Ἰουλιοσεβαστή, Κέστροι, Σελινοῦς, Ἰο-
τάπη, Διοκισαρία, Ὀλβη, Κλαυδιούπολις, Ἰεράπολις, Δαλί-
σανδος, Γερμανικόπολις, Εἰρηνούπολις, Φιλαδέλφεια, Μωλώη,
Ἀδρασός, Ζεέδη, Νεάπολις, Αἰζαδος.

25 μς. Ἐπαρχία Συρίας α', ὑπὸ κονσουλάριον, πόλεις ζ',
Ἀντιόχεια ἡ πρὸς Λάφνην, Σελεύκεια, Λαοδίκεια, Γάβαλα,
Πάλτος, Βέροια, Χαλκίς.

μζ. Ἐπαρχία Συρίας β', ὑπὸ ἡγεμόνα, πόλεις η', Ἀπά-
μεια, Ἐπιφάνεια, Ἀρεθούσα, Λάρισσα, Μαριάμη, Βαλανέα,
30 Ῥαφανέαι, Σελευκόβηλος.

2 πολεμωναίου L: ceteri πολεμιακού 2 τολεμώνιον L: ce-
ceteri τολεμόνιον 7 μελιτηνὴ L κόκουσος L ἀραρασθία
ante W 14 φλαβία Schelstratenus et Baudurius 16 ταμα-
σός L 17 κόρην olim ἀρσενός aut ἀρσινόε mss 18
καρπάσιον editi ante W Τριμ. Λευκ.] hae duae recentiori
manu adianctae sunt ms Farnes. 21 ἰοτάπη ante W 23
μωληθαρασός ante W 24 λαυζαδάλη L, λαυζαδαίτε ceteri 30
σελευκόβολος ante W

μη. Ἐπαρχία Εὐφρατησίας, ὑπὸ ἡγεμόνα, πόλεις ιβ', Ἱερὰπολις, Κύρος, Σαμώσατα, Δολίχη, Ζεῦγμα, Γερμανικία, Περρή, Νικόπολις, Σχηναρχαῖα, Σαλγενορατίζενον, Οὐρμα, Εὐρωπος.

μθ. Ἐπαρχία Ὀσροηνῆς, ὑπὸ ἡγεμόνα, πόλεις θ', Ἐδεσσα, Κωνσταντία, Θεοδοσιούπολις, Κάρραι, Βάτναι, Νέα Βαλεντία, Λεοντόπολις ἢ καὶ Καλλινίκη, Βίρθα.

ν. Ἐπαρχία Μεσοποταμίας, ὑπὸ ἡγεμόνα, πόλιν α', Ἄμυδα.

να. Ἐπαρχία Φοινίκης, ὑπὸ κομισουλᾶριον, πόλεις ιδ',¹⁰ Τύρος, Πτολεμαῖς, Σιδῶν, Βηρυτός, Βίβλος, Βόστρυς, Τρίπολις, Ἀρκαί, Ὀρθωσιᾶς, Ἀραδος, Ἀντάραδος, Κωνσταντῖνα Πρωγωνᾶς, Πανειᾶς.

νβ. Ἐπαρχία Φοινίκης Λιβανησίας, ὑπὸ ἡγεμόνα, πόλεις ε', Ἐμισσα, Λαοδίκεια, Λαμασκός, Ἡλιούπολις, Ἄβιλα,¹⁵ Πάλμυρα.

νγ. Ἐπαρχία Παλαιστίνης, ὑπὸ κομισουλᾶριον, πόλεις κβ', Καισάρεια μητρόπολις, Δῶρα, Ἀντιπατρίς, Λόσπολις, Ἄζωτος παράλιος, Ἄζωτος μεσόγειος, Ἐλευθερόπολις, Ἄλβια ἢ καὶ Ἱεροσόλυμα, Νέα πόλις, Λιβιάς, Σεβάστη, Ἀνθηδών,²⁰ Διοκλητιανούπολις, Συκαμάζων, Ὀνούς, Σώζουσα, Τόπη, Γάζα, Ραφία, Ἀσκαλών, Ἀριζα, Βιτύλη.

νδ. Ἐπαρχία Παλαιστίνης β, ὑπὸ ἡγεμόνα, πόλεις ια', Σκυθόπολις, Σέλλα, Γάδαρα, Ἄβιλα, Καπετωλιάς, Ἴππος, Τιβεριᾶς, Ἐλενούπολις, Διοκαισάρεια, Μαξιμιανούπολις,²⁵ Γάβαι.

νε. Ἐπαρχία Παλαιστίνης γ', ὑπὸ ἡγεμόνα, πόλεις ι', Πέτρα, Αὐγουστόπολις, Ἀρίνδηλα, Χαραγμοῦβα, Ἀρεόπολις, Ζωάρα, Μάμψις, Βιτάρους, Ἐλοῦσα, Σάλτων.

2 σαμώσατα ante W 3 πέργη L εὐρωπος ante W 5
 ὄσροηνῆς κοσρωηνῆς L, ὄσρωικην Schelstratenus et Banduricus
 ὄσρωηνῆς ms Holsteinii 6 κάρραι ante W 7 βαλεντίας
 vel οὐαλεντίας mss βίρθα ante W, om L 9 ἄμυδα
 princeps editio, ἔμυδα Band. et Schelstr. 10 πόλιν α' olim
 11 post Τύρος quae sequuntur, Holsteinus addidit e codice Farnesiano. habet etiam L. 12 ὄρκαί L. 13 πανειᾶς L. 15
 ἄβιλλα ante W 19 ἢ ἔλβια καὶ Farn. 21 σώσουσα L. 22
 ῥαμφία mss 24 καπιτωλία L. 27 γ' om L. 28 ἀρί-
 δεια L. 29 ζώορα L.

νε'. Ἐπαρχία Ἀραβίας, ὑπὸ κοινουβάριον, πόλεις ιζ',
 Βόστρα, Νιλακώμη, Ἄδρα, Δία, Ἐξακωμία κώμη, Μήδαβα,
 Γέρασα, Μαιοῦδος, Φιλαδέλφεια, Νεάπολις, Ἱεράπολις,
 Φιλιππόπολις, Φαινὼ, Κωνσταντία, Λιουσιᾶς, Καρόθα,
 5 Ἄδρασσός.

νζ'. Ἐπαρχία Αἰγυπτιακῆς, ὑπὸ αὐγουστάλιον, πόλεις κγ',
 Ἀλεξάνδρεια, Ἐρμούπολις, Μενελαΐτης, Μέτηλις, Βούτος,
 Καβασσά, Σῦϊς, Ναύκρατις, Ἄνδρων, Νικίου, Ξοῖς, Φοῦγω-
 νις, Παχνεμονίς, Διόσπολις, Σεβεννυτός, Ὀνουφίς, Τάνα,
 10 Κλεοπάτρα, Κυνώ, Βούσιρις, Ὅασις, Ἐλευρχία, Παράλιος.

νη'. Ἐπαρχία Αὐγούστα α', ὑπὸ κορηκτορα, πόλεις ιγ',
 Ῥινοκόρουρα, Ὀστρακίνη, Κάσσιον, Πεντύσχοινον, Ἀφναῖον,
 Γέρρας, Σκέννα, Πηλουσίον, Σεθραῖτης, Ἡφαιστος, Πανίδυ-
 σος, Τάννις, Θμοῦις.

15 νθ'. Ἐπαρχία Αὐγούστα β', ὑπὸ ἡγεμόνα, πόλεις ζ',
 Λεοντώ, Ἄθριβις, Ἡλίου, Βούβαστος, Φάρβαιθος, Ἀραβία,
 Κλύσμα κάστρον.

ξ'. Ἐπαρχία Ἀρκαδίας, ὑπὸ ἡγεμόνα, πόλεις θ', Κυνώ,
 Ὀξύρυγχος, Ἡρακλέως, Ἀρσενοῖτης, Θεοδοσιούπολις, Νειλό-
 20 πολις, Ἀφροδιτώ, Μέμφις, Λητούς.

ξα'. Ἐπαρχία Θηβαῖδος τῆς ἐγγιστα, ὑπὸ ἡγεμόνα, πό-
 λεις ι', Ἐρμού ἢ μεγάλη, Θεοδοσιούπολις, Ἀντινώ, Κοῦσαι,
 Λύκων, Ὑψηλή, Ἀπόλλων μικρός, Ἀνταίου, Πανός, Ὅασις
 μεγάλη.

25 ξβ'. Ἐπαρχία Θηβαῖδος τῆς ἄνω, ὑπὸ δουκα, πόλεις ια',
 Πτολεμαῖς, Διόσπολις, Τέντυρα, Μαξιμιανούπολις, Κόπτος,
 Οἶκαι, Διοκλητιανούπολις, Ἐρέσβυθος, Λύτων, Ἀπολλωνιάς,
 Ὀμβοι.

ξγ'. Ἐπαρχία Λιβύης τῆς ἄνω, ὑπὸ ἡγεμόνα, πόλεις ι',
 30 Σώζουσα, Κυρήνη, Πτολεμαῖς, Τεύχειρα, Ἀδριανή, Βερονίκη.

ξδ'. Ἐπαρχία Λιβύης τῆς κάτω, ὑπὸ ἡγεμόνα, πόλεις ε',

1 φαίνα mss 3 μελέτης mss 8 ζώης Farn. φραυύνης
 Farn., φρανύνης L 9 Τάνα L 10 κλεοπάτρας L δά-
 σης mss 11 κορηκτορος L, κόρηκτος Farn. 12 ὀστρακίνη
 Farn. 16 λεονταί L ἀθρίθης mss φάρβιθος Farn.,
 φάρβιτος L 19 Ἡρακλεώ? 21 τῆς mss om 23 ὑψηλή
 Farn. πάνιος idem 27 φῆβαι L ἐρέσβυθος L 28
 ὄμφροι L, ὄμβροι Farn. 30 ἀδριανοί L ἑβρονίκη L

Παρατόνιον, Ζωγοζυγούλης, Πιδονία, Ἀντιφρώ, Δάρις, Ἀμμωνιακή.

Τέλος τοῦ καταλόγου πασῶν τῶν ἐπαρχιῶν καὶ πόλεων τῶν ὑπὸ τοῦ βασιλέως τῶν Ῥωμαίων τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει διοικουμένων.

5

7 τέλος — διοικουμένων] ita L. Farnesianus: εἰσὶν τῆς δύσεως αἱ ἐπαρχίαι ὑπὸ Ῥώμην ζ, Ἰταλίας ἐπαρχία Νωρίκου, ἐπαρχία Γαλήνων, ἐπαρχία Σπανίων, ἐπαρχία Βρισγάμων, ἐπαρχία Πανονίων, ἐπαρχία Ἀφρικής, ἐπαρχία Σικελίας, ἐπαρχία Σαρδηνίας, ἐπαρχία Κορσικῆς.

PETRI WESSELINGII
IN HIEROCLIS SYNECDEMUM
COMMENTARIUS.

390, 8. Θράκης Εὐρώπης] sex Thraciarum provincias Theodoretus H. E. 5 28 et Sextus Rufus Breviar. c. 9, Europam, Rhodopen, Thraciam, Haemi montem, Moesiam secundam et Scythiam fuisse docent: easdem Hierocles, singulis suas urbes et magistratus tribuens, recenset. suberant uni dioeceseos Thraciarum vicario, de quo Notitia imp. Orient. c. 132; Theodoretus propterea H. E. 3 7 ἀρχοντα ἀπάσης τῆς Θρακῆς appellare videtur.

Ibid. ἐπὶ κοινουλάριον] fuit olim proconsularis Europa; quam eius provinciae dignitatem Imp. Constantius creato urbis Cpolitanae praefecto mutavit. Socrates H. E. 2 41: καὶ τότε τὸν ἑπαρχὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως κατέστησεν, Ὀνωράτου ὄνομα, τὴν ἀνθυπάτων παύσας ἀρχήν. cum enim ea urbs in Europa eiusque fuerit caput, dicaturque proconsulem habuisse, de provincia dubium esse nequit; praesertim cum ex veterum scriptis proconsules Henr. Valesius eruerit, quibus addi Priscus poterit provinciae Europae proconsul ex Menologio Canisiano 11 Iul. sub Diocletiano, et Taurus, qui Constantini M. aetate Thracibus proconsulari imperio praefuit, ex Porphyrogenetae Constantini l. 2 Them. 1. quid itaque Io. Harduino, non Valesio solum obloquente, sed et τὴν ἀνθυπάτων ἀρχήν de duumvirum magistratu ad Themistii orat. 17 interpretante, facias? mihi ambiguum non est quin temere a viro doctissimo dissenserit. operae pretium utique fuerat proconsules e veterum monumentis productos profligare, et exemplis ἀνθυπάτους eosdem ac duumviros esse firmare; quorum neutrum cum fecerit, eius dissensu paucissimi movebuntur. post praefectum autem urbi regiae a Constantio impositum, consularis Europam administravit; unde

Const. Porph.

Aradius Proculus in Thesaur. p. CCCLXI. 1. consularis provinciae Europae sub eo imperatore dicitur. erant consulares *Κονσουλάριοι*, ut in Glossis est Nomicis *ὑπατικοί*, sive consulatu essent functi seu ornamentis consularibus donati: nam Constantinus l. 2 Them. 1 *βουλευτὰς* esse monens, consilarii *κονσουλιαρίον* voce, quam suo in codice legebat, deceptus est. regebant provincias dignatione correctoribus et praesidibus potiores, ut l. unica c. Th. de consular. innuit: habebant lictores et fasces, qui fasces consularitatis in l. 4 c. Th. ad l. Iul. de ambitu vocantur; et numero quidem sex, unde Paulinus Nolanus Natal. 13 §42 de se Campaniae consulari:

ergo ubi bis terno dicionis fasce levatus
deposui nulla maculatam caede securim.

ubi vero eo honore erant defuncti, illum iterare non poterant, sicuti dicta l. ult. de ambitu sciscit; quamquam non desint eorum exempla qui iterum gesto honore claruerunt, de quibus ibi l. Gothofredus. originem consularium ab Augusto esse ad Spartiani Hadrian. c. 22 Salmasius disputat.

390, θ. *Εὐδοξιούπολις*] ab Eudoxia Arcadii hoc nomen Selymbria impetravit. Socrates H. E. 7 36: *Θεόφιλος ἀπὸ Ἀπάμειας τῆς ἐν Ἀσίᾳ μετηνέχθη εἰς Εὐδοξιούπολιν τὴν τὸ παλαιὸν Σαλαμβρίαν καλουμένην.* Selymbriam intelligi et Socrati reddi oportere liquet ex Stephani pontificis ad Basilium Macedonem epistola inter Acta consilii Cp. 4 p. 653, ubi *Σελυβρία*, in quam episcopus ille migraverit, appellatur. alia quidem omnia L. Holsteinius in Caroli a S. Paulo Geogr. S. autumavit, Pisidiae Eudoxiopolin olim Salambriam fuisse opinatus: sed Romanus Eudoxiopolitanus praesul, quo auctore potissimum nititur, auctoritatem defugit, cum tom. 8. C. Geogr. p. 527 actis Chalcedonensibus inserit, *Romanus episcopus Eudoxiopolis, id est Selymbriae provinciae Thraciae, subscripsi.* videntur autem Selymbriani hunc titulum abstulisse, postquam Arcadio se imperatori donassent. hinc Arcadius et Honorius l. 42 C. Th. de oper. publ.: *Eudoxiopolitanæ civitatis cives pro oblata nobis sua patria ergasteriis condonamus.* sic lege et vide l. Gothofredum.

Ibid. *Ἡράκλεια*] secundum dignitatis locum in Europa post regiam urbem tenebat, Procopio Fabr. Justin. 4 9 teste; et quoniam huic metropoli olim subditum Byzantium erat, consuetudo ut Heracleensis episcopus Cpolitano patriarcham inauguraret atque ordinaret deinceps valuit, sicuti Codinus Offic. Cp. c. 20 admonuit.

Ibid. *Ἀρκαδιούπολις*] Bergum Theodosius sive Arcadius (neque enim scriptoribus convenit) instauravit et Arca-

dii nomine praestrem esse iussit. Theophaues Arcadio Chronogr. p. 66, Cedrenus patri Theodosio Compend. p. 266 tribuit. apposita erat Ergina, quo de ad Ant. Itin. p. 230, fluvio: auctor anonymus de Leone Armeno p. 434: *καὶ ἐλθόντος ἕως Ἀρκαδιουπόλεως καὶ περάσαντες τὴν Ῥηγίαν, ποταμὸς δὲ οὗτός ἐστιν, εὐρὸν λαὸν πολὺν.* nam Rbегina non alius est ac Ergina sive Erginus. excerpta e Strabonis l. 7 p. 330: *ὅτι ὁ νῦν ποταμὸς Ῥιγινία ἐν Θρακίᾳ καλούμενος Ἐρίγων ἦν.* imo Ῥηγίνα et Ἐργίνος, Apollonio Melae et Plinio celebratus: nam Erigon Macedoniae erat flumen.

390, 9. Βιζύη] urbs ex Plinio et Ptolemaeo atque aliis est notissima. τὸ τῆς Βιζύης πολίχνηον Zonarae in Michaële Balbo p. 112, Κάστρον Βιζύης in Hist. Disputat. Maximi et Theodosii tom. 3 Op. Sirmondi p. 355. Βύζη in Actis concil. Ephesini et Chalcedonensis passim, sed perperam, dicitur.

Ibid. 10. Πάνιον] hoc ex Constantini l. 2 Them. 1 vulgato praeprenomus. maritimae Thraciae αἱ παράλιοι τῆς Θρακίης πόλεις, τὸ τε Πάνιον καὶ ἡ Ἡράκλεια, sunt in Cedreni Compend. p. 417; unde colligas haud multum Heraclea semotum fuisse oppidum. clarius id videas ex Suida in Πάνιον, et ex concilio Ephesino p. 790, ubi Heraclea et Panion eundem episcopum habent. postea tamen singulis episcopis paruerunt; unde consilio Cp. 3 p. 500 Ῥηγίνος ἐπίσκοπος Πανίου τῆς Θρακῶν χώρας scribendo adfuisse dicitur.

Ibid. Ὀρεινοί] Frid. Morellus in Constantini l. 2 Them. 1 Ὀρεινός legi posse suspicatur pro oppido montanorum Thraciae populorum, quos Ὀρεινοὺς Xenophon l. 7 Exped. Cyri vocet. at huius nominis urbem in Thracia nemo novit; fuisset praeterea extra Europae fines in Scythia provincia ob ea quae Xenophon Exp. Cyr. 7 p. 320 memorat. ego de Arzo et Tonzo cogitaveram: sed cum plura, quae vix apud alios reperias, in Synecedemo sint obvia, nihil constituërim.

Ibid. Γάνος] Suidas τὸ πρὸς τῇ Θρακίᾳ ὄρος ἡ Γάνος. τὰ τοῦ Γάνου ὄρη memorat auctor anonymus de Leone Armeno p. 433. hinc conicere licet urbem Ganum ad Propontidem eiusdem nominis monte fuisse incinctam, pessime autem habitam esse in Libanii Apol. Demosthen. tom. 1 p. 451, ubi Σέρριον τεῖχος καὶ Δόρισκον καὶ Μυρτίνον καὶ Γάνος καὶ Σανίδα χώραν· εἰδ' ὑπὲρ τούτων, ὧν οὐδὲ τὰ ὀνόματα ἴσμεν, ἐξαιισταμεθα; scripsisse Σέρριον, Γάνος et Γανίδα ex Aeschine, quem imitator (in Ctesiphont. p. 65) et Valesio ad Harpocratonis Μύριανον cognosces.

Ibid. Καλλιόπολις] recentioris aevi Graecos Καλλιὸν πό-

λιν appellasse alias animadversum fuit. causam habuere quod eam a Callia, Atheniensium duce, conditam fuisse existimarent, ut Io. Cinnamus 5 3.

390, 10. Μόριζος] Constantinus Μήριζος. unde Morellus: *Merizus an Meritus? ut Plinius vocat montem Thraciae, in quo forte an urbs sita fuit; nam cum nemo noverit, coniecturae haud accesserim. rectius huc referuntur eiusdem Plinii 4 11 Moriseni, qui Thraciae partem incoluerint; laudoque Io. Harduinum, quod in recentata Plinii editione Morizum ad eos firmandos advocaverit.*

Ibid. Σιλτικῆ] Constantinus Σαλτικῆ. posses ex priorē Σιντικῆν, ex posteriore Βισαλτικῆν formare, nisi regionum ea essent cōgnomina et ultra fines Europae versus Macedonia. si Σαλτικῆ potior sit (nam Bisanthen in voce latere non apertum est), a Saltibus, ut pluribus in Synecdemo, nomen venire potuit. [Σιντικῆ cod. Leidensis, et recte. Sintice regio veteris Macedoniae, de qua Livius l. 44 c. ult., intelligitur. *Wesseling. Prolegg. p. 630.*]

Ibid. Σαβαδία] sic malo e ms, quamquam Σαβαδία verius videtur. sola, quod rescire potui, Ephesini concilii Acta urbis memoriam servarunt. supplicat patribus episcopi Europae p. 790 tom. 5 C. G. his verbis: *Vetus mos viget in provinciis Europae, quod singuli episcopi duos vel tres sub se habeant episcopatus. unde Heracleae episcopus sub se habet Heracleam et Panion, episcopus autem Byzaces sub se Byzen et Arcadiopolin, Coelensis vero similiter Coelan et Callipolin; porro episcopus Sabsadiae sub se habet Sabsadiam et Aphrodisiadem.* e quibus paucissimos olim in Europa fuisse episcopos cognoscimus, et Sabadiam Aphrodisiadi vicinam: nam Sabsadiam eandem atque hanc esse nemo addubitaverit. sita fuit in Thraciae regione Sapaica, Σαπαικῆ, de qua Ptolemaeus 3 2, cui a Sapaecis id nomen haesit. habet Appianus B. C. 4 p. 1037 τὰ στενὰ Σαπαίων καὶ Τουρηίων angustias Sapaecorum et Turpilorum in Thracia, quas Norbanus et Ceditius occuparunt; unde perperam p. 1023 eiusdem libri τὰ στενὰ Τουρηίδων καὶ Σαπαίων iidem insedissee feruntur. quamquam ne sic quidem bona omnia fuerint: ignoti enim plane Turpili sunt, in Corpilos ex Plinio et Solino mutandi. Sapaecos, ut ad eos redeamus, Sabos Σάβους alii vocant, ut Eustathius in Dionys. Perieges. 1069, indidemque Sabazii Iovis et Bacchi titulum repetunt: Scholiastes in comici Vespas v. 9: Σαβάζιον δὲ τὸν Διόνυσον οἱ Θράκες καλοῦσι, καὶ Σάβους τοὺς ἱερεῖς αὐτοῦ. a Sabis Thracibus, Sabazii sacerdotibus, σάβη, σαβάζειν, Σαβάζιος formarunt; cumque Sabadius non alius sit (Macrobiius

Saturn. 1 18: *Item in Thracia eundem haberi Solem atque Liberum accipimus, quam illi Sabadium nuncupantes magnifica religione celebrant*), plane mihi persuadeo urbem Sabadium aut Sabasdiam vero fuisse nomine, atque a cultu Sabazii, aut vicissim Sabazium ab urbe, eo titulo esse ornatam. non desunt, fateor, qui Phrygibus Sabazium deberi censent; quae res opinioni nihil nocuerit: Phrygibus enim et Thracibus multa erant communia sacra, quibus τὰ Σαβάζια Strabo 10 p. 471 accenset: ne nunc dicam Phryges e Thracum finibus in Asiam commigrasse perhiberi a Strabone et Herodoto 7 73. utcunque ceciderit, digna utique Sabadia fuerat quae inter episcopales Europae sedes in C. a S. Paulo Geogr. S. locum tueretur.

390, 11. Ἀφροδισία] Ἀφροδισίας praestat. vid. Ant. Itin. p. 333.

Ibid. Κοιλία] Κοίλα oportuerat; quod nomen ex loci natura portus impetravit, prorsus ut τὰ κοίλα τῆς Εὐβοίας, de quibus praeter Herodotum 8 13 egregie Dio Chrysostomus orat. 7 p. 100. erat hic portus circa Sestum, ut ex Niceta Rer. Manuel. 5 p. 81 Valesius ad Ammian. 22 8 docuit, nec longe a Madyto. Anna Alex. 14 p. 429: τοὺς μὲν τοῖς λιμέσι Μαδύτου καὶ Κοίλων προσορμίσαι. atque hoc clarius in Actis concilii Nicaeni secundi indicatur, cum Leonides ἐπίσκοπος Μαδύτου ἦτοι Κόλης p. 351 fuisse perhibetur, et p. 571 Μαδύτου ἦτοι Ἑκοίλα: quantumvis enim male portus edatur nomen (Κοίλων enim, nisi et Κόλης formaverint, ut Coelam Euboeae Valerius 1 8 11 et Coelan Acta concilii Ephesini, appellari debuerat), licet, inquam, in nomine error sit, vicinos fuisse portus, cum eidem paruerint praesuli, apparet. ceterum nulla hic habita ratio est plurium Europae urbium; quae res, nisi falsus sum, non scriptori sed amanuensibus debetur.

Ibid. 12. ὑπὸ ἡγεμόνα] Constantinus l. 2 Them. 1 consulari et hanc mandat, a codice suo, plura in hac provincia turbante, deceptus: praesidialem fuisse Rhodopen Notitia imp. Orient. c. 1 ostendit. erat quidem praesidis nomen generale; eoque et proconsules et legati Caesaris et omnes provincias regentes praesides appellabantur, ut in l. D. de offic. praesid. est: valuit tamen usus ut provinciis quibusdam praesides, a consularibus et correctoribus diversi illisque dignatione inferiores, unde et illis in l. 8. c. Th. de Cohort. postponuntur, imponerentur; cumque consulares fascibilia essent illustres, horum inter insignia vexilla praesidialia l. 4 c. Th. ad l. Iul. de ambitu et Notkerus Martyrol. prid. Cal. Aug.

recensent, qua de re I. Gothofredus. quod vero doctissimus Dissert. Chorogr. Ital. auctor p. XXV scribit, sub provincia Rhodope in Synecdemo 7 urbes designari, vix autem 5 nominari, id festinanti excidisse mihi persuadeo.

396, 12. *Αἶνος*] ab Aenea conditam perhibent; verene ac nominis quadam conformatione impulsus, disputant Cl. Salmasius in Solin. p. 114, Henr. Valesius in Ammian. 22 8, Pier. Valerianus Aeneid. 3 18. Homero si litis arbitrium defertur, Aenus Aenea prior erit: inde auxilia ad Troiam mittit Iliad. 4 520; quorsum cum Hesychius respexerit in *Αἶνος*, forte, ut poëtae scholia, ἀπὸ Αἶνον scripsit. utebantur incolae coelo frigidissimo, quamobrem Stratonicus ἐν Αἶνῳ ἔφη τοὺς μὲν ὀκτῶ μῆνας εἶναι ψῦχος, τοὺς δὲ τέτταρας χειμῶνα. fuit Aenus, si non fallunt Acta concilii Cpolitani secundi, Rhodopes metropolis: collationi enim 8 p. 240 subscribit Paullus episcopus Aemorum (Aeniorum oportuerat) metropolis Rhodopiae provinciae. noli tamen credere: nam et multae ibi metropoles recensentur de quibus, nisi honorariae fuerint, meritissimo dubites. constat etiam aliunde Traianopolin ceteris hac dignitate praecelluisse. vid. Concil. Chalcedon. tom. 8 C. G. p. 91.

Ibid. 13. *Μαρώνεια*] hoc ex Constantino I. 2 Them. 2 praecoptavimus. urbem hanc et Maximianopolin Acta concilii Chalcedon. p. 96 Rhodopae tribuunt.

Ibid. *Τόπειρος*] recte iterum Constantinus ΟΥΑΠΙΑΚ ΤΟΠΕΙΡΟΥ in Getae et Iuliae Domnae numis cognomine superbit. erat vicina mari, nec longe ab Abderitana civitate dissociata. Rusium, quo deinceps nomine fuit, Anna Alexiad. 7 p. 212 habet fluvioque admovet, qui forte Cossinites, de quo ad Itin. A. p. 321.

Ibid. 14. *Νικόπολις*] circa Nessum amnem fuit: unde *Νικόπολις ἢ περὶ Νέστον* Ptolemaeo 3 11; numis ΟΥΑΠΙ. ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ ΠΡΟΣ ΝΕΚΤΩ, Socrati 7 36 *Νικόπολις τῆς Θράκης*, Thraciae laxiore significatione. serior aetas Christopolin vocavit, ut scholia Coisliniana Ptolemaei docent. haec itaque est quam Acta S. Germani signant c. 2, nec longe Philippis remouent. adde Theophylactum H. Mauric. 1 7.

Ibid. *Κερεόπυργος*] Constantinus *Κεραϊόπυργος*. Io. Harduinius (Emend. 56 in Plinii l. 4 c. 11) cum Pyrogeris, quos Pyrogoceros, seu permutatis syllabis, quod eodem cedere ait, Cercopyrgos esse iubet, componit. mihi longe ea confidentia. vellem docuisset a Cereopyrgo cives gentili nomine Cercopyrgos recte appellari. ego nusquam Cercopyrgum reperire memini, nisi si lateat in *Κηριοπαρων* castello. quod in Rhodope Procopius Aedif. Iustin. 4 11 describit.

390, 15. ὑπὸ κοινουλάριον] CONSULARIS PROVIN-
CIAE THRACIAE est in Thes. p. CCCLXIII 2 et Notit. imp.
Orient. c. 1.

Ibid. πόλεις εἰ] omnes has urbes praeterit cod. Vulc.,
huic provinciae oppida Haemimontis, illi vero Moesiae con-
tribuens. *Wess. Prolegg.* p. 630.

Ibid. 16. Βερόη] pulchre ita Constantinus l. 2 Them. 1,
nec dissidet Sozomenus H. E. 4 11, cum Liberium εἰς Βερόην
τῆς Θράκης relegatum tradit. Sebastianus Episc. τῆς Βε-
ροίας (Βερόης p. 657) Thraciae concilio Chalcedon. p. 624
adfuit. ut adeo condonari vix possit C. a S. Paulo negli-
gentia qua urbem praeteriit; quae tamen illi cum multis com-
munis est. Augusta Irene, postquam prolapsam excitaverat,
Irenopolin appellavit, Theophane p. 385 auctore. de situ ad
Itin. A. p. 231 disputavimus.

Ibid. 16. Σεβαστούπολις] hanc adhuc quaero.

Ibid. Διόπολις] Διόπολις praestiterat: famosus est
eius ob impudicitiam episcopus Alexander, ὁ ἀπὸ Διὸς πόλεως
τῆς Θράκης ὀνόματι Ἀλέξανδρος Io. Malalae tom. 2 p. 167,
ubi ut quid abs Chilmeado mutaretur, nihil necesse fuerat.

391, 1. Ἀδριανούπολις] provinciae Haemimontis erat
metropolis; unde collat. 8 concilii Constantinop. p. 240 Io-
annes gratia dei episcopus Adrianopolitanorum eminentio-
rum provinciae subscribit, pro Haemimontiorum seu Haem-
imonti.

Ibid. 2. Ἀγγιλαός] recte ita Constantinus l. 2 Them. 1.
et mox Λεβελτός, de qua utraque ad Ant. Itin. p. 229. con-
cilio Ephesino adfuit Athanasius ἐπίσκοπος τῆς κατὰ Σουλιτὸν
καὶ Σωζόπολιν: quod argumento est uni episcopo dicto au-
dientis fuisse; quae forte caussa est quare Sozopolis hic ne-
gligatur. habuit tamen deinceps suum sibi praesulem: nam
Πλέτρος τῆς Σωζοπολιτῶν πόλεως τῆς Αἰμιμοντιῶν ἐπαρχίης
concilio Cp. tertio p. 507 interfuit.

Ibid. Τζοΐδης] Constantinus Τζοΐδος, ubi Morellus in-
auditum: nunquid Tzurulum vel Zurulum Thraciae?
male: nam Zurulum provinciae Europae fuit, Heraclea non
longe separatum, de quo abunde ad Ant. et Hieros. Itinera-
ria. Tzoides mutari non debet: est in alia Notitia Iac. Goari
p. 378 ὁ Τζοΐδων episcopus; habet praeterea Procopius Fabr.
Iustin. 4 11 castellum Τζυεΐδων.

Ibid. 3. Μυρκιανούπολις] provinciae Moesiae secundae
haec metropolis fuit et praesidis sedes. hinc in Severi Ale-
xandri numo *HG. M. TEPEBENTINOT MAPKIANO-*

ΠΟΛΙΤΩΝ I. ε. ἄγεμόνος Μάρκου Τερεβεντίου, praeside Marco Terebentino. Bulgari Preslaw Πρωσλάβαν vocarunt, egregie descriptam ab Anna Alexiad. 7 p. 194; quae tamen cum μεγάλην πόλιν vero olim nomine fuisse arbitratur, a recto tramite recessit. adde Nicetam Annal. Isac. 1 p. 185.

391, 4. Ὀδυσσος] imo Ὀδησος [cum codice Leid.] facit tamen cum nostro Procopius Aedif. Iustin. 4 11, et Theophanes Chorogr. p. 190, qui ceteroqui Ὀδυσσόπολιν appellare consuevit, ut p. 137, et Varnam illi vicinam ait p. 298.

Ibid. Δοροστόλος] Theodoretus in Thracia locat, usu vocis latiore: ἐν Δοροστόλῳ, inquit, πόλις δὲ αὕτη τῆς Θράκης ἐπίσημος. vid. Ios. Scaligerum in Euseb. n. MMCCCLXXVIII et Itin. Ant. p. 223.

Ibid. Νικόπολις] Iornandes Rer. Get. c. 18. *Nicopolis accedit, quae iuxta Iatrum flumen est constituta notissima, quoniam devictis Sarmatis Traianus eam fabricavit, et appellavit Victoriae civitatem.* ad quae Io. Harduinus in Numis antiq. illustr. ex his Iornandis verbis non in loco *Thesaurum suam Ortelius Iatro amne locupletat, cum Istrum legi oportere nemo infitiri possit, qui numos veteres vel obiter viderit, cuiusmodi sunt ΝΙΚΟΠΟΛΙΠΡΟC ICT.* et *ΝΙΚΟΠΟΛΙΤΩΝ ΠΡ. ICTPΩ* quem si audiveris, Iatrus post haec nullus erit. verum cave faxis: τὸν λεγόμενον Ἰατρὸν ποταμὸν memorat Theophylactus H. M. 7 14, e quo et oppositae urbi Iatri nomen venit, de qua ad Anton. Itin. p. 222. erat Nicopolis ad confluentes Istri et Iatri, recteque in numis priori adstruitur.

Ibid. Νοβαί] binae erant in hac vicinia Novae, alterae Cuppis vicinae, quas τὰς ἄνω Νόβας Theophylactus H. M. 7 7 vocat; alterae Appiariae propriores, Novensis Moesiae civitatis nomine Marcellino Comiti notae. de his Ant. 1 p. 221.

Ibid. 5. Ἐβριτιος] rectius Ἀβριτιος, ut Procopio sine l. 4 de Aedif. dicitur. Iornandi Abrittus, Moesiae civitas in Ambrosiano ms, ut diximus alias. famosa urbs est Decii imperatoris caede, passim male scripta, sicuti exemplis prolatis Ill. Scaliger in Euseb. n. MMCCCLXVII patefecit. sita fuit inter Odesseum et Mesembriam, diciturque in tabula Pentingerorum Erite. falluntur itaque qui Decium ad Tanain perriisse, quemadmodum Zosimus, aut trans Danubium, uti Victor, perhibent.

Ibid. 6. Ἐπαρχία Σουθίας] haec postrema est quatuor Thraciae provinciarum, quae praesidibus suberant, ut Notit. imp. Orient. c. 1 docet. Athanasio variis locis Σιακία dicitur

Apol. contra Arianos p. 123 et 155, et *Hist'or Arian. ad Monach.* p. 360; quibus cum provincias enumerat quarum episcopi aut Sardicensi synodo adfuerunt aut causae suae patrocina- bantur, non dubitem quin *Σκυθίαν* voluerit; neque enim Si- scia eius aetate provinciae nomen erat, sed Pannoniae, quam Athanasius ibidem reliquis accenset provinciis, oppidum. in Procopio errore turpi ex Scythia castellum condiderunt, pa- riterque ex Mysia, sine l. 4 de Fabr. enumerat egregius scri- ptor urbes et castella quae Iustinianus aut instauraverit aut novis operibus exornarit; cumque de Europa et Rhodope dixisset, *παρὰ μὲν ποταμὸν Ἰστρου, Μυσιάς, Ἐρκουλέν τε*, additisque triginta aliis pergit *Σκυθίας Γραψὸ κ. λ.* hinc Mysiam urbem et Scythiam fecere, cum tamen aliud nihil velit quam Mysiae ad Istrum et Scythiae ad eundem eas esse urbes et castella.

391. 6. *Τόμις*] Scythiae erat metropolis, cuius episcopi curae omnes provinciae urbes erant commissae; quam in rem egregia sunt Sozomeni H. E. 6 21 verba; quae quod Prole- legomenis sint intexta, praetereo. id addo, lo. Damascenum Parallel. p. 781 ex Theotimo *τῆς Σκυθοπόλεως* episcopo verba quaedam excerpisse; qui cum Tomitanus fuerit teste So- zomeno H. E. 7 25, maluisse Mich. Le Quien *τῆς Σκυθίας*. potuisset minore molimine *τῆς Σκυθῶν πόλεως*.

Ibid. 7. *Διονυσόπολις*] ita et recte Constantinus l. 2 Them. 1. Theophanes Chronogr. p. 190 *Διονυσόπολιν*, ut editus et ms Synecdemus, probat.

Ibid. *Ἄκρα*] eo nomine urbem in hoc tractu requiro. fuit quidem promontorium Tiristris, *ἄκρα Τηριστρία* Ptole- maeo, cum eiusdem ferme nominis oppido; nec dixero tamen id intelligi. an *Ἄκρα τῆς Σκυθίας* apud Stephanum?

Ibid. *Καλλιαις*] hoc ex Constantino praestat. de urbe et aliis huius orae Anton. Itin. p. 227.

Ibid. *Ἰστρός*] Iul. Capitolinus in Maximo et Balbino c. 6: *sub his pugnatum a Carpis contra Moesos fuit, et Scy- thici belli principium, et Histriae excidium eo tempore; ut autem Dexippus dicit, Histriae civitatis.* fuit sine du- bio in Dexippo *Ἰστρου πόλεως*, quemadmodum in ms Ptole- maei Coisluniano; quam urbem Capitolinus cum non recorda- retur, de Histria, longissimo terrarum intervallo a Moesis et Carpis, Istri fluvii, ut Zosimus 1 31 docet, accolis, remota cogitare coepit, occasionemque Ortelio atque aliis, ut Histri- cam civitatem ab Istro distinctam memorarent, praebuit.

Ibid. *Κωνσταντίανα*] videtur esse CONSTANTIANA DAPHNE, quam e numo Constantini egregie illustravit Hcar.

Valesius in Ammian. 27 5. obest tamen suspicioni Procopius Fabr. Iustin. 4 7 eam in Moesia secunda collocans. an ergo ex superiore in hanc provinciam migravit? Constantinus certe l. 2 Them. 1, ubi reliquas excerpit, hanc praeteriit, 14 tantum urbes provinciae tribuens. utique aut hoc aut simili nomine aliam in Scythia fuisse dicendum erit; tumque Procopius auxilio arcessatur, in Scythia Constantianam Fabr. Iust. l. 4 c. ult. ponens.

391, 8. Σάλδανα] hoc recepimus, quoniam propius a vero abest: Σάλδανα Procopio Aedif. Iustin. 4 11, Σαλπαιδία in Excerpt. Theophylacti apud Labbeum p. 178, sed male, ut ex Hist. Mauric. 1 8. cognosces.

Ibid. Τρόπαιος] Frid. Morellus de Topiro Doberoque cogitavit, quarum utraque citra huius provinciae fines fuit. credo a tropaeo de victis hostibus posito loci nomen esse; quamquam eum huc usque frustra quaesivi. de Axiopoli ad Itin. A. p. 224.

Ibid. Κανίδαβα] sic praestat e mss et Constantino ob Itin. A. consensum. Morellus cum Comidava Ptolemaei Itin. 3 8 eadem censet, Daciam Ptolemaei cum Scythia confundit.

Ibid. Κάροςος] Κάροςος male Constantinus. vid. Itin. A. p. 224 et seq., ubi et hae urbes recensentur.

Ibid. 9. Ἀλμυρίς] vita S. Epicteti et Astionis c. 6: in Scythiarum fines ingressi in Almyridensem civitatem devenerunt. si Morello credis, non alia Halmyris est ac Salmydessus, neque in dubium vocari posse putat; et tamen falsissimum est. Halmyris in ultima fuit Scythia Procopio Aedif. Iustin. 4 7 auctore, proxima Istro fluvio; Salmydessus vero sive Halmydessus vastissimo terrarum tractu inde dissociata et Ponto in Astica regione sive Rhodope provincia apposita. vid. Arriani Periplum circa finem.

Ibid. 10. Ἐπαρχία Ἰλλυρικῶν] haec et sequentes provinciae praefecto praetorio Illyrici suberant: complectebatur enim Illyricum orientale Macedoniam primam, secundam quae et salutaris, Thessaliam, Achaiam, Cretam, Epirum veterem et novam, Daciam mediterraneam et ripensem, Dardaniam et Praevalim, quemadmodum Notitia imp. Orient. c. 1 et 24 docet. additur ab Hierocle Pannonia, quod eam nuper Iustinianus, ut in Novella 11 est, reciperat.

Ibid. 11. Θεσσαλονίκη] erat Thessalonice metropolis et caput provinciarum quae sub dispositione praefecti praetorio Illyrici erant. Theodoretus H. E. 5 17: Θεσσαλονίκη πόλις ἐστὶ μέγιστη καὶ πολυάνθρωπος, εἰς μὲν τὸ Μακεδόνων ἔθνος

τελοῦσα, ἡγουμένη δὲ καὶ Θετταλίας καὶ Ἀχατίας καὶ μέγας καὶ ἄλλων παμπόλλων ἐθνῶν, ὅσα τῶν Ἰλλυρίων τὸν ὑπαρχον ἡγούμενον ἔχει. vide Henr. Valesium ad Socratem H. E. 5. 11, et P. de Marca Dissert. de Primatib. 37 etc.

391, 11. *Ἐὐρωπος*] duae sunt hoc nomine in Macedonia civitates, altera in Almopiis, altera ad Axium flumen. utraque ex Ptolemaeo et Plinio notissima est. mox *Δίον* praestiterit.

Ibid. 12. *Βερροία*] sic Constantinus l. 2. Them. 2; qua de re dictum alias est.

Ibid. *Ἐορδαία*] hoc ut verius ob Polybium 17 19 elegi. vulgo *Ἐορδέα*, Constantino *Ἐορδαῖοι*. regionis est Macedoniae nomen, non urbis: nam Io. Harduinus ad Plinii l. 4 c. 10 Eordeam urbem ex Livio memorans a vero aberravit. vide modo praestantissimi scriptoris l. 31 c. 39 et 40, et l. 42 c. 58, et nihil dubitabis. *Ἐορδία* Thucydidi 2 99.

Ibid. *Κέλλη*] placet hoc praeter mss Constantino imperatori; neque ego pro reiiculo habuerim ob Cellas Itin. H. p. 606.

Ibid. *Ἀλμωπία*] bene ita correxit Harduinus in Plinii l. 4 c. 10. regionis nomen est, cuius incolae *Ἀλμωπες* Thucydidi 2 99.

Ibid. *Λάρισσα*] exulare hanc ex Constantino l. 2 Them. 2, ubi Hierocles exscribitur, monuit L. Hosteinus. forte non male: neque enim inter Larissas, quas scholiastes Apolonii Rhodii 1 40 et Stephanus enumerant, ulla est quae ad Macedoniam hanc referri possit: nisi si ea fuerit quam hic in Ossa collocat.

Ibid. 13. *Λάκκου*] hoc Constantinus, *Λαόκον* mss praefecerunt: utrum verius sit, non temere dixerō. tamen ecquid inde exsculpi possit quaeramus. intelligendam esse Heracleam Pelagononiae, concilium Constantinop. secundum ostendit: subscribit enim collat. 8 p. 238 *Benignus Heracleotanae civitatis, quae est primae Macedoniae, episcopus, vicem agens Eliae archiepiscopi Thessalonicensium civitatis*; qui Collat. I *Benignus Heracleae Pelagoniae* dicitur. nihil Heraclea haec discrepat ab illa quam Ptolemaeus 3 13 in Lyncestide ponit, sita quippe in utriusque regionis finibus; quae caussa est cur Norisius Dissert. de Synodo V, et ego nimis illi credulus ad Ant. Itin. p. 319, ex Actis concilii Chalcedon. p. 98 Dionysium episcopum Heracleae Lyncestidum huic urbi imposuerit, in eum errorem Latina consilii versione impulsus; neque enim is Heracleae Macedoniae primae, cui Chalcedonensis concilii tempore Quintillus praecerant ex Actis

notissimus, praesul fuit, sed Heracleae Latini in Caria, ut Graeca inibi et p. 667 indicant. iam cum Heraclea haec *ΑΠΝΚΗΣΤΙΑΟΣ* diceretur et Pelagonia regio ab Hierocle Macedoniae secundae contribuatur, fortasse *ΛΑΚΚΟΤ* titulum inde librarii, cum in mendo vocabulum esset, nobis reliquerunt, ut multa alia.

391, 13. *Ἀνταγνία Γεμίιδου*] Constantinus *Ἀντανία, Γέμινδος*: quibus ego nominibus in Macedonia urbes legisse non recorder. videndum est an *Ἀντιγόνηα Μυγδονιας*, de qua Plinius Ptolemaeus Stephanus atque alii, huic originem dedit.

Ibid. *Νικέδης*] Nicetam Thraciae urbem ex l. 24 Hist. Miscell. Abr. Ortelius Thesauro inseruit: eam, si bonae fidei esset, huc arcesserem. verba sunt: *τιὰν Ἀνχιάλιαν ἐτ Βεροῖν διμίσσητες Χριστιανὶ φύγουν, νεμὶνε περσευέντε, Νικετὰμ τε ἐτ Βροβὰτι καστράν ἐτ ἀλλὰ τινα ὀχυρώματα.* quo minus tamen Anastasio fidam, Theophanes, quem excersipit, facit Chronograph. p. 420: *τότε καὶ Ἀγχιάλιον καὶ Βεροῖν ἀφέντες Χριστιανοὶ ἔφυγον, μηδενοῦ διαώκοντος, Νικετὰν τε καὶ τοῦ Προβάτου κάστρον καὶ ἄλλα τινα ὀχυρώματα.* unde Nicaeam, Thraciae episcopo subditam, ut concilium Nicaenum secundum p. 590 monstrat, urbem, vertere debuit et fortasse etiam scripsit. sunt enim in historia ea urbium tituli passim corruptissimi, levi opera, si Theophanes in consilium mittatur, refingendis, et saepe maximo huius commodo, velut cum ibidem memorat *ἔξηλθεν Μιχαὴλ κατὰ Βουλγαρῶν συνέξελθούσης αὐτῷ καὶ Προκοπίας ἕως Τζουλοῦ.* ubi *Τζουρολοῦ*, de quo Ant. Itin. p. 139, fuisse Anastasius testabitur, vertens: *egressus est imperator Michael contra Bulgares et cum eo simul Procopio usque Zerulum.* atque hoc obiter. Nicedem inveniri posse, nisi opera meliores manu exarati codices ferant, despero.

Ibid. *Διόβρορος*] verum esse *Διόβηρος* in Plinii l. 4 c. 10 Harduinus monuit. eius episcopus Chalcedonensi synodo adfuit, perperamque p. 317 *ἐπίσκοπος Δουβήρον Μακεδονίας πρώτης* nuncupatur, rectius p. 671.

Ibid. 14. *Ἰδομένη*] non aliter Ptolemaeo dicitur. Thucydidi 2 100 *Εἰδομένη*, e quo pariter videas Dobero haud longe afuisse: Tabulae Idomenia M. P. 35 a Stobis et 53 a Thessalonica. forte ab Idomeneo Cretensi et Homeri versibus celebrato id urbi nomen est. vide Is. Vossium in Catalogum p. 210.

Ibid. *Βράγυλος*] probant hoc mss, [quanquam L. *βράγυλος*.] editi *Δράγυλος*, Constantinus *Βρυγυλος*: e quibus,

nisi Ἄγγιλος sit, de qua non longe a Strymone atque Amphipoli remota Thucydides 4 103, nihil expedito.

391, 14. Τρίμουλα] mss Πρίμουλα, quod nomen L. Holsteinio ad Georg. S. Car. a S. Paulo verius videtur propter Timotheum Primopolis episcopum, qui concilio Constantinop. sub Flaviano scribendo adfuit. at nihil ille iuvat, siquidem Primopoleos in Pamphylia, τῆς Πριμουπόλεως τῆς Παμφυλίας, ut p. 127. conc. Chalcedonensis, ubi Acta synodi Constantinopolitanae repetuntur, praesul fuit. viderint alii lateatne in voce Ptolemaei Τρίστολος in Sentica, illis quae mox sequuntur vicina.

Ibid. Παρθικόπολις] Ptolemaeo Παροικόπολις librarium peccato, ΠΑΡΘΙΚΟΠΟΛΙΝ in ΠΑΡΟΙΚΟΠΟΛΙΝ mutantium; quem eundem errorem in Longaevis Phlegontis Tralliani c. 1 ter erraverunt: Ἀιδέσιος Δίξα Παροικοπόλεως Μακεδών. Βίθυς Διζάστου Παροικοπόλεως τῆς Μακεδόνων. Ζαικεδένθης Μουκάσου Παροικοπολίτης Μακεδών. verum esse urbis, quod Hierocles offert, cognomen, non tantum Ionas a Macedonia de Parthicopoli, quem alibi ex Hilarii fragmentis produximus, patefacit, sed Ioannes Παρθικονπόλεως, qui concilio Chalcedonensi p. 100 et 671 subscripsit, licet prave Παρθενικονπόλεως episcopus p. 566 appelletur.

Ibid. 15. Στρυμονῶ] imo Στρυμόνος. Sentica intelligitur, illi fluvio vicina.

Ibid. Σέρραι] Io. Harduinus in Plinii l. 4 e. 10 Δέρραι corrigit, quo eius scriptoris Derrha esse querit; cui emendationi Maximianus episcopus Derrhensis civitatis Macedoniae ex concilio Chalcedon. p. 387 faveret, nisi Σερρῶν et Σερραίων πρώτης Μακεδονίας p. 100 et 317 vocaretur, et aliunde Serras bene habere constaret. de situ alia lis est. L. Holsteinio si accredis, Serrae et Philippi nominibus duntaxat distinctae fuere. fuit dein, inquit ad Geogr. S. Car. a S. Paulo de Philippis, metropolis Macedoniae Thraciae sive secundae, quae et Salutaris, Serrae postea dicta, ut et hoc tempore, unde Nicetas ὁ Σερρῶν. at enim non in Chalcedonensis tantum concilii Actis Serrensis et Philippensis episcopi perpetuo dissociantur, sed et Notitiis ecclesiasticis; ut satis ea viri egregii verba mirari non possim. Abr. Ortelio Serrae ad Tempe pertinere videntur circa Larissam Berrhocamque; cui opinioni fortean originem Nicetas Choniates in Reb. Balduini p. 295 praebuit. καὶ τὰς πόλεις, inquit, μέτσειν, ὅσαι τε περὶ Σέρρας καθυπτιάζουσι καὶ τοὺς ὄρους τῆς Βερραίας προσήγνωνται, καὶ ὅσαι πρὸς τὰ Τέμνη τῶν Θηταλῶν

παραιτίονοι. quae tamen cum non poterunt firmare sitam, siquidem Serrae Berrhoea et Tempe ut diversissimae positionis loca memorantur. putavero circa Strymonem fuisse, eaque propter τὰ περὶ Σέρρας καὶ Στρυμόνα χωρία Nicetam Her. Alexii Angeli l. 2 p. 241 coniungere, et Nicephorum Gregoram 9 6 Thraciam inter et Thessalonicam, atque Anam Alex. 9 p. 255 haud multum a Christopholi ponere.

391, 15. Φίλιπποι] verius ita, et mox Ἀμφίπολις, codex Constantini l. 2 Them. 1 et 2.

Ibid. Ἀπολλωνία] sita erat in Chalcidice, quam in Olynthum cum 32 aliis urbibus Philippum evertisse Demosthenes Philipp. 3 p. 68 et Suidas in Κάρανος docent. atque huc saepe rhetores respiciunt, ut Aristides tom. 2 p. 225 et Libanias tom. 1 p. 106. Ὀλυνθίοις ἤφριε τί χωρίον ὡς φιλόδοξος, καὶ μικρὸν ὕστερον οὐδαμῶς Ὀλυνθιοὶ, μᾶλλον δὲ Χαλκιδεῖς, δύο καὶ τριάκοντα πόλεις, sive potius καὶ δύο κ. λ., ut ex eiusdem Apolog. Demosthen. p. 451 comperatum est.

Ibid. 16. Βέργγη] male Constantinus Βέρπη. vide Stephanum.

Ibid. Ἄραυρος] Constantino Ἄραλος. fortasse Ἄρωλος Ptolemaei est, in Bisaltarum regione.

Ibid. κλίμα Μεστικόν] Frid. Morellum Νεστικὸν emendantem recte coarguit Schurzfleischius Notit. bibl. Vinar. p. 71, quamquam urbem imprudenter arbitratus. Thraciae fluvium Nestum numi ΜΕΣΤΟΝ et mss Solini et Plinii, teste Salmasio in Solin. p. 112, appellant. κλίμα tractum regionis, more Graecis recentioribus consueto, notat; unde κλιματάρχαι regionum praepositi apud Theophylactum H. M. 39; qui cum Arabibus haud secus atque Hierocles fit prior, eorumque Geographica non videatur tractasse, non accesserim Cangiio climatis eum usum ab Arabibus derivanti; praesertim cum divinus Paullus Galat. 1 21 τὰ κλίματα τῆς Συρίας καὶ Κιλικίας et 2 Corinth. 11 10 κλίματα τῆς Ἀχαΐας, et praeter eum plures alii dixerint. nata haud dubie illa voci significatio est, quod geographi climata coeli inclinationes et subiectas terrae regiones nuncuparent. itaque clima Messticon nihil erit aliud ac regio illi fluvio vicina, qua de Livius 45 29. Acontisma alibi tetigimus.

Ibid. 19. Στόλοι] Στόβοι oportuerat; estque vetus hoc peccatum, iam ante Constantini Porphyrogennetae aetatem admissum. Stobi Macedoniae secundae sive Salutaris, ut Notitiae imp. Orient. dicitur, metropolis erat; unde primam et praecipuam Macedoniae urbem, πρώτην τῆς Μακεδονίας πύ-

λεν τοὺς Στόβους, quemadmodum egregie L. Holstinius in Stephan. correxit, Malchus in Excerpt. Hoesch. p. 61 appellat.

391, 19. Ἄργος] Argos Pelasgicum intelligi putabam, cuius Homerus et vetus apud Hephaestionem Enchirid. p. 33 poeta meminit; quod tamen cum in Thessalia fuerit, rectius hinc aberit. sit itaque Argos Oresticum: nam Orestias sive Orestis, in qua illud Argos, pariter ac Pelagonia superiori Macedoniae erant contributae, teste Strabone 7 p. 326. licet autem Pelasgicum Argos in urbium Macedonicarum censum venire haud possit, cur opem veteri Hephaestionis poetae, qua indigere coepit, negabimus? κατὰ τὸ χρυσόκρωτος, αἰτ. βαβάκτα Γάλλων, πᾶν Πελασγικὸν Ἄργος ἐμβατεύων, ita in nupera editione hos versus vir Cl. distinxit, insuper adscribens: *illud πᾶν non potest pendere ab ἐμβατεύων: nam sic ineptum esset. sequebantur igitur alia, cum quibus apte cohaerere poterat: totum Argos Pelasgicon, stimulac intraveris, laetitia afficis et exultare facis tibi. hoc aut simile quid dixerint Graeca. et sic punctum post Γάλλων etiam appositissimum est.* quae ego dicta nollem. dedisse has turbas Pan in versibus reconditus videtur, satis ceteroqui ex titulis conspiciendus. ipsum illud ἐμβατεύων eum requirebat: quid enim poetis magis familiare quam de locis numini sacratis id usurpare? Aeschylus Persis p. 146: νῆσός τις ἔστι πρόσθε Σαλαμῖνος τόπων, βαία, δύσορμος ναυσίν, ἦν φιλόκορος Πᾶν ἐμβατεύει. quibus tragici versusibus alios ex Sophocle et Euripide praestans eruditione juvenis Georgius D'Arnaud Animadvers. c. 34 apposuit. Aristides tom. 2 p. 307: οἱ Μουσῶν καὶ Χαρίτων χοροὶ οἱ δι' αἰῶνος τὴν πόλιν ἐμβατεύοντες. Libanius Antioch. p. 350: ὡς ὁ θεὸς ἐμβατεῖ τὸν τόπον, sive potius ἐμβατεύει. Euripides apud Dionysium de Composit. Verbor. p. 256 edit. Londin. ὅτε πέτρον Ἀρκάδων δυσχειμέρων ἐπεμβατεύεις. igitur distinctione non est prior a posteriore versu dissociandus; cumque βαβάκτα Γάλλων minus commode Pan nuncupetur, praeferrī oportuerat quod in ms Florentino Is. Vossius in Catullum p. 163 legit, βαβάκτα κήλων. et tanto quidem magis, quoniam Etymologus non aliter versum hunc Cratini, non, ut D. Heinsius in Sillii l. 13 329, quamquam κήλων adprobans, Diphili, scriptum invenerit. κήλων autem cum idem sit ac θερμός εἰς τὴν συνουσίαν, quia de capripede deo verissime pronuntietur, nemo dubitaverit. Atque hoc obiter: nam Cratini Pelasgicum Argos quodnam sit (neque enim Thessalicum videtur) Tl. Hemsterhusius propediem nos docebit.

391, 19. *Ἐυστραϊών*] non aliter Constantinus. rectum esse *Ἀίστραϊον* Ptolemaeus et Aestracenses Plinii 4 10 ostendunt.

Ibid. *Πελαγονία*] non urbis, quod olim opinabar, sed regionis est nomen. fuit utique eo nomine oppidum, sed ab Heraclea Pelagoniae, quam in Macedonia prima vidimus, non diversum. regionis Strabo Plinius Ptolemaeus atque alii meminere.

Ibid. *Βάργαλα*] non alia videtur ac Livii 29 12 Bargulum, fortasse hinc adiuvandam: conspirant enim in urbis nomine mss, nec aliud *Δαρδάνιος Βαργάλων*, qui concilio Chalcedonensi p. 402 subscripsit, requirit. appellatur quidem p. 100 episcopus *Βαργίων* et p. 671 *Παργαᾶ*, sed quisque videt ex nostro ea esse depravata, praesertim cum vetusta versio Dardanium episcopum Bargalae posteriore loco praeferat. peccavit ergo C. a S. Paulo tum quod huic urbi inter Macedonicas locum negaverit, tum praeterea quod Dardanium Bargylliae, Cariae urbi, praesulem, quem Ioannes pars eiusdem concilii eiusdemque oppidi episcopus non poterit ferre, dederit.

Ibid. *Κελαινίδιον*] hoc ex Constantino praecipuè, licet verissimum esse pro comperto non habeam: imo vero Celetrum esse, quod in Orestide regione Livius 31 40 describit, credidero.

Ibid. 20. *Ἀρμονία*] nusquam hanc legere memini. est in Illyrico *τύμβος Ἀρμονίης* apud Dionysium Perieges. 391 et alios, cuius tamen hic ratio esse nequit. videtur ab eadem Harmonia sive oppidum seu castellum id nominis accepisse.

Ibid. *Ζάπαρα*] huic urbi episcopus fuit Sabinianus, quem concilium Constantinopolitanum secundum Collat. 2 p. 28 Zaparenae civitatis Illyricianae dioecesis, ut L. Holsteinus dudum monuit, appellat. eodem pertinere diceret Cyriacum episcopum *Ζυπαρών* ex Actis concilii Nicaeni secundi p. 349, nisi Drizuparorum *Δριζουνάρων* urbi praefuisse ex p. 588 liqueret.

Ibid. 22. *Θῆβαι*] Thebae sunt Phthioticae, ut Livius, sive Thessalicae, ut Plinius dicuntur.

Ibid. *Ἐχινάϊος*] ita ex Constantino praestat ob Procopii Fabr. 4 3 consensum. Theodorus episcopus *Ἐχινάϊος πόλεως ἐπαρχίας Θεσσαλίας* est in concilio Ephes. p. 461 et Petrus *Ἐχινάϊος* in Chalcedon. p. 101. non alia ac Echius videtur.

Ibid. *Ἕγπατα*] additur ab editis et manu exaratis *μητρόπολις*, acsi Hypata Thessaliae caput et metropolis fuisset.

idem velle diceret Apuleium *Metamorph.* 1 p. 104: *comperto itaque Hypatae, quae civitas cunctae Thessaloniae antepollet, esse caseum recentem.* sed res secus habet: Larissa urbium Thessaliae erat caput. rectius itaque *μητρόπολις* in Constantini 1. 2 *Them.* 2 ab hac distinguitur; nec aliud voluit Hierocles, ut ex urbium catalogo provinciae praescripto apparet.

391, 23. *Μητρόπολις*] Thessaliae hanc urbem ex pluribus oppidis conflata et Triccae et Gomphis vicinam memorat Strabo 1. 9 p. 437. huc pertinent *ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΩΝ* numi, equo Thessalico insignes apud Goltzium. fuit autem, quod negligi nolim, postea Novarum Patrarum urbi cognomen: Constantinus *Μητρόπολις αἱ νῦν Νέαι Πάτραι.* huic ergo episcopus fuit Euthymius τῶν *Νέων Πατρῶν* apud Nicetam Choniaten Ann. Andron. Comnen. 2 p. 165, de cuius sede omnia incerta Abr. Ortelio videbantur.

Ibid. *Τρίκκη*] sic oportuit, ut vel ex Homero notum est. Procopius Aedif. Iust. 4 3 *Τρικάντους* appellat, sed aliorum peccato: scripserat, credo, *καὶ ἄλλων τῶν ἐπὶ Θεσσαλίας πόλεων ἅπασων, ἐν αἷς Δημητριάδος τέ ἐστι καὶ Μητρόπολις ὄνομα καὶ Γόμφοι καὶ Τρίκκη, τοὺς περιβόλους ἀναγεωσάμενος.* serior aetas Tricala appellavit. catalogus urbium quae nomen mutarunt, Codino a Jac. Goaro p. 404 additus, *Τρίκκη τὰ νῦν Τρίκαλα.* nec alio nomine Annae Alexiad. 5 p. 138 nota est; et Tzetzae Chiliad. 9 280: *χώραν τὴν Θετταλίαν δὲ συνεκτικὴν μοι νόει, Φθίας καὶ Φαρσαλίας δέ, Λαρίσσης καὶ Τρικάλων, Δημητριάδος, Ἰώλκων καὶ Γλαφυρῶν καὶ Φοίβης.* in quibus τὸ *Φοίβης* absurdum est, ex *Βοίβης* natum, sicuti *Ἰλιάδ.* B 712 docemur. itaque longo terrarum tractu a vero aberrat Cangius, cum Not. in Alexiad. p. 100 Tricala urbem ad Strymonem fluvium esse discernit.

Ibid. *Καισάρεια*] Pulchre ita Constantinus. habet eam Thessaliae urbem, a Iustiniano instauratam, Procopius Fabr. 4 3.

Ibid. *Διοκλητιανούπολις*] apposita erat paludi Castoriae; quam dein a barbaris dirutam egregiis operibus Iustinianus munivit Procopio Fab. Iust. 4 4 auctore. fortasse non alia est ac Castoria, cuius Anna in hac vicinia Alexiad. 5 p. 152 et Gaufr. Malaterra Hist. Sicul. 3 29 atque alii eius aetatis meminerunt.

Ibid. *Φάρσαλος*] hoc ex Constantino praestat. est in Ephesino conc. p. 436 *Περρῆβιος Φαρμάλου* pro *Φαρσάλου.* quod vero prae primis operae pretium fuerit notari, idem

praesul p. 478 τῶν Θεσσαλικῶν Σαλτῶν, Thessalicorum Saltuum, quamquam male p. 526 τῶν Θεσσαλονικέων Σαλτῶν dicitur; unde non iniuria colligas Saltus, qui mox sequatur, huic urbi, siquidem eiusdem episcopi curae fuerunt commisi, vicinos fuisse. itaque et hac sede episcopali Geographia S. Caroli a S. Paulo augeatur.

391, 24. Σαλτοβουραμίνσιον] Constantinus Βουραμίνσιος, unde verius videbitur Σαλτός Βουραμίνσιος aut ut Constantinus legit, et mox Σαλτός Ἰόβιος, pro quo Constantinus Ἰωάννον βίος. nomen est a iugis, crebris arboribus consitis, quae in Pharsali vicinia erant. Lucanus 6. 576: *qua iuga devertex Pharsalia porrigit Haemus.* cui, quod Haemus ex ultima Thracia huc transtulerit, si fidere nolis, ex Strabone et Caesare nullo negotio cognosces iugis et saltibus hunc tractum fuisse asperum. de titulis horum saltuum si rogaveris, alio tibi opus erit doctore: ego enim cum ignarissimis scio.

Ibid. νῆσος Σκόπελος] habet eam Ptolemaeus circa Theraicum sinum. Ruben episcopus Σκοπέλου scribendo affuit Concilio Nicaeno secundo; nec asseveraverim tamen, cum plures eo sint nomine, huic insulae impositum fuisse.

392, 1. ἐπὶ ἀνδύπατον] duo erant Orientis imperii proconsules, Asiae et Aethiopiae, ut Notit. imp. Or. c. 1 docet. utriusque meminerunt imperatores, illius in l. 4. c. Th. de Patrocin. Vicorum, huius l. ult. de Bon. Vacant. VETTIVS AGORIVS PRAETEXTATVS PROCONSVL AETHIOPAE est in Thes. p. MCII 2. sedem Corinthi habuisse ex l. 2. c. Th. de Accusat. et Aristide tom. 1 p. 43 recte colligitur.

Ibid. 2. Σαρφία] Σάρφεια rectius alii. erat Locrum Epicnemidiorum urbs, non multum a Thermopylis; quae de viri docti ad Stephan. et Palmerius G. A. 5 3.

Ibid. Ἐλατίνα] sic mss. Constantinus l. 2 Them. 5 Ἐλενοῖνα legit; quae tamen cum in Attica fuerit, longius ab urbibus, quibus hoc loco cincta est, recedit. credo Ἐλατεία venisse ab Hierocle, quae Phocidis urbs non male hic locabitur. reddamus eam Libanio tom. 1 p. 110, ubi de Aeschine; *ἐκείνου ἐγὼ καὶ τῆς ἐν Χαιρωνείᾳ αἰτιῶμαι συμφορᾶς ἥ μὲν γὰρ μάχη ταῦτα ἐποίησε, τὴν δὲ ἔξοδον ἘΩΤΕΙ κατεληγμένη.* sic odunt emendantque ἐν Βοιωτίᾳ. quanto melior Ἐλατεία, quam critice addicente rhetori restituit vir egregius Ti. Hensterhusius, firmatque eiusdem oratoris verbis tom. 1 p. 133: *ἐγὼ δὲ καὶ τῶν ἐν Χαιρωνείᾳ κακῶν αἰτιῶμαι τὸν Διοχίτην. οὐκ ἂν γὰρ ἐξῆλθον εἰς Χαιρωνείαν Ἀθηναῖοι, μὴ κατεληγμένης Ἐλατείας.*

302, 2. *Βοὸς καὶ Δρυμῖα*] coniungi haec in Farnesianis schedis L. Holsteinus monuit, quod facile patiar, modo ne pro eadem habeantur. prius in *Βοίαν* Boion abire debet, oppidum Doridis satis notum, alterum in *Δρυμῖαν*, quae inter Phocidis regiones a Plinio, rectius ab aliis inter urbes refertur.

Ibid. *Δαυλία*] *Δαυλίαν τῆς Φωκίδος* habet Thucydides 2 29, quam Daulidem alii vocant, qua de re L. Holst. in Stephanum.

Ibid. *Χερώνεια*] imo *Χαιρώνεια*, ut Constantinus. Chaeroneam Boeotiae urbem, sed Phocidis finibus proximam, Stephanus a Chaerone, Apollinis et Therus *Θηροῦς* filio, initia et nomen accepisse refert, et ante eum ex Hesiodo Pausanias Boeotic. c. 40. fuerit tamen Chaeroneis mater vero nomine Thuro *Θουρῶ* oportet, si urbi huic vicinus collis *Θούριος* et Apollo Thurius inde nomen acceperint, ut Plutarchus in Sulla p. 463 auctor est; quod ipsum et eorum opinione, quam ibidem Plutarchus commemorat, firmabitur, qui a bove, quo Cadmus duce itineris erat usus, quemque *Θῶρ* Phoenices appellabant, nominis causam repetebant. miror autem Orchomeni nullam hic rationem haberi; quae in transcurso iuvabitur. refert Diodorus 4 p. 226 et hoc inter Hercules stunda opera: *ἐν δὲ τῇ Βοιωτίᾳ τὸν ἀντιὸν ἐμφράξας τὸ περὶ τὸν Μινυειὸν ἑεῖθρον, ἐποίησε λιμνάζειν τὴν χώραν.* Palmerius Exercitat. p. 100 nescio quod nobis *Μινυήτιον ἑεῖθρον* obtrudit, quo, si mss lectio margini appicta in consilium adhibeatur, facile carebimus: inde enim haud magno molimine exsurget *τὸ περὶ τὸν Μινυεῖον Ὀρχομενὸν ἑεῖθρον.* verum hoc esse Homerus *Iliad.* B 511 et Thucydides 4 76, *Ὀρχομενὸν τὸν Μινυεῖον* appellantes, ostendunt. fluvius est Melas, *ἀνατέλλων ὑπὸ τὴν πόλιν τῶν Ὀρχομενίων πολὺς καὶ πλαιῖμος ἐν πηγαῖς μόνος τῶν Ἑλληνικῶν ποταμῶν*, ut Plutarchus in Sulla p. 465 ait. firmantur reliqua egregio lapide, cuius epigramma Donian. Inscript. Class. 1 98 nuper iusertum est, sed mendosius excerptum. adde eundem Plutarchum in *Pelopida* p. 286.

Ibid. 3. *Ἀμφισσα*] erat in Ozolarum et Phocidis finibus, stadiis 120 Delphis separata. Pausanias Phoc. c. 33.

Ibid. *Τιθώρα*] sita erat ad Parnassum stadiis circiter 80 a Delphis, Pausania, cui *Τιθορέα* et *Τιθοραία*, quod et Stephanus ex eo habet, teste Phoc. c. 32. Plutarchus in Sulla p. 461 paene cum Hierocle consentit, *Τιθώραν* appellant.

Ibid. *Ἀμβροσος*] *Ἀμβροσος*, vel geminata sibilante, ut apud Pausaniam Phocic. c. 36, ubi Parnasso adponitur.

392, 4. *Κωρωνία*] *Κορώνεια*. sita Coronea erat ad Phliarum amnem, si Plutarcho in *Lysandro* p. 450 credis, si Pausaniae *Boeotic.* c. 34. ad Phalarum; ut in altero utro vitium insit, sicuti sine dubio est in Isocrate de Big. p. 521 edit. Basil. ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ μαχόμενος ἐν Χαίρωνείᾳ τοῖς πολεμίοις ἀπέθανεν: legi enim ἐν *Κορωνείᾳ* debet, adstipulorque emendanti Hemsterhusio nostro. ibi Clinias occubuit, testibus Platone in *Alcibiade* 1 p. 112 et Plutarcho *Alcib.* p. 191.

Ibid. *Στήρις*] Videtur esse *Στίρις*, Phocensium oppidum, de quo Pausanias *Phocic.* c. 35.

Ibid. 5. *Ἀναστάσιος*] mss *Ἀναστάσις*, quo nomine licet nullam huius orae urbem noverim, et plures sese eius occupatae locum offerant, nihil tamen mutare sustineo: quid si enim Boeoticarum aut Phocidis aliqua nomen mutarit? expectemus ergo donec meliori manu exarati codices aliud iubeant.

Ibid. *Ἐκεφος*] haud scio an *Αἰδηφος*, Euboeae oppidum, fuerit; nec morari quemquam debet quod insulae praepositur: apertissimum quippe est iustum ordinem, negligentia, ut puto, librariorum, hic esse neglectum, neque accuratam situs habitam rationem. Carolus a S. Paulo *ἤσον Εὐβοίας* emendat et huic urbi agglutinat; quo modo omnia in vado fuerint.

Ibid. *Βουμέλιτα*] nusquam hanc legere memini. possent, si vocabulum seicaretur, inde *Βούλις* et *Αἰλαία*, Phocidis urbes, nasci; quod mss non addicentibus cum temerarium videri queat, a corrigendo temperare satius erit.

Ibid. 6. *Υτιης Θύσθαι*] monstra haec sunt, quae a profigari valeant videamus. mss *Υτιοί Θίσθαις*, ex quo posteriore levi opera *Θίσθη* exstruitur, urbs Boeotiae, *Statio Thebaid.* 7 261:

Dionaeisque avibus circumsona Thisbe,
ex Homero *Iliad.* B 502. alterum Hylen dare potest, urbem eiusdem orae maritimam, eidem *Statio* v. 267 memoratam. si utramque improbaveris, *Υποθήβας* an malueris perpende, notas Homericum carmine et *Infra Thebas* Plinio dictas.

Ibid. *Θήβαι*] Dionis Chrysostomi aetate maior urbis pars in ruinis erat, ut orat. 7 p. 123 proficitur; nec aliud de suo tempore Pausanias, a Casaubono excitatus, arcem tantum Cadmeam habitari adfirmans. utrum e ruderibus resurrexerit, an Cadmea potissimum incolis fuerit sub Christianis celebrata, in obscuro est. habuit suum sibi epi-

scopum, qui τῆς Ἑλλάδος in conciliis, veluti Ephesino p. 525, dici, ut a Thessalicia Thebis distinguatur, assolet. metropolis autem non ecclesiastica sed civilis et honoraria fuit, prorsus ut Athenae Lacedaemon et Elis. unam duntaxat in singulis provinciis metropolim canones ecclesiastici agnoscunt, ut concilium Chalced. tom. 9 p. 103 docet: ab eius episcopo reliqui provinciales inaugurabantur, eiusque decretis parebant; qua dignitate in Achaia Corinthus fuit illustris. nec impedire tamen poterat quin plures honorariae ab imperatoribus, quibus solis id ius concil. Chalcedon. p. 619 tom. 8 tribuitur, constituerentur; et si potuisset, nihil admodum erat cur vetaret: tantum enim diplomate imperatorio creatae honore ampliore gaudebant, σωζομένων τῇ κατ' ἀλήθειαν μητροπόλει τῶν οἰκισίων δικαίων, uti canon 12 Chalcedonensis concilii sciscit.

392, 7. Χαλκῆ] oportuerat, ut Carolum a S. Paulo coniecisse video, Χαλκίς νῆσον Εὐβοίας. vitium satis vetustum auguror ipsoque Constantino prius: quod enim de Hierocle l. 2 Them. 5 prodit, συναριθμεῖ δὲ ταύταις καὶ νῆσον τὴν Εὐβοίαν, ἣν τις Χάλιν ἢ Χαλκίδα ὀνομάζουσιν, id hinc suam originem accepisse suspicor. Hesiodus cur Χαλκίδα καλλιγύναικα dixerit, explicat Casaubonus in Athenaei l. 13 c. 9.

Ibid. Πορθμὸς] creberrime huius apud Demosthenem est mentio, uti Philipp. 3 p. 69: πέμπει δὲ ξένους, τοὺς μὲν εἰς Πορθμὸν, τὸν ἔθμον ἐκβαλοῦντας τῶν Ἐρετριέων, ubi Ulpianus navale fuisse Eretriensium docet. Philipp. 4 p. 76: κατέσκαπτε Πορθμὸν καὶ τυραννίδα ἀπαντικρὺ τῆς Ἀττικῆς ἐπετείχισεν ὑμῖν ἐν τῇ Εὐβοίᾳ. de legat. fals. p. 218: καὶ μὴν καὶ μετὰ ταῦτα ὁσάκις πρὸς Πορθμῶ ἢ πρὸς Μεγάρους ἀκούοντες δύναμιν Φιλίππου καὶ ξένους ἐθορυβεῖτε. hinc hausit Aristides tom. 2 p. 240: ἐν Πορθμῶ Φίλιππος, ἐν Μεγάρους Φίλιππος, quod perperam vertitur In freto Philippus. quae cum eius in Euboea situm haud obscure constituent, non utique opera recentiores fuissent geographi, si oppidum sua cura fuissent dignati.

Ibid. Κάρυστος] Κάρυστος suo marmore nobilitata, et mox Πλαταιαί.

Ibid. 8. Αἰγόσθυνα] oppidum erat Megaridis, a Pausania, qui in vocis sono variat, dudum ab Abr. Berkelio adiutus, Attic. c. 44 signatum.

Ibid. Παιαί] iidem in Megaride erant, sed in Boco-tiam vergente, si Pausanias non fallit: nam Strabo et Pto-

Iemaeus sinui Corinthiaco adponunt. vide Ch. Cellarium G. A. 2 13 p. 1168.

392, 9. Ἐμπορίον Κρομμῶν] Κρομμῶν oporacerat, maritimum in Corinthi et Megaridis finibus oppidum. sciorum aetate mercatorum frequentia celebre fuisse et propterea emporii nomen indeptum videtur.

Ibid. Αἴγινα] superbum eius est in vita S. Theodora Thessalonicensis elogium c. 1 quinti Aprilis magni Sanctorum operis: ἔστι τοίνυν αὕτη νῆσος, inquit vitae eius auctor, τῶν ἐν Ἑλλάδι κεφάλαιον, ὡς εἶνεκα μὲν μεγέθους καὶ κάλλους καὶ θέσεως μείζω καθάπαξ τῶν προσοίκων ἀναφανῆται, καὶ οὕτω μεγίστῳ παραλλάττειν τῷ μέσῳ ὡς καὶ δοκεῖν πάσας τὰς νήσους, ὥσπερ οὐκ ἀνταίρειν ἔχουσας Αἴγινη, μεθ' ἧδο- νῆς τῶν πρεσβείων παραχωρεῖν. adduntur plura in laudem, quae non exscribo: id obiter monebo, non videri D. Pappo-brochium recte sententiam horum verborum percepisse, καὶ χορηγεῖν ἔχειν ἐπιτεῦθεν μετὰ πολλοῦ περιότιος δι' ὧν αἱ πόλεις ἀμείνους, cum verteret quo fit ut urbes in ea sint plurimae: id enim falsum est, nec Graeca innamnt, tantum, habere eam quae abundantissime aliis urbibus, unde meliores evadant, praebet, indicantia. adde Pindarum in laudes insulae passim et in primis Ode 5 Nemeorum excurrentem.

Ibid. Ποιτοῖουσα] nec urbem neque insulam eo nomine novi. fors fuerit olim Ποιήσσσα Κέας, ut Poetessa insulae Ceae sit, quam in ruderibus fuisse Strabonis et Plinii aetate, ille l. 10 p. 486, hic l. 4 c. 12 docet; e quibus resurgere potuisset cur negemus? quia dubium tamen id est, vide an Pityusa Melae 2 7 80 esse queat.

Ibid. Κύνθος] Ceae locum in ms Κύνθος occupat, quam illi proximam in integrum restituere placuit.

Ibid. 10. Ἀήλος ἄδηλος] mss haec coniungere Holsteinio doctori credimus; nec sane perperam: quisquis enim Delo insulae id cognomen indidit, in animo atque oculis notissimum Sibyllae versum habuit e l. 3 et 8: ἔσται καὶ Σάμος ἄμμος, δοεῖται Ἀήλος ἄδηλος καὶ Ἐώμη ἔνμη. hallucinantur ergo qui insulam Adelum ceteris mediterranei maris inserunt.

Ibid. Ταλαμένη] conspirant in vitia haec editi et mss; quae si medica manu contrectaveris, sanum colorem facile receperint. Ταλαμένη, ut pulchre Carolus a S. Paulo, obstetricantibus librariis ex Σαλαμῆς νῆσος nata videtur. reliqua, ubi parum auxeris, μέχοι Θερμοπυλῶν dabunt, sicuti ex Hierocle a Constantino l. 2 Them. 5 profertur; Lucas itaque Holsteinus non iniuria id probavit, praesertim cum με Θερμοπυλῶν in principe sit editione. etsi vero bene hactenus

processerit, defecere tamen ea non dubitandum est quibus scriptor omnia Aethiopiae loca usque ad Thermopylas proconsulis imperio mandabat.

392, 11. *Κόρινθος*] Helladis metropolin fuisse locuples testis est Apuleius l. 10 p. 247: *orissimus patria Corintho, quae caput totius Aethiopiae provinciae.* nec alia Dion Chrysostomo orat. 37 p. 464 de urbe sententia fuit, cum cives compellat: *ὑμεῖς γὰρ ἔστε νῦν, τὸ δὴ λεγόμενον, πρῶτα καὶ πρῶτα τῆς Ἑλλάδος.* adde Aristidem tom. 1 p. 43. *μοχ ἢ τότε Ἐθῶρα*, re ipsa adstipulante ex Constantino l. 2 Them. 6 praecoptavi.

Ibid. *Νέα Σικυών*] olim Sicyon Corinthiaco sinui accubabat, inde a Demetrio Poliorcete in proximum et natura munitum collem translata, teste Diodoro 20 p. 827 et Plutarcho Demetr. p. 900; quae novam non male dici adfirmant.

Ibid. 12. *Αἴγιρα, Αἴγιον*] sic oportuit. ms *Αἴγραι* et *Αἴγιον*. utraque urbs veteris Aethiopiae ex tabula Peutingerana, quae 12 M. P. spatio separat, et Pausania 7 24 et 26 notissima est. prior ultimae aetatis Graeciae Botstitsa dicta est, saepe eo nomine apud Georgium Phranziam obvia, ut l. 2 c. 29.

Ibid. *Μεθώνη*] mss hoc probant: Carolus a S. Paulo *Μέθωνα* vulgavit. prius Thucydidis patrocinio tutum est l. 4 c. 45, posteriori Strabonis l. 8 p. 374 et Pausaniae l. 2 c. 34. oppidum erat munitum in isthmo Troezenio.

Ibid. *Τροίξανα*] imo *Τροίξην*, aut *Τροίξηνη* ex Ptolemaeo, nisi et id in vitio sit.

Ibid. *Πίλαυρα*] hoc aut *Πίναυρα* mss praefereunt. verum est *Ἐπίδαυρος*, cultu Aesculapii famosa et Troezeni vicina.

Ibid. 13. *Ἴσθὰ μίονη*] *Ἐρμιόνη*, quae et *Ἐρμιών*, ut bene in Stephano viri docti reflexerunt. Euripides Herc. Fur. 615: *χθονίας νιν ἄλσος Ἐρμιών τ' ἔχει πόλις.* Hesychius ait esse *πόλιν ἐν Ἀργεῖ*, pro *Ἀργεῖα* sive Argolide, quod ipsum de Troezeni Epidauri atque Alope itidem praedicat. colebant Hermionenses praecipuo honore Cererem Chthoniam, quod praeter Pausaniam Corinthiac. c. 35 egregium nos marmor docet Inscript. Donian. cl. 49; in quo etsi nunc Ceres à Chthonia distinguatur, dubitari non potest quin exscriptoribus acceptum id referri, ut plura in eo lapide, legitur non *ΚΑΙ ΔΑΜΑΤΡΙ ΚΑΙ ΧΘΟΝΙΑΙ* sed *ΤΑΙ ΔΑΜΑΤΡΙ ΤΑΙ ΧΘΟΝΙΑΙ* oporteat.

Ibid. *Θάρπυσα*] *Θάλλησσα*, Arcadiae urbs, Stephano.

392, 13. *Μαντινεία*] ab Antigono Argivi donę acceptam Antigoniā, quo nomine Plutarchi ætate, ut in Arato prodidit p. 1048, tantum nota erat, vocarunt. pristinum nomen beneficio Hadriani recipere, Pausania Arcadic. c. 8 teste.

Ibid. 14. *Γερώνθραι*] verum nomen est *Γεράνθραι*, ut Sylburgius ad Pausan. Lacon. c. 22 docuit. oppidum erat Eleutherolaconum.

Ibid. 15. *Φαραι*] Carolus a S. Paulo *Φεραι* ex Ptolemaeo corrigit; quo facile carebimus, praesertim cum vitio non sit liberum: *Φηραι* enim, quod idem ac *Φαραι*, oportuerat, ut Henr. Valesius in Polybii excerpt. p. 15 ostendit. urbs erat agri Messenii.

Ibid. *Ἀσώπολις*] conflatum hoc perverse est ex *Ἀσπὸς πόλις*, ut ex Ptolemaeo l. 3 c. 16 et Pausania Lacon. c. 22 compertum habemus. verius ad hanc urbem quam ad Asopitidem, agri Sicyonii partem, elegantem e Theobritan. tom. 2 p. 247 nomen retuleris, in cuius altera parte *ΦΟΥΒΙΑ. ΠΛΑΤΤΙΑΛΑ. ΚΕΒ.*, altera Nemesis rotac pedem imponens, addito *ΑΩΠΕΙΤΩΝ* cognomine, conspicitur.

Ibid. *Ἀκραι*] *Ἀκραι* praestant ex Polybio 5 19 et Pausania Lacon. 22 60 stadiis Asopo semovente. Ptolemaeo *Ἀκρεια*, Straboni *Ἀκραία*, haud sane bene.

Ibid. *Φιάλαια*] *Φιάλεια* rectum est, quo nomine Arcadiae oppidum fuit, olim *Φιγάλεια* dictum. colebatur ibi Bacchus, ut ex Diodoro l. 15 p. 357 videas; unde Lycophroni Alex. 212 *δαίμων ἐνόρχης Φιγαλεὺς φανστήριος*. incolae *ΦΙΑΛΕΩΝ* nomine in numis Severi et aliorum insignes sunt.

Ibid. *Κορώνια*] *Κορώνη* vero nomine agri hanc Messeniāci urbs fuit, vicina Pamiso fluvio, quem Ptolemaeus Panisum haud recte appellat, apud Pausaniam Messeniāc. c. 34 turpiter in eo flumine adhaesit Iac. Pontanus: nam cum in Georgio Phranza 2 2 *Πάμισσον ποταμὸν* in sinum Messeniācum evolvi legisset, omnibus odiosum fluvium inde fecit Asine, quae sequitur, Coronae viciniam insedit.

Ibid. 16. *Μοθώνη*] tuebatur se Hierocles tabulae Pentingeranae et Pausaniae suffragio, qui passim *Μοθώνην* et incolae *Μοθωναίους*, ut l. 4 c. 35, appellat. Thucydides Strabo Ptolemaeus atque alii *Μεθώνην* malunt. Mothonem suo quoque calculo ratam habuit Ammianus 26 10 et quos testes ibi appellavit Henr. Valesius.

Ibid. *Κυπριασία*] gemina sibilante omnes scribunt, in

vocis numero variantes. Pausaniae *Κυπαρισσία* Messen. c. 36, Straboni 8 p. 361 *Κυπαρισσία*, oppidum erat Messeni-
orum in Elidis finibus, 15 M. P. a Pylo, ut Tabula, cui Cypa-
rissa, ostendit.

392, 16. *Ἰλις*] novi Elidenses et Aetolos cognatione fuisse
ob Oxylum iunctos, sed eorum urbem Aetoliae tanquam cap-
put fuisse impositam difficulter mihi persuaderi patior. de-
sunt, quibus ea dignitas urbi firmetur, argumenta; longius
praeterea ab Aetolia erat disparata quam ut eius fuisse me-
tropolin opinari possis. puto deficere hic Patras, nobilem
urbem, contra Aetoliam positam: eam metropolin fuisse ex
epistola Leonis imperatoris additoque illi catalogo tom 9
Concil. Labbei p. 267 citra dubium est. habet eandem inter
metropoles ex Hierocle Constantinus l. 2 Them. 6. nec mo-
rari quemquam situs urbis extra Aetoliam debet: neque enim
longo traiectu inde dissociata fuit; et praeterea multa Augu-
stus imperator ex opposita continente oppida Patris condona-
vit, de quibus Pausanias 10 38. vide quoque 7 18 et Ezech.
Sphanhemium dissert. 11 de usu et praest. numism. p. 324.

Ibid. 17. *νησος Πάνορμος*] haud parum molestiae haec
mihi insula adpersit, neque hactenus eam deponere potui:
tantum quae in mentem venerint, adscribam. Panormum in-
sulam veteres circum Peloponnesum ignorant: habet eius no-
minis portum prope Rhium in Naupacti adverso litore Poly-
bius 5 102 et Pausanias Achaic. 22, qui utique nihil ad hanc
insulam. aliam in Cephallenia novit Artemidorus apud Por-
phyrium de Nympharum antro p. 114 edit. Barnes: *τῆς Κε-
φαλληνίας ἀπὸ Πανόρμου λιμένος πρὸς ἀνατολὴν δώδεκα
στάδια νησός ἐστιν Ἰθάκη σταδίων ὀγδοήκοντα πέντε.* et An-
tipater in epigrammate ab Holsteinio ad Stephani *Πάνορμος*
publicato: *Φοίβε Κεφαλλήνων λιμενόσκοπε, θῆνα Πανόρμου
ναίων τρηχέης ἀντιπέρην Ἰθάκης.* hinc ego dedisse Hiero-
clem *Νήσου Κεφαλληνίας Πάνορμος* coniciebam, aut certe
ex portu nobis insulam fecisse. quo minus tamen secure in
his acquiescam, Marcellinus Comes efficit, Zenonis imperato-
ris iussu Pelagii gulam in insula, quae Panormus dicitur,
laqueo fractam a. 390 memorans. etsi enim, ubi posita fue-
rit insula, addere neglexerit, fieri potuit ut non aliam si-
gnarit.

Ibid. 18. *Κυθηρία*] praestiterat *Κύθηρα* et mox *Στρό-
φαδες*, notae Virgiliano versu: *Strophades Graio stant
nominae dictae insulae Ionio in magno.*

Ibid. *Μυκῶν*] forte *Μύκωνος* ab Hierocle venit, nisi
sì et recto casu *Μύκων* insula fuerit dicta: certe *σμικρότητι*

τῆς Μύκωνος νήσου habet Apostolius cent. 13 32, et quem exscripsisse videtur, Zenobius cent. 5 21, hanc in rem a L. Holsteinio iam appellatus. vide Ti. Hemsterhusium in Lacciani dial. 1 Mort., ubi μίαν Μύκωνον egregie lepidissime scriptori et plura de insula reddidit.

392, 18. νῆσος Μόλος] Molum insulam contra Corinthum adhuc quaero. τὴν πύκταν τὴν Μολουρίδα, ex qua se hoc cum Melicerte in Saronici sinus aquas praecipitem dederit, in hac vicinia Pausanias Attic. 44 et Tzetzes ad Lycophramis 229 commemorant.

Ibid. 19. Δωροῦσα] Samus olim Δωροῦσα, testibus Heraclide de Polit. et Hesychio, cui tamen alio loco Δόρνοσα est, appellabatur; quae cum alibi ab Hierocle recenseatur, hinc abesse debet. habet Οἰνούσας insulas in sinu Messenico Pausanias Messen. 34: illae, aut potius Donysa, quam viridem Virgilius vocat, huc pertinere videntur.

Ibid. Αἴμνος] hanc et sequentem proconsulis Aethiopiae imperio fuisse contributam, cum ab Aethiopia longissime versus Thraciam sint semotae, mirandum est. Constantinus, si hac in re Hieroclem fuerit secutus, septem duntaxat insulas circa Peloponnesum l. 2 Them. 6 invenit. quoniam itaque dubium id esse potest, notari operae pretium fuerit M. Constantium praefectum praetorii Orientis amplissima potestate instruxisse, et praeter Asiaticam Ponticamque dioecesin omnes illi Orientis provincias cum Aegypto et Thraciarum dioecesi atque insulis Cycladibus mandasse, δέχα Αἴμνον καὶ Ἰμβρου καὶ Σαμοθράκης, quae praefecti praetorio Illyrici imperio relictae sunt, ut Zosimus 2 33 docet.

Ibid. 21. ἐπὶ κοινουλάριον] in manu exarato codice accuratissimus Holsteinus ita legit, verissimumque nobis videtur. olim Creta provinciae Cyrenaicae coniuncta proconsuli paruit; unde Q. Caecilius Rufinus in Thesaur. p. MXCI 6 ἀνθύπατος Κρήτης καὶ Κυρήνης dicitur. post deinde, mutata Romanae rei publicae a Magno Constantino forma, distractaque hinc Cyrene, Zosimo 2 37 teste, provincia fuit consularis, ut Notitia imp. Orient. c. 1 ostendit, et hoc e Thesaur. epigramma p. MXCIII 4: Φλ. Ὑπάτιον τὸν λαμπρότατον ἐπὶ ἐπαρχῶν πραιτωρίου δόγματι τοῦ κοινῆς πάσης τῆς ἐπαρχίας Οἰκουμένιος Δοσίθεος Ἀσκληπιόδοτος ὁ λαμπρότατος ὑπάτιος τῆς Κρητῶν ἐπαρχίας ἀνέστησεν. Furlanus, qui Flavium virum consulem clarissimum ex hoc Flavio Hypatio fecit, risum omnibus debet: tu Fl. Hypatium intellige, qui praefectus praetorio Italiae fuit Antonio et Syagrio consulibus, virum quieti placidique consilii interque omnes adolescentia et vir-

tutum pulchritudine commendabilem, quo eam elogio ornavit Ammianus 29 2. iam cum huius epigrammatis Asclepiodotus ὁ παρθενὸς τῆς Κρητῶν ἐπαρχίας Thesauri p. MXC 20 dicitur, eo in titulo vitium esse nemo addubitabit.

392, 21. πόλεις κβ] olim centum urbibus insulam fuisse celebrem res est tritissima: bella et rerum humanarum vicissitudines plures dein sustulerunt; quarum tamen cum fuisse numerum, ut paucissimae superstites manserint, licet Servii aetate ita ferrent, nunquam censuero. *primo quidem centum habuit Creta civitates*, grammaticus in Aeneid. 3 106 ait, unde Hecatompolis dicta est: *post viginti quatuor, inde, ut dicitur, duas, Gnoson et Hierapidnam, quamvis Livius plures a Metello expugnatas dicat.* recte Servius Livium illi rumori opponit: sed severius cum ex sui temporis factis castigatum vellem.

Ibid. 22. Γορτύνη] Gortynam Cretae metropolim fuisse ex Actis concilii Ephesini p. 453 citra dubium est.

Ibid. Ἰνάτος] Εἰνάτος Hesychio Etymologo et Stephano. Ptolemaeus nostro consentit. Tabulae Inata M. P. 32 ab Hierapydna in parte insulae australi.

Ibid. Βιέννα] vitio exscriptorum Tabulae Blenna, unde Ravennas Blentiam l. 5 c. 21 fecit, dicitur; Stephano Βιέννος, fortasse invito: nam a Vienna Gallica gentile cognomen Βιέννιος et Βιεννήσιος formari ait, τῆς δὲ Βιέννης Βιεννατός, quod utique et forma et orationis serie ad hanc Cretensium Biennam pertinere videtur.

Ibid. Ἰεράπυδνα] Dion princ. l. 36 τὰ Ἰεράπυδνα vocat. Tabulae Hiera 20 M. P. a Bienna, Ravennati Ierapina; ad quam formam in synodica Cretensium ad Leonem imperatorem epistola Euphronius episcopus Hierapinae. verius est Ἰεράπυτνα, ut lapides inscripti ostendunt. vide B. Montfauconii Diar. Ital. p. 74 C. V., ubi perperam ΙΕΡΑ ΠΙΤΙΝΗ, et Edm. Chishullii Antiq. Asiat. p. 126.

Ibid. Καράρα] olim Late, teste Stephano, cuius verba Io. Meursius l. 1 Cretae suae c. 7 recte constituit.

Ibid. 23. Ἀλλυγγος] hanc insulae urbem nomen reperi. suspicio de mendo esse potest, nisi in Notitia, quam Iac. Goar Codino addidit, inter Cretenses episcopos ὁ Ἀλλύγγου memoraretur.

Ibid. Χερρόνησος] navale erat Lycti, cuius praesul Nisinnius Nicaenae secundae synodo scribendo adfuit p. 354. Χερρόνησος Κρήτης in Actis concilii Ephesini p. 437 dicitur.

302, 23. *Λύττος*] urbem hanc *Λύττον* Polybius 4 53 appellat, et ante eum, Strabone teste, Homerus. sita erat in excellentiore colle, quae et nominis eius caussa: τὸ γὰρ ἄνω, inquit Stephanus, καὶ ὑψηλὸν λύττον φασι. atque hanc scribendae urbis consuetudinem ipsi incolae sunt secuti, ut in Thesaur. p. MLXXXV 5: *Ματιθίαν Σεβαστήν Λυττίων ἢ πόλις διὰ πρωτοκόσμον Τ. Φλαουίου Κωμασιῦ τὸ β.* ubi πρωτόκοσμος est magistratus cognomen, qui inter collegas, κόσμους dictos et numero quidem decem, ut Aristoteles Polit. 2 10 docuit, principe erat loco. in numis non aliud probantur, qua de re Spanhemius in Callimachi Hymn. in Apoll. 33. vide Hesych. *Καρνησόπολις.*

Ibid. *Ἀρκαδία*] Tabulae Arcado, unde Arpade Ravenss exstruxit, 30 M. P. a Bienna, pro Arcades: urbem enim *Ἀρκαδίας* et *Ἀρκαδίαν* teste Stephano appellabant. Arcadia Notitiis ecclesiasticis, ut Ioannes τῆς *Ἀρκαδίας ἐπίσκοπος*, qui pars Nicaenae secundae synodi fuit, testis erit, placet. male vero huic urbi in Geographia Sacra Carolus a S. Paulo locum negavit.

Ibid. *Σύβριτος*] Theodorus ἐπίσκοπος *Σουβρίτων* est in Actis Nicaeni secundi concilii p. 354. Subriti nomine in tabula Peutingerana insignis est; unde *Σύβριτος* non male diceretur, praesertim si *Σίβυρτος*, quam ex Polybio Stephanus habet, hinc originem acceperit. ceteroqui *Σύβριτα* Scylaci et Ptolemaeo esse solet. pertinet huc Cyrillus episcopus Subtuus, ut vitiosissime in synodica Cretensium ad Leonem imperatorem epistola scribitur. paullo melius in Actis Chalcedonensibus tom. 8 p. 671 *Κύριλλος ἐπίσκοπος πόλεως Σουβριτος.*

Ibid. 24. *Ἰάξιος*] immo *Ἰαξος*. aberat haud multum Eleuthernis. vide Edm. Chishull. Ant. Asiat. p. 125.

Ibid. *Ἐλευθέρινα*] multum hoc vulgato praestat, licet Dio l. 36 principio τὴν *Ἐλευθέριαν* vocet. in edito probando numi lapides scriptoresque plurimi, licet in numero vocis variantes, conspirant: τὰς *Ἐλευθέρινας* Scylax, Plinius, *Ἐλευθέρινην* conciliorum Chalcedonensis et Nicaeni secundi Acta, Stephanusque et Tabula, quae 8 M. P. Subriti urbe semovet, mutant.

Ibid. *Λάμπαι*] *Λάμπη*. hinc fuit Demetrius, qui pessime in Chalcedonensi concilio p. 100 *Πάλης* dicitur, ut ex p. 401 compertum est. Lappa *Λάπη* in Tabula, quae a superiore M. P. 32 dissociat, et lapidibus, ut Gruteriano p. MXCI 9: *Λαπναίων ἢ πόλις τὸν Μάρκον Αὐρηλιον Κλήριον τεμιῆς καὶ μνήμης χάριν.* sic enim expleri illud cri-

gramma debet, ut Mabillonius Itin. Ital. p. 33 et Donianae inscript. class. 5 176 docuerunt.

392, 24. *Κυδωνία*] *Κυδωνία*. Cydonea tamen Floro 3 7, ubi Dukerum vide, et Ravennati. *Κυδωνιάτας* habes in Dione 51 p. 507.

Ibid. 25. *Καντανία*] verius est *Κάντανος*. Tabulae Cantano M. P. 24 a Cisamo, Apteræ navali. Catamensis episcopus est in synodica Cretensium epistola ad Leonem imperatorem; ex qua Cisamensem Carolus a S. Paulo facit, cum Cantanensem debuisset.

Ibid. *Ἐλυρος*] montibus fuisse incinctam Pausanias Phocic. 16 docet. Ioannem Meursium Cretæ 1 9 vide.

Ibid. *Λίσσος*] hocine an *Λάσσοσ* amplectare, dubites. Plinius 4 12 Lason in mediterraneo ponit insulae tractu; Lissum Ptolemaeus in australi Cretæ parte, quæ Tabulae M. P. 16 a Cantano Liso dicitur. atque hæc potior erit, tum quod Pliniana Lasos sit obscurissima, tum etiam quod ὁ *Λίσσου* episcopus et aliis insit Notitiis. adde Scholia in Odys. Γ 293.

Ibid. *Φοινίκη ἤτοι Ἀραδένα*] ita mss, ut Holsteinus admonuit. in Notitiis, quam Iac. Goar publicavit, ὁ *Φοινίκης ἤτοι Ἀριάδνης* praesul ceteris Cretensium accensetur; qui cum vitio sit deformatus, parum iuverit. fuisse puto *Φοινίκη ἤτοι Ἀραδὴν*, quam posteriorem Stephanus agnoscit: *Ἀραδὴν*, inquit, πόλις Κρήτης, ἥ καὶ Ἀνώπολις λέγεται διὰ τὸ εἶναι ἄνω. de Phoenice res alia est, vix alibi obvia. est in parte insulae australi apud Ptolemaeum *Φολνιξ*, cuius episcopum, in Nicaeno secundo concilio p. 354 memoratum, negligenter Geographiae S. conditor praeteriit. ea si nostra est, oportet cum Aradene deinceps coaluerit; aut id si spreveris, ut Araden, incerta nobis caussa, Phoenices nomen impetraverit.

Ibid. 25. *νησος Κλαῦδος*] sic et Ptolemaeus et Notitia Iac. Goar appellat: Lucae Act. Apost. 26 16 *Κλαύδη*, variantibus tamen mss, et versionibus plerisque in Gaudem sive Caudon inclinantibus, qua de re Hugo Grotius. Ioannes Millius *Κλαύδην* divini scriptoris Ptolemaei auctoritate haud male firmat, sed Athenaeum, quem auxilio arcessit, vellem missum fecisset. verba Deipnosophistae e l. 6 c. 9 sunt: *Ἀντίδοτος δ' ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Πρωτοχόρῳ παράγει τινὰ παραπλήσιον τοῖς ἐν τῷ Κλαυδίῳ νῦν σοφιστευούσιν, ὧν οὐδὲ μνησθῆναι καλόν.* putat vir diligentissimus τὸ *Κλαυδιον* esse hanc insulam, quam si Athenaeus signasset, utique ἐν τῇ *Κλαυδίῳ* scripsisset. verius Is. Casaubonus in Sueton. Claud.

c. 42 anbradvertisit Claudium Athenaci non insulam sed maseum esse, quod ab imperatore Claudio ex suo nomine additum est Alexandrino, ut Suetonius docet.

392, 28. *Νικόπολις*] de ea in Ant. Itin. p. 325. metropolin veteris Epiri fuisse conciliorum Acta et Leonis imperatoris epistola tom. 9 Concil. Gener. p. 268 ostendunt.

Ibid. *Λωδῶνας*] sic ms pro *Λωδῶνη*, cuius episcopus Theodorus concilio Ephesino subscribit p. 437.

Ibid. *Εὔροια*] urbem fuisse antiquam, et, quod aquis esset copiosissimis cincta, eo nomine dictam Procopius Fabr. Iustinianum 4 1 adfirmat. Marcus *Εύροίας* saepe in Actis Chalcedonensibus occurrit, ut p. 126, et p. 566, ubi perperam *Εὐβοίας* praesul dicitur. vide Valesium in Sozomen. 7 26.

Ibid. *Ἀκτίου*] vitiosum et ex *Ἀκτίον* natum est. fuit Actium colonia ad sinum Ambracium, qua de Plinius 4 1.

Ibid. *Ἀδριανούπολις*] instaurasse eam civitatem et suo nomine insignem fecisse Iustinianum ex Procopio novimus. sedem habuit in mediterraneis, si Tabulae scriptae fides est: nam Acta S. Leucii 11 Ianuar. mari admovent. *ταῦτα* quidem *ναυγῶντες*, aiunt, *diebus 15 pervenerunt in civitatem Adrianopolim, et illic adhaesit sibi duos sacerdotes Leonem et Sabixam, et inventa navi de Rhegio datoque navis ascendit in eam, Hydruntinamque pervenit*: neque enim dubium est quin barbarus scriptor hanc intellexerit.

393, 1. *Ἄππων*] Argos Amphilochium in hac voce latere, si quid auxilii a mss esset, mihi persuaderem. de Phoenice vide Ant. Itin. p. 324.

Ibid. *Ἀγχισμὸς*] episcopus *Ἀγχισμοῦ Ἡσιῶν καλαιῶς*, qui Anchiaxi in versione, est in Chalcedonensi concilio p. 126. forte portus est Onchesmus, de quo ex Strabone et Ptolemaeo Palmerius Graec. Ant. 2 2 p. 245.

Ibid. *Βούθριος*] *Βουθρωτός*, de qua alias. Stephano *Βουθρωτός νῆσος περὶ Κέρκυραν* in editione Aldina Florentinae et Vossiano ms, ut Berkelius advertit, non, uti addit, corruptissime. fuit sane Buthrotus in Chersoneso, nec tamen necessarium erat ut *Χερρόνησος* urbium descriptori inculcarentur: saepe illi insulae dicuntur quae proxime, ut insulae videantur, accedunt. vide Ant. Itin. p. 522.

Ibid. *Φωτικῆ*] sita in depresso fuit loco, aquis stagnantibus circumdata, Procopio Aedif. Iustin. 4 1 auctore. meminit eiusdem auctor comment. de Petro et Paulo c. 3: *ἐξ ἧς (Ῥώμης) εἰς Μεδιόλανον καὶ Φωτικὴν πόλεις Ἡμερῶν*

τιδας, ἔρχεται. conilicit quidem God. Hensehenius (tom. 5 A. S. Iunii p. 417) urbem Lucam a luce *Φωτεινήν* scriptori dici; quae Epirotarum nunquam fuit: at nostram intelligit, quam imperite Mediolano iunxit: oppida enim, quod Callimachus ait, *τάδε τόσσον ὄσον δια πλείστον ἔχουσι.*

393, 2. ἡ *Θρακή νῆσος*] sic mss; unde sine controversia, eruenda erit *Ἰθάκη*, ut Car. a S. Paulo et L. Holsteinius viderunt.

Ibid. 3. *ὑπὸ κορσουλάριον*] idem in suo codice Constantinus l. 3 Them. 9 legit, et falsum tamen esse arbitror: nam et Notitia imp. Orient. c. 1 utrique, et novae et veteri, Epiro praesidem imponit, et imperatores Valentinianus et Valens ad Zosimum novae Epiri praesidem dant l. unicum cod. Theod. de stratoribus, innuuntque Apolloniae agere solitum. itaque ὅφ' ἡγεμόνα praestiterit.

Ibid. 4. *Δυρράχιον*] metropolis erat Epiri novae; unde Lucas ἐπίσκοπος *Δυρραχίου, μητροπόλεως νέης Ἠπείρου* concil. Chalced. p. 565.

Ibid. *Σκάμπα*] ita recte Constantinus in editione Batava: nam *Σκάμπα*, quod Ans. Bandurius recepit, hinc detortum est. vide ad Ant. Itin. p. 318.

Ibid. *Βούλις*] Ptolemaeo *Βουλλίς*, Stephano *Βυλλίς*, urbs erat maritima, Apolloniae vicina, unde eiusdem episcopi curae fuerunt commissae, qui in Ephesino concilio p. 437 *Ἀπολλωνίας καὶ Βελλιάδος* et p. 524 *Ἀπολλωνίας καὶ Βελλιάδος* vitiose dicitur. vide Holst. in Stephani *Βυλλίς*.

Ibid. 5. *Ἀμαντία*] fuit in Orici finibus, ab Abantibus condita et dicta. vide Palmerium G. A. 1 31 p. 171. Eulalius episcopus ab Amantia est in fragm. 3 p. 1323 Oper. histor. Hilarii.

Ibid. *Πουλχεριούπολις*] recte hoc Holsteinium probasse Constantinus l. 3 Them. 9 ostendit. nomen est a Pulcheria Theodosii secundi sorore, situs vero obscurissimus; qui, si nomen, quo ante usa fuit, esset exploratum, commodius finiretur. Palmerius de Bulgarica Belgrado suspicionem iecit, quae ut probari possit vehementer vereor. de Aulone Itin. Ant. p. 324.

Ibid. *Λυχνίδος μητρόπολις*] fuit olim *Λυχνιδός*, ut bene Palmerius, quae cum Hieroclis aeo Epiri metropolis non fuerit, credibile est *μητροπόλεως* vocem huc a Dyrrachio migrasse, aut Lychnido a recentiore librario fuisse appositam: fuit enim seriore aetate sub Bulgaris metropolis; quod ut appareat, sciendum est urbem hanc a gente Bulgarica Achridam fuisse nuncupatam. Cedreus, Nicephori Gregoras

et Callistus, quibus testimonium denuntiavit Palmerius V. G. 1 35, id haud obscure indicant; nec alia fuit scholiastae Coislino, cum Ptolemaeo adscriberet *Λυχνιδός ἢ Ἀχρίδα*, sententia. sub iisdem Bulgaris Achrida Iustinianae primae et metropolis titulo superbiit, testibus utroque Nicephoro et Wilhelmo Tyrio Hist. Hieros. 20 2. hic vero non immerito quaesiveris; sitne Lychnidus eadem ac Iustiniani patria: patriam enim suam imperator cognomine Iustinianae primae Novella 11 illustrem esse iussit. mihi, quantumvis in eam opinionem doctissimus Palmerius et plures alii concesserint, nullo modo plausibilis videtur. dissentienti causas habeo graves et varias: quid si primo Lychnidum condita Iustiniana prima superstitem fuisse ostendero? exstructa ea est ante Belisarium consulem sive ante annum 535, teste Novella 11; Lychnidus gravissimo terrae motu corruit Iustiniano principe, non, ut Palmerius, Iustino primo, apud Procopium Hist. Arcan. c. 18. movit autem terra per Achaïam et Epirum anno bello Gothici 13, eodem auctore B. G. 3 181, pluresque urbes disiecit. tremuit praeterea anno belli eiusdem 17, B. G. 4 25, et horribilem quidem in modum. altero utro motu Lychnidus corruit: neque enim alius in hoc tractu memoratur. adeoque si priore, 12 ferme annis post conditam Iustinianam primam, si posteriore, 16 post eam annis in ruinas abiit. igitur cum Lychnidus aedificata Iustiniana prima pristinum nomen mordicus retinuerit, florueritque in plures annos, perperam ab Iustiniano ex ruderibus excitata et novo nomine decorata perhibetur. quod ipsum, si quae de utraque urbe praedicantur in examen miseris, liquidius patebit. Procopius in Histor. Arcan. *Λυχνιδόν τὴν ἐν Ἠπειρωτικῇ* sive Epiroticam appellat: at imperatoris patriam Fabr. 4 1 in Dardanis, qui ultra Epidamniorum fines agitent, collocat; quae sane regiones magno terrarum intervallo dissociantur. promptum quidem est cum Palmerio profiteri Procopium nos satis edoctum fuisse limites earum regionum; nec facile tamen illi persuaserit qui eius de bellis Gothico Vandalico et Persico deque aedificiis Iustiniani libros cum cura eolverit; ne nunc dicam imperatorem aperte satis Novel. 11 patriam suam circa Daciam mediterraneam figere et Procopii partibus accedere. ad haec omnia accedit Iustiniani natale solum aut Tauresium aut Bederinam sive Bederianam a Procopio et Agathia vero nomine appellari; qua ergo ratione Lychnidus erit? porro Lychnidus excellenti colli erat imposita et fontibus abundantissima apud Malchum in Excerpt. Hoeschelli p. 64. utrumque defuit Iustinianae primae, debuitque imperator aquae ductibus magnifico opere exstructis sub-

venire civibus, ne sitirent, Procopio indicet. Tandem, ne longum faciamus, si Iustiniana prima eadem est ac Lychnidus, debuit Epirus nova, in qua ea urbs sedem obtinebat, Iustinianae primae esse contributa, aut saltem eius pars: atqui res secus habet. decernit Iustinianus Novel. 11 ut primae Iustinianae, patriae nostrae, pro tempore sacro sanctus antistes non solum metropolitanus sed etiam archiepiscopus fiat; et ceterae provinciae sub eius sint auctoritate, id est tam ipsa mediterranea Dacia quam Dacia ripensis, nec non Moesia secunda Dardania, et Praevalitana provincia et secunda Macedonia, pars etiam secundae Pannoniae. nulla prorsus hic Epiri mentio, in qua non infimo loco Lychnidus. dices Achridam Iustinianam primam fuisse dictam, eam autem a Lychnido nihil discrepare; quod ut libenti animo admitto, ita ea quae disputavi prohibent ut ab Iustiniano eo nomine insignitam fuisse agnoscam. omnia nisi me fallant, Bulgaris ad Christianorum sacra traductis, Lychnido, quae gentis praecipua in hoc tractu urbs, et metropolis dignitas venit et Iustinianae primae cognomen: religione enim meliore recepta, et sacerdotibus et, qui eos inauguraret, episcopo fuit opus. lecta ergo urbs quae Bulgaris caput erat, et metropolitano assignata, appellataque Iustiniana prima, sive quod eandem, quamquam non sine errore, eius temporis Graeci opinarentur; seu potius quod vera Iustiniana prima, ut plures in hac vicinia aliae, per tracta diu bella esset desolata, nec alius titulus ad novam metropolim decorandam videretur accommodatior.

303, 6. *Λιστρῶν καὶ Σκεπῶν*] *Λιστρῶν καὶ Σκεύπτων* codex Vulcanii. haec quid velint, non facile dixero, viri docti, qui occasione oblata in ea inciderunt, coniecturis, sed parum certis, indulserunt. Palmerio G. A. 1 31, quod Constantinus l. 2 Them. 9 *Ἀύλων, Ἀηστρων, Σκεύπτων* praefereat, in mentem venit posse legi *Ἀηστῆριον* vel etiam *Ἀηστῶν*, ut sit velut epithetum Aulonis, navale piraticum vel piratarum, ut in Attica erat *Φῶρων λιμὴν*, furum portus: cui suspitioni mss, verborum ordinem aliter digerentes, contra veniunt; obstant quoque Romanorum leges, piraticam proscribentes. L. Holsteinius in Thesauri Orteliani Aestraeum *Ἀιστρων* praecoptat, Aestraeumque pariter ut Carolus a S. Paulo intelligit; quod oppidum cum in Macedonia secunda ab Hierocle fuerit collocatum, hic sedem obtinere non potest. de altero *Σκεπῶν* non minor haesitatio: Carolus a S. Paulo videndum esse monet an *Καισκεπῶν* legi possit; ubi maxime vellem ut, quid tandem Caescepon fuerit, docuisset. Palmerio *Σκεπῶν* quae sit non succurrit. equidem, si sententia sit ferenda, *Λιστρῶν* esse dixero novae Epiri castellum, cui

apud Procopium Fabr. Iust. 4 4 nomen est Ἀλιόρας; in Σκεπῶν autem sive Σεύπτων voce latere eiusdem Epiri urbem, quae Σιδρέων et in Augustano codice Σουδεῶν eidem Procopio audit.

393, 7. ἐπὶ κονσουλάριον] consulari Daciam mediterraneam paruisse Notitia imp. Orient. c. 1 confirmat. est in l. 2 c. Theod. de inoffic. testam. Claudius praeses Daciae; quae cum et Sardicae meminerit, diceres Daciam mediterraneam fuisse praesidialem provinciam; quae tamen res secus habet. Sardicae a Constantino M. ea lex data est ad praesidem Daciae, qui propterea Daciae mediterraneae praeses non fuit, ut I. Gothofredus censebat.

Ibid. 8. Σαρδική] Daciae metropolin fuisse Theodoretus H. E. 2 4 docet. Constantius, inquit, προσέταξεν εἰς τὴν Σαρδικὴν (Ἰλλυρικὴ δὲ αὕτη πόλις, τοῦ Λακῶν ἔθρους μητροπόλις) καὶ τοὺς τῆς ἐπῶς καὶ τοὺς τῆς ἐσπέρας συνδραμεῖν ἐπισκόπους. ubi ne ad Illyricam urbem offendaris, ita dici obiter observa, quod praefecto praetorii per Illyricum subesset, quae ratio et Iornandem R. Got. c. 56 permovet ut Naissum Illyrico contribueret. vide de Sardica Ant. Itin. p. 135.

Ibid. Πανταλία] Πανταλία vero nomine fuit, nomen ΟΥΑΠΛΙΑ ΠΑΤΤΑΛΙΑ titulis inscriptis, et tabula, quae Peutaliam 28 M. P. Sardica separat, indicibus. ter idem commissum est peccatum in Malchi Excerpt. Legat. Hoesehelii p. 62, quae accuratissimus L. Holsteinus ad Stephani Πανταλίαν optime eluit. sita erat non longe a Thraciae introitu: παραγγείλας χώραν μὲν αὐτῷ δοῦναι ἐν Πανταλίᾳ, Malchi verba sunt, ἢ τῆς μὲν Ἰλλυρικῆς μοίρας ἐστὶν ἐκασχία, οὐ πολὺ δὲ ἀπέχουσα τῶν εἰσβολῶν τῆς Θράκης. Procopio non dissimili vitio Παντάλεια Aedif. Iust. 4 1 dicitur.

Ibid. Γερμανή] Constantinus l. 2 Them. 9 Γερμανός habet. verum est Γερμανή, quo nomine Procopius Aedif. Iust. 4 1 in hac Dacia novit urbem. nec diversa, puto, est Germania, quam B. Vand. 1 11 in finibus Illyrici et Thraciae, Θρακῶν τε καὶ Ἰλλυρίων μεταξύ, ponit, Belisarū patriam. vide N. Alemannum in Histor. Arcan. c. 2, et cave credas in sanctionibus antistitum Orientalium, quod inibi fidenter et Ortelianis verbis asseritur, metropolin esse: longe enim haec ab ea dignitate afuit.

Ibid. Ναισός] recte ita mss et Constantinus. vide Holst. ad Stephan. et quae Itiner. H. p. 566 adscripta sunt.

Ibid. 9. Πευσιόανα] de hac urbe ad Anton. Itiner. p. 135 disputavimus. id mirandum est, in Actis Chalcedonensibus

p. 323 Ἀφροῦπόλιν appellari: subscribit Διογενιανὸς ἐπίσκοπος Ἀφροῦπόλεως Ῥεμισσιάνων, qui in Latina veteri versione episcopus civitatis Remissianensium et p. 126 Ῥεμισσιάνης τῆς Δακίας recte dicitur. putem librariorum Ἀφροῦπόλεως esse conditores, et cum in Actis esset Διογενιανὸς ἐπίσκοπος Ἀφροῦ, Διογενιανὸς ἐπίσκοπος πόλεως Ῥεμισσιάνης, neglecto alterius Diogeniani nomine novae urbis fundamenta posuisse. Ἀφροῦ ἐπίσκοπος, ut hoc addam, episcopus Afer in his conciliorum Actis esse solet, ut p. 402.

393, 10. τῇ παρὰ . . . ὑπὸ κοινουλάριον] Ripensis Dacia cum intelligatur, fortasse τῆς παραποταμίας Δακίας iustum erit: Procopio Aedif. 4 5 Ῥιπησία est Δακία. quod autem consulari administranda mandatur, id a recto longe abest: fuit enim praesidialis provincia, uti praeter Notit. imp. Orient. c. 1 ex l. 2 c. Theod. de inoffic. test. pro comperto habemus.

Ibid. 11. Ῥαξαρία] Ῥατιαρία oportuerat. hanc et duas sequentes Theophanes Chronograph. p. 217 non praeteriit. καταστρέψας τὴν τε Ῥατιάρων, inquit, καὶ Κωνωνίαν καὶ Ἀκῆς καὶ Δωροστόλον καὶ Ζάνδαπα καὶ Μαρκιανούπολιν. quae ex Theophylacto H. M. 1 8 decerpta indidem facile sanioerem recipient colorem. vide Ant. Itin. p. 219.

Ibid. Βηρονία] Βονονία codex Vulcanii. Βονωνία est, ut Henr. Valesius in Ammian. 31 11 dudum vidit. quod sequitur Ἀχοίνας, Latini Aquas, Graeci Ἀκῆς vocitant; qua de re dictum alias est.

Ibid. Κάστρα Μάρτις] Sozomenus H. E. 9 5 Κάστρα Μάρτις πόλιν τῆς Μυσίας appellat, recte si urbis nomen spectes, non item si provinciam: fuerunt enim haec Castra in Dacia, ubi Procopius ea Fabr. Iust. 4 6 agnoscit et a Danubii ripa removet; quod sane mirandum est, siquidem Gratianus permeato Danubio delatus Bononiam, Sirmium introiit, et quatrimum ibi moratus per idem flumen ad Martis Castra descendit apud Ammianum 31 11.

Ibid. Ἰακός] ita mss, Henr. Valesii coniecturam adfirmantes. vide Ant. Itin. p. 221.

Ibid. 13. Δαρδανίας] sita haec provincia erat ad Macedoniae occidentem plagam: codex missorum Theodosii, ab Emmanuele Schelstrate tom. 2 Antiq. Eccles. p. 526 editus: Macedonia et Hellespontus et pars Ponti finiuntur ab oriente mari Pontico, ab occidente desertis Dardaniae, a septentrione flumine Histro, a meridie Aegaeo. Harduinus, qui ad Plinii 4 11 deserta Candaviae substituit, causam nullam habuit.

393, 13. *Σκούποι*] sic Ptolemaeus, Stephanus *Σκίονος* vocat: Scupum Marcellinus Comes a. 518, cum de aerumnabili Dardaniae calamitate *Scupus namque metropolis, ait, licet sine civium suorum hostem fugientium clade, funditus tamen corrui.* melius Paullinus Scupos Propemptico ad Nicetam:

tu Philippeos Macetum per agros,
per Tomitanam gradieris urbem,
ibis et Scupos patriae propinquos
Dardanus hospes.

quamquam si iter consideres quo amicum Remesianam, patriam in urbem, mittit, maximas ambages meritissimo mirere. quid opus Philippeos agros et Tomitanam urbem, ut Scupos devenias, invisere? Ant. Pagius Critic. a. 397 9, quo Paullinum ignoratae geographiae culpa liberet, nescio quos Philippeos agros, nusquam lectos, comminiscitur, et pro Tomitana urbe Stobitanam restituit sive Stobos. equidem a Stobis Stobensem recte formari, nusquam Stobitanum, legi. at demum hoc: cui bono per geminam Epirum Thessalonicen Nicetam amandat, cum brevius per Praevalitanam Dardaniamque provincias iter, in Tabula signatum, in Scupos et Remesianam versus pateret? sed haec missa faciamus. sita urbs fuit ad Axium sive, ut serior aetas maluit, Bardarium. Nicephorus Bryennius Comment. 4 18: *ὁ δὲ Βαρδάριος καταρρεῖ μὲν ἐκ τῶν τῆς νέας Μυσίας ὄρων, καὶ διὼν διὰ Σκούπων καίτοις μεταξὺ Στρονμπίτης.* quae cur Possinus vertere neglexerit, divinare non possum; nihil utique habebunt obscuro, si Nicephorus Gregoras in consilium adhibeatur, Scopia, quo nomine deinceps claruit, Triballorum in montibus oppidum, Axio summi adstruens l. 8 c. antepenult. p. 266 edit. Genev.

Ibid. 14. *Μηρών*] fortasse haec delitescit inter castella quae plura Dardaniae Procopius Aedif. Iust. 4 4 nobis annumerat; proxime accedere *Βεσμέριον Ἄρια* et *Μαριανὰ* videntur.

Ibid. *Ὀύλιανὰ*] urbem hanc longa temporis iniuria labantem Iustinianus erexit et Iustinianae secundae cognomine superbire iussit apud Procopium Aedif. Iust. 4 1. habes eandem in his Iornandis *Rer. Getic. c. 56: Theodemir Naissam primam urbem invadit Illyrici, filioque suo Theodorico consociatus adstat et in villam comites per castram Herculis transmittit Ulpianam, qui venientes tam eam quam et opes mox in deditionem accipiunt.* sic edunt, intricatissimam verborum sententiam susque deque habentes. codex Ambrosianus *sociatis adstat et in villa comitibus et tam*

eam quam Mestulus mox praefert: unde ego fuisse credidero filioque suo Theodorico sociatis adstat et III millia e comitibus per castrum Herculis transmittit Ulpianam; qui venientes tam eam quam Metulum mox in deditionem accipiunt. Castrum Herculis, ut obiter ea illustrem, Tabula 14 M. P. Naisso semovet; Metulum autem in hac vicinia oppidum erat natura et operibus munitum. Appianus Illyr. p. 10 ed. Hoesch. ἐπὶ δὲ ἑτέραν πόλιν ἔχῳρει Μετοῦλον, ἢ τῶν Ἰαπόδων ἐστὶ κεφαλὴ, κεῖται δὲ ἐν ὄρει σφόδρα ὑλῶδει, ἐπὶ δύο λόφων, οὓς διαίρει χαράδρα στενὴ. reliqua a vestigiis manu exarati codicis proxime recedunt.

393, 15. Πρεβάλεως] provincia Praevalitana inter Epirum novam et Dalmatiam ad Adriaticum erat protenta sinum, Procopio B. G. 1 15 auctore. paruisse praesidi Notitia imp. Orient. c. 1 adfirmat.

Ibid. Σκόδραι] verius [cum L] Σκόδρα. situm urbis Livius 44 31 describit.

Ibid. 16. Λίσσος] haec et eius arx Acrolissus ex Polybio 8 10 et Livio 43 20 notissima est. Ἐλισσος Constantino dicitur imperatori de Administ. Imper. c. 30.

Ibid. Δωράκιον] diceres hinc fuisse Eucharium Δωρακίου praesulem, qui pars Ephesini fuit concilii, nisi p. 496 adderetur τῆς νέας Ἠπειρώου, atque inde Dyrrhachinus esset. est inter Gudianas ex Ligorio inscriptiones p. CLXXI hoc epigramma: D. M. S. C. IVLIVS. C. F. AEMILIA. RVFVS DVRRACI MIL. COH. XII. VRB. quod et ego ad Dyrrhachium pertinere existimem. quid ergo huic Doracio fiet? equidem legere id nusquam memini. fuit praeterea Praevalitanae provinciae metropolis Scodra, ut ex Gregorii M. 1. 10 epist. 34 apparet; quare, donec aliunde firmiore Doracium hoc tibicine fulciatur, arbitror Docleam sive Diocleam, non quidem metropolin sed celebrem tamen post Diocletianum eius instauratorem urbem, hic suum etiam locum obtinuisse. vide de ea Constantini. Administ. Imp. c. 35 et Cinnamum Histor. 6 1.

Ibid. 17. Μνοσία] Moesia haec prima est sive superior, ut Tabulae dicitur; Socrati H. E. 1 27 ἡ ἄνω Μνοσία. LEG. AVG. PR. PR. PROVINC. PANN. ET. MOESIAE SVP. sub Septimio Severo est in Thesaur. p. CCCCVII. 1. postea praesidialem fuisse testis Notitia imp. Orient. c. 1 est.

Ibid. Βιμενάκιον] Βιμενάκιον rectius Theophylactus H. M. 1 5, qui πόλιν λαμπράν ad Illyricum pertinentem appellat. in Gordiani et Philippi numis P. M. S. COL. VIM., quos ridicule admodum Harduinus in Num. urb. illustrat. ex-

pliat de provinciae Macedoniae superioris colonia Vimina-
cio. adeone Moesia superior ignorata fuit, ut his in numis
cognosci haud potuerit?

393, 18. Συγγιδόνος] Συγγιδών aut Συγγιδουρον oportue-
rat. Socrates H. E. 1 27 et 2 12 episcopum Συγγιδόνος τῆς
ὑπὸ Μυαλας Ursacium inter Arianismi defensores numerat:
ut mirer Carolum a S. Paulo Socratem notasse ob Singidu-
num Pannoniae transcriptam. certe l. I c. 20, quorsum lecta-
res amandat, nihil huius legitur. vide Ant. Itiner. p. 132.

Ibid. Γρατιανὰ] est in Notitia imp. Orient. c. 153 in-
ter Moesiae primae urbes, deque ea disputavimus ad Itiner.
H. p. 566.

Ibid. Πρικουρία] imo vero Τρικύρια aut Τρικύριον
potius. vide idem Itiner. p. 565.

Ibid. Ὀρθέμαρχος] pro Ὀρθεο μάρτυρον, ut diximus ad
Ant. Itin. p. 134.

Ibid. 20. Παννονίας] Pannonia secunda est, quae olim
praefecto praetorii Italiae parebat, pars imperii Occidentis,
ut Notitia imp. Occid. c. 2 docet: eam autem cum Iustinia-
nus reciperasset, sicuti Novella 11 significat, provinciis Orica-
tis Hierocles accenset. quod autem praesidi mandatur, id
Iustiniano credo debetur; est sane Munatius Plancus v. c.
praeses Pannoniae per annos 24 in lapide Reinesiano class.
6 71; sed is Pannoniae primae praepositus fuit: nam secun-
dam consularem fuisse Notitia eadem c. 1 confirmat.

Ibid. Σέρμιον] urbium mater et populosa et cele-
bris Ammiano 21 10. unde in concilio Aquileiensi sub Da-
maso Amenius caput, inquit, *Illyrici non nisi civitas est*
Sirmiensis tom. 3 Concil. Labbei p. 391. non dissimilia
leges Iustiniani in Novella 11, cuius tamen verba si ita ac-
ceperis acsi Thessalonicensi ecclesiae post Attilae et Sirmii
eversa tempora demum ea dignitas accesserit qua omni Illy-
rico praestabat, erroris Tribonianum absolvere non poteris:
multis enim ante annis, ut ex Theodoro supra monuimus,
Illyricum Orientale illi urbi paruit. vide P. de Marca Dis-
sert. de Primat. c. 38. et de Basianis sive Bassianis Itiner.
A. p. 131.

Ibid. 22. ὑπὸ ἀνθύπατον] Aristidi tom. 1 p. 611 ἀρχων
τῆς Ἀσίας, et p. 572 ac 600 ἡγεμῶν τῆς Ἀσίας, quibus at-
que aliis in locis cum praetorem aut praesidem interpres ver-
terit, praebita magno Usserio in Smyrnesium Epist. p. 46
ed. Ruinarti ut scriberet occasio est, totius provinciae pro-
prie dictae Asiae proconsulem tunc fuisse praesidem; quod
tamen a vero procul abesse cognitissimum est. erat procon-

sulis Imperium latissimum, suis terminis ab eodem Aristide tom. 2 p. 501 circumscriptum: longe tamen accuratius, quamquam eius scriptoris aetate tantum non erat, ab Eunapio in Maximo p. 101 ed. Plantin. ἀλλ' εἰς ἀρχὴν μετέστησε μείζονα (Valens Clearchum), ἀνθύπατον αὐτὸν ἐπιστήσας τῆς νῦν ἰδίως Ἀσίας καλουμένης. αὕτη δὲ ἀπὸ Περγάμου τὸ ἀλιγεγεῖν ἐπέχουσα πρὸς τὴν ὑπερκειμένην ἤπειρον ἄχρι Καρίας ἀποτέμενται, καὶ Τρωάδος αὐτῆς περιγραφεῖ τὸ πρὸς Ἀσσίαν, ἔστι δὲ ἀρχῶν ἐνδοξατάτη, καὶ οὐ κατήκοος ταῦ τῆς αὐτῆς ἐπάρχου. iam si observaris huic proconsuli Hellesponti consularem et insularum praesidem dicto fuisse audientem, amplissimam utique potestatem illi iniunctam agnosces. quod vero praefecti praetorii imperio exemptum fuisse affirmat, id, quamquam ab eo ad praefectum appellatio in l. 19 cod. de Appellat. permittitur, ex Notitia imp. Orient. c. 1 quoque cognoscas; neque enim Asia provinciis annumeratur quae sub dispositione praefecti praetorii per Orientem fuerunt. ceterum in Eunapii verbis, quod nec interpretem fugit, non τὸ ἀλιγεγεῖν sed τὸ ἀλιτενεῖν, ut apud Polybium 4 39 de ora Ponti πᾶν δ' ἐστὶν ἀλιτενεῖν, legi oportet. simile vitium e Strabone l. 13 p. 595 eluit Paul. Leopardus Emendat. 4 15.

393, 22. πόλεις μγ'] olim quingentae urbes Asiae proconsulis iurisdictioni erant contributae; unde Agrippa apud Iosephum B. l. 2 16 § 4: τί δὲ αἱ πεντακισχίαι τῆς Ἀσίας πόλεις; οὐχὶ δίχα φρουρᾶς ἕνα προσκυνουοῦν ἡγεμόνα καὶ τὰς ὑπατικὰς ῥάβδους; tumque in plures descripta erat conventus, de quibus Plinius 5 29. deminui eius amplitudo coepta est, postquam vicinis provinciis sui magistratus sunt impositi, et alterius imperio subiecti. vide Usserium de Asia procons. p. 32 etc.

Ibid. Ἐφεσος] provinciae erat metropolis; et quamquam olim eam urbi dignitatem vicinae invidabant, ab Antonio tamen imperatore proconsuli necessitas imposita est per mare applicare καὶ τῶν μητροπόλεων Ἐφεσον (i. e. inter matrices urbium Ephesum) primam attingere, ut Ulpianus l. 4 § 5 D. de offic. Procons. admonet. nec tamen Ephesum imperator Smyrnae aut Pergamo ita praeponit ut prae illis primas auferret: tantum ut e metropolitibus provinciae primam eam adiret edixit, ut pulchre demonstravit Ezech. Spanhemius Dissert. 9 de Usu et Praest. Numism. p. 614. sequiore demum aetate reliquis est antelata, factusque eius episcopus Asianae dioeceseos exarchus, et iure quidem Patriarchico, apud Evagrium H. E. 3 6. adde Usserium de Asia Procons. p. 49.

Ibid. 23. Ἐνδα] Ἀναία verum oppidi, quod Cariae Πε-

Iemaeus et Stephanus, Scylax Lydiae circa Magnestam attribuit, cognomen erat. Soticus πόλεως Ἀναίης inter Asiae episcopes Chalcedonensi concilio p. 675 subscribit, concilio vero Cpolitano tertio p. 666 Ioannes ἐπίσκοπος Ἀνείων τῆς Ἀσιαῶν ἐπαρχίας, qui p. 500 τῆς Ἀναειῶν πόλεως dicitur. prave ergo in concilio Ephes. p. 465 Modestus fertur τῆς Ἀνείων πόλεως τῆς Φρυγίας et p. 527 τῆς Νεαιῶν πόλεως praesul. apud Stephanum gentile nomen est Ἀναῖος et Ἀναίτης, ad quam formam ea quae produxi facile corrigentur.

393, 23. Μαγνησία Μεάνδρου] numis Μαγνησία ἡ πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ, concilio Cpolitano tertio p. 666 Μαγνητίων ἡ Ἡρωτομαιανδρούπολις. aberat haud multum Epheso. vide Ezech. Spanhemium Dissert. 9 de Usu et Praest. Numism. p. 656.

Ibid. Τράλλεις] neque haec longe Epheso remota fuit. oracula quae Sibyllae accepta feruntur, l. 3: Τράλλεις δ' ἡ γείτων Ἐφέσον σεισμῷ καταλύσει τείχεα. dubium autem est, fueritne Maeandro adstructa. Stephanus adfirmat: negantium partibus Strabo accedit l. 14 p. 648; cui Whelerus numum ΤΡΑΑΛΙΑΝΩΝ nomine inscriptum et amnis figuram praeferentem Itiner. p. 288 opponit. nec is tamen fluvio acubuisse Maeandro probaverit, tum quod numi subinde fluvium, qui urbis agrum radit, ostendent, ut Nicaeensium amne Sagari insignes, tum maxime quod numi eius flumen possit esse Esdon, quem circa Trahianorum urbem defluxisse Etymologus cum Plinio docet.

Ibid. Νύσσα] Νύσα Straboni atque aliis. Actis concilii Ephesini p. 527 subscribit Theodotus episcopus Μύσης, qui Νύσης fuit. Νυσσαέων πόλις concilio Constantinop. tertio p. 667.

Ibid. 24. Πριούλλα] Βριούλα oportuerat, ut apud Strabonem l. 14 p. 650 et in egregio Thesaur. Britan. tom. 2 p. 102. ΒΡΙΟΥΛΑΙΩΝ numo. idem adfirmaverit Rufinus episcopus πόλεως Βριούλων Nicaen. concil. sec. 349. corrigit ergo, quem in Actis Ephesin. p. 528 reperies, Βαριουλίτων praesulem. quae sequitur Mastaura, a Strabone Stephano et conciliorum Actis saepe memoratur.

Ibid. Ἀνίετα] Ἀνιήτιον videtur praestare ob Theodorum episcopum Ἀνιήτιον in Ephesino c. p. 466, licet prave p. 528 Ἀνηνυσιῶν vocetur praesul: Mamas enim Ἀνιήτιον Chalcedonensis conc. p. 522 illud sua subscriptione firmat, quantumvis p. 664 ἐπίσκοπος πόλεως Ἀνηρίτου dici videatur. de situ nihil finivero.

Ibid. Ὑπαιτα] Ὑπαιπα, unde Iulianus episcopus πόλεως Ὑπαιπῶν in Chalcedon. synodo p. 665 et Antonius Ὑπαιπῆ-

των πόλεως conc. Constantinop. tert. p. 500; quod posterius saepe in numis apud Harduinum Vaillantium et Haymium conspicitur. oppidum Tmolus accubabat. Ovidius *Metamorph.* 11 150: nam freta prospiciens late riget arduus alto Tmolus in adscensu; clivoque extensus utroque Sardibus hinc, illinc parvis finitur Hyraepris.

393, 24. Ἀδριούπολις] verum esse Ἀρχαδιούπολις Alexander Ἀρχαδιουπόλεως τῆς Ἀσίας concil. Ephes. p. 463 et 528 testabitur, qui si nomen, quo urbs antea fuerat usa, adposuisset, eius sedem quam frustra vestigamus, eadem opera indicasset.

Ibid. 25. Διὸς ἱερῶν] imo ἱερῶν, Ioniae Lebedum inter et Colophonem apud Stephanum oppidum: numus ΔΙΟΚΛΕ-ΠΙΤΩΝ habet Harduinus, qui ex concilio Constantinop. tertio p. 500 ed. Labbei Χριστούπολιν deinceps fuisse non praeteriit.

Ibid. Εὐάζα] Liberatus Diaconus Breviar. c. 13: *nono quoque Secretario acta est actio, ubi Bassianus, qui ad civitatem Euazensem episcopus ordinatus est, et ecclesiae incubuerat Ephesinae.* quam civitatem cur in Labbeana editione asterisco notarint, causam non video: bene enim omnia habent. fuerat Bassianus invitus Εὐάζων civitati a Memnone Ephesio episcopus impositus: Memnone et eius successore Basilio fato functis idem Epheso est praepositus; quae omnia fusius concillii Chalcedon. Acta tom. 9 p. 7. L. Holsteinus in Car. a S. Paulo Geogr. S. huc refert Basilli epist. 251 nov. edit., τοῖς Εὐασιηνοῖς inscriptam, auctorque est ut Εὐαζηνοῖς legatur. mihi, pace eius dixerim, alia est sententia. in Basilli epist. 278 Εὐήσος Euesus Cappadociae montibus proxima, ut ex serie epistolae cognoscas, invenitur; huius incolis missam eam epistolam arbitror, proptereaque Εὐησηνοῖς, praecipue quod posteriore in epistola manu exarati codices, non item priore, in vocabuli scriptura consentire videantur, praepro.

Ibid. Κολοση] manu exarati codices Κολοασίς praeferebant: ego neutrum probavero, tametsi quo vero nomine fuerit pro comperto nondum habeam. in binis Iac. Goar Notitiis inter Asiae praesules est ὁ Καλόης, subscribitque Nicaeno secundo concilio p. 50, 350 atque alibi Theophanes ἐπίσκοπος Καλόης et p. 153 mendose Κάλπης. diceres itaque Καλόη iustum esse urbis titulum, nisi Aphobius, qui synodo Ephesinae adfuit, contraireret, et se Κολῶνος p. 465 sive Κολώνης p. 528 aut, quod mss dant, Κολόης episcopum fuisse testaretur; cui ultimo cetera postponerem, illique nomen venisse

a Coloë lacu haud multum a Sardibus apud Strabonem l. 13 p. 626, si aberrandi metus abesset, autumarem. quamvis autem de urbis nomine pleraque dubia sint, non poterit Car. a S. Paulo negligentiam in ea praetereunda excusare.

398, 25. *Ἀργίζα*] hoc Acta concilii Nicaeni secundi p. 153 atque alibi, quibus Leo *ἐπίσκοπος Ἀργίζων* nomen adscripsit, firmabunt. In Chalcedon. p. 96 habebis Proclum *Ἀργίζης* et p. 398 *Ἀργίζων*. de eius et Nicopolis, quam frustra quaero, situ, Scepticos imitatus, nihil auivero.

Ibid. *Παλαιὰ πόλις*] eandem esse volunt ac *Παλαιὰ κατοικίαν*, de qua 130 stadiis ab Anderis remota Strabo l. 13 p. 614, dubia tamen coniectura: nam *Παλαιῶν* praesul in Nicaeno secundo p. 51 inter Hellespontios subscribit et a Palaeopolitano distinguitur. eius episcopi in conciliorum Actis saepe obvii sunt. vide Nicaenum secundum p. 153 et Ephesinum p. 437.

Ibid. 26. *Βαρέττα*] constabit hocce oppidi cognomen Ioannes *Βαρέττων* episcopus in Actis Chalced. p. 675. *Βαρέτων* praesul est in Constantinop. tertio p. 697 et Nicaeno secundo p. 153.

Ibid. *Ἀύλιον Κώμη*] Thomas *πόλεως Ἀυλίου Κώμης* est in Chalcedon. concilio p. 96 et 675.

Ibid. *Νεαύχη*] *Νέα Ἀύλη* oportuerat ob Philippum *Νέας Ἀύλης* in Chalced. conc. p. 96, qui perperam p. 675 *Μεγαύλης* et in Latina versione Naulochi, unde Car. a S. Paulo Naulochum urbibus Asiae, quibus olim episcopus fuerit, adstruxit.

Ibid. *Κολοφών*] Emman. Schelstratenus et Ans. Bardurius Colophoni arctissime *Μητροπόλεως* vocabulum adstringunt; qua ratione Colophon metropolis, cuiusmodi non fuit, creatur, Ionicaeque urbs Metropolis prorsus praeteritur. rectius itaque Carolus a S. Paulo distinxit. abest Colophon, si recta naviges, Epheso stadiis 70, Strabone teste l. 14 p. 643, aut, ut Xenophon Ephesius l. 1 p. 8, stadiis 80.

Ibid. *Μητρόπολις*] numi *ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΙΩΝΙΑ* et *ὄνοσ Μητροπολίτης* Strabonis l. 14 p. 637, et Marcellinus *Μητροπόλεως* episcopus ex conc. Chalcedon. p. 96 huc pertinent. mox *Τέως*, Anacreontis Lyrici *ποῦτις* patria, potior erit.

Ibid. 27. *Σατρώγη*] nisi omnia me fallunt, *Ἐρυθραί* in voce latent: ea huic loco accomodatissima urbs est, et huic provinciae a conciliorum Actis et Notitiis transcripta. paullo ante *Κλαζομεναί* praestiterant.

293, 27. Μαγνησιασούπολις] sic mss, pro Μαγνησία Σινύλου. unde numi ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΣΙΠΥΛΟΤ. peccato non dissimili Basilius episcopus Μαγνησίας Ἡπύλου concilio Nicaeno secundo subscribit p. 571.

Ibid. 28. Ἀπάη] natum hoc videtur ex Ἀγάη, cuius episcopus Constans in Nicaeno secundo p. 350 πόλεως Ἀγάης dicitur. id vero ex Αἰγάη; unde Cyriacus Αἰγίλης pro Αἰγάης Actis Chalcedon. p. 127 inseritur, qui p. 322 Αἰγέας et p. 508 Αἰγέης et p. 664 Αἰγάης πόλεως. intelliguntur Aegae Aeolicae, quarum nomen seriore aetate in aliam formam diceres prociusum, si quid his inesset auctoritatis monumentis: ducimur enim illis ad Αἰγέαν atque Αἰγάην. florente Graecia non Αἰγὰς tantum sed Αἰγαίαις appellabant; quod posterius etsi certi usus est, non tamen solum pro bono est habendum. Suidas Πόλλης Αἰγίεύς, ἀπὸ Αἰγῶν τῆς Ἀσίας, κεῖται δὲ πλησίον Μαγνησίας καὶ Σμύρνης. in quibus Grammatici, licet Aegae longissimo terrarum intervallo Smyrna remotas non dixerō, rectius putem καὶ Μυρσίνης: illi enim proximae erant et propterea Αἰγαί ἐν Μυρσίνη Stephano dictae. idem Galenus περὶ εὐχομίας p. 358 edit. Basil. firmat: τοιοῦτος δὲ ἐστὶ παρ' ἡμῶν ἐν Αἰγαίς καὶ Περπερίνη, τῇ μὲν ὁμοίῳ Μυρσίνη, τῇ δὲ Περγαμῶ. et brevi post: ὁ δὲ ἐν Αἰγαίς καὶ Περπερίνη, μέσοι τούτων εἰσὶν. quae utique Αἰγὰς et nostram coniecturam probabilem faciunt. possunt haec cum Theod. Laurentio Gronovio in Marmor. Basin c. 32 in Αἰγαίαις, quod unice verum existimabat, perverti, at non sine aperta vi. incolas Tacitus Annal. 2 47 Aegeatas appellat, qui quantumvis Aegeatae ms Florentino, ut vir doctissimus animadvertit, vocentur, non ausim tamen Aegeatas prorsus spernere: neque enim οἶνος Αἰγεάτης eiusdem Galeni Method. Therap. l. 12 p. 164 id permisit, qui perperam Ὑγιεῖν l. 5 p. 270 Αἰγανούσης scribitur. vide et Anton. Itiner. p. 146.

Ibid. 28. Τέμνος] imo Τῆμνος, pro quo Τύμνος in concilio Nicaeno secundo p. 350 et mox Φώκεια.

Ibid. Μυρσίνα] sicuti huius locum in Suida occupavit Smyrna, ita subinde in conciliorum Actis et Aristidis Sermon. Sacr. 5 tom. 1 p. 618 et 619, sicuti Palmerius Exercitat. p. 471 admonuit, idem molita est.

Ibid. Μύκη] scribe Κόμη, quo vitio laborant Acta Chalcedon. p. 675, cum Chrysogonum πόλεως Μύκης praesulem fuisse adfirmant.

Ibid. 29. Ἐλαία] Pergamenorum erat navale, stadii 120 ab eorum urbe distans apud Strabonem l. 13 p. 615, cui Aristidem iunge tom. 1. p. 620 et Galenum l. 1 de Antidot.

p. 427. incolae *ΕΛΛΙΤΑΙ* in numis et Chalcedon. conc. p. 398, non *ΕΛΛΙΤΑΙ*, ut Stephanus, cui propterea recte subvenit L. Holsteinius.

393, 29. *Πιτιάνη*] *Πιτιάνη*, de qua Strabo l. 13 p. 614. Pardus episcopus πόλεως *Πιτιάνης* eodem peccato in Nicaeae secundo p. 571.

Ibid. *Τιάνας*] nisi a vero aberro, *Κάναι* fuit; quod oppidulum ad eiusdem nominis promontorium idem Strabo l. 13. p. 615 adponit. Melae Pomponio 1 18 *Cana*. [codex Leid. *Τιάραι*, quod verum est ob Plinii 5 30 *Tiaren* seu *Tiaras* potius. W. Prolegg. p. 630.]

Ibid. *Θεοδοσίον πόλεως*] πόλις praestat. situm urbis ignoraremus, nisi ex Notitia Iac. Goar Perperinam eandem esse constaret: ea vero haud longe afuit Pergamo, ut ex Galeno *περί ευγυμίας* p. 358 constat. Ptolemaeo *Τερμέρη*, et ms Palatino *Περμέρη*, Coisliniano *Περπέρη* dicitur, unde verum nulla opera eruitur. nobilis erat eius urbis atque agri vinum, de quo Galenus eisdem locis in quibus de Aegeate. vide Sirmundum in Triplic. numo et Anti-Tristano II.

Ibid. *Ἀδραμόντιον*] de eo ad Anton. p. 335. mox *Ἀνταδρος* verius erit, tametsi Marinus episcopus πόλεως *Ἀνταδρον* in Actis sit Nicaeni secundi p. 589.

Ibid. 30. *Γάδαρα*] *Γάργαρα* lege, et Strabonem l. 13 p. 606 adi. *Γαργάρων* προεβύτερος Nicephorus est in Nicaeae secundo conc. p. 350.

394, 1. *ὕπὸ κορσουλάριον*] fuisse hanc consularem provinciam Notitia imp. Orient. c. 1 et l. unica c. de offic. comit. sacr. patrim. ostendunt. hinc Anicius Paullinus Thes. p. MXC 19 consul provinciae Asiae et Hellespontii.

Ibid. *Κύζικος*] nobilissimae urbi metropolis Hellespontii dignitatem Leo imperator et Io. Malala tom. 1. p. 364 asserunt: *ἐπαθεν*, inquit, *ὕπὸ θεομηνίας σεισμὸν ἢ Κύζικος*, *ἣτις ἐστὶ μητρόπολις μεγάλη τῆς Ἑλλησπόντου ἐπαρχίας*.

Ibid. 2. *Προικόνησος*] in principe editione *Προκόνησος*, sicuti et in Stephano inest: Ptolemaeo *Προικόννησος*, unde Ioannes *Προικοννήσου* in Actis Ephes. p. 436 et Acacius *Προικοννήσου* in Chalcedonens. p. 673. ceteris *Προκόνησος* esse solet. vocis originationem critici in Apollonium 2 278, quos Etymologus ab Is. Vossio ad Scylacem optime, ut indidem apparet, restitutus exscripsit, tradidere. de marmore Proconnesio Gothofredum in l. 9 c. Th. de indul. debit. vide.

Ibid. ἢ *Ἐξορία*] regionis insulae nomen sit, incertum

est. de Propontidis insula quaedam memoriae ex Sanctorum Actis inhaerent, sed obscura; quorum cum nec auctor nec verba ad officium redeant, non liquere pronuntio.

394. 2. Βαρύση] fuitne Ἀγίαση, Abydo atque Ilio haud multum separata? Acta S. Parthenii Lampsaceni c. 2: *Alexandria autem quaedam ex Arisba, quae est iuxta Abydam.* Lucanus Idalin l. 3 204 appellat, quod agri esset Troiani et circa Idam: *Mysiaque et gelido tellus perfusa Caico, Idalis et nimum glebis exilis Arisbe.* Carolo a S. Paulo Bares ex Barispe placet, cuius episcopum Euty-chianum Chalcedonense concilium p. 673 Hellespontis annu-merat.

Ibid. Πάριον] Lampsaco 270 stadiis, sicuti Polyaeus 6 24 indicat, distabat, sequentes urbes ad Anton. Itin. p. 334 attigimus.

Ibid. 3. Σκάμανδρος] videtur Scamandria parva civitas, de qua Plinius 5 30, esse.

Ibid. 4. Πολίχνα] Troadis hanc circa Aesepum urbem Strabo 13 p. 603 et Plinius 5 30 norunt; nec aliam multi censent quam Thucydides 8 14 et 24 a Clazomeniis munitam commemorat. ego vero accesserim Acacio, Clazomeniorum eam urbem ab hac distinguenti: clarissime enim Thucydides eam in continente contra Clazomenas longaeque adeo a Troadis Polichna collocat.

Ibid. Ποιμάνενος] lege Ποιμανητός. Aristides tom. 1 p. 596: ἐτι δὲ Ποιμανητός, χωρίον τῆς Μυσίας, καὶ ἐν αὐτῇ ἱερὸν Ἀσκληπιοῦ ἁγίον τε καὶ ὀνομαστόν. ἐνταῦθα ἐτελέσαμεν σταδίους ἑξήκοντα μάλιστα καὶ ἑκατόν. fuit ergo Mysiae oppidum (nam agrum male vertunt) 160 circiter stadiis ab Hadrianis, Aristidis patria. Stephano et Nicetae Choniatae Annal. l. ult. p. 296 est Ποιμανινόν, et Actis concilliorum: subscribit enim Constantinopolitano tertio p. 501 Mercurius episcopus πόλεως Ποιμανινού τῆς Ἑλλησποντίων ἐπαρχίας, et Nicaeno secundo p. 572 Leo Ποιμανינוῦ; qui cum p. 51 episcopus Ποιμανητῶν seratur, et Io. Masson, ut in Aristidis Vita 3 6 perscriptum est, Parisiis numum Ποιμανητῶν tractaverit, non dubium est quin Ποιμανητός Stephano reddi debeat. scio aliam virum doctissimum ingressum esse viam et Ποιμανητῶν Aristidi restituisse: sed cum Ethnicographus τὸ ἔθνηκὸν ὁμοίως inflecti adfirmet, Ποιμανητός utique ab eo venit. ceterum series Aristideae orationis ἐστι δὲ Ποιμανητός requirere videtur.

Ibid. Ἀρρεμία] assentior Io. Harduino in Plinii 5 30

Ἀταρνεά legenti. habet Atarneam Plinius, quae Straboni *Ἀταρνεύς*, Stephano *Ἀτάρνα*.

394, 4. *Ῥέκετα*] nisi *Ῥοίτειον* in voce reconditum sit, nihil de ea novero. Rhoeteum a Plinio Strabone atque aliis non est neglectum.

Ibid. *Βλάδος*] *Βλανδόν* sive *Βλαῦνδον* potius concilium Chalcedonense p. 575 urbibus Lydiae contribuit; nec dissident veteres Notitiae. *Βλαννδέων* numi, in quibus flavius *Ἰανούριος*, sunt in Thes. Britan. tom. 2 p. 100. *Βλαῦδον* in Lydiae finibus memorat Strabo l. 12 p. 567, et ex eo Stephanus, modo id diversum a conciliis Blando, qua de re equidem dubitaverim, fuerit; quae cum ab Hellesponti provincia longius distent, nihil iuvant. itaque huic et τῷ *Σκέλευτα* alius opituletur.

Ibid. 5. *Μόλις*] Carolus a S. Paulo Melis seu Melitopolis suae editioni adscripsit. Melitopolitae et *Μελιτηπολεῖται* sunt in numis et Plinio inter Hellesponti accolae scribendo quoque adfuit concilio Constantinop. tertio p. 501 Ioannes *ἐπίσκοπος τῆς Μιλητουπολιτῶν πόλεως τῆς Ἑλλησποντίων ἐπαρχίας*, et Nicaeno secundo Michael *τῆς Μελικουπόλεως*, ut perperam p. 592 atque alibi scribitur. nec asseveravero tamen, nisi meliores manu exarati codices propius abierint, eam esse.

Ibid. *Γέρμαι*] *Γέρμη*. non longe a Cyzico afuisse Stephanus auctor est, ubi Holsteinium vide. Ptolemaeo *ἱερὰ Γέρμη*, unde solo *ἹΕΡΑΣ* titulo signari in egregio numo Nic. Haymius Thes. Britan. tom. 2 p. 115 arbitratur; quae mihi coniectura multo videtur incertissima. plura de urbe ad Anton. Itiner. p. 335.

Ibid. *Ἄνταος*] hanc et sequentem frustra quaero: forte tamen in *Κέργη* latebit *Κέβρη*, urbs Troadis, sicuti Scylaci et Harpocratiōis ex Demosthene in Aristocratem p. 428 dicitur. *Κεβρηνία* aliis, *Κέβρη* Sibyllinis oraculis l. 3 p. 243, quemadmodum et Holsteinius in Stephanum monuit.

Ibid. *Σάγαρα*] nec hanc expedio. Sangarum, Bithyniae vicum maritimum, non longe ab Helenopoli Sosomenus l. E. 7 p. 18 fuisse refert, situ ipso multum hinc discrepantes *Σαγάρων* episcopus Andreas est in Chalcedon. p. 574, sed Lydiae contributus et *Σατάλων* p. 399 verius appellatus: nihil ergo et is auxilium feret. restat Cleodemus Flavianus *Σαγαραιτης* ex Reinesiana cl. 1 p. 72, quem hinc fuisse non inusta suspicio est.

Ibid. *Ἀδριανῶ Ἰῆραι*] sic oportuit: oppidum enim Ha-

drianus in Mysia Hadrianotheras M. P. 8 a Pergamo, nisi Tabula fallit, quod illic et feliciter esset venatus et ursam occidisset, constituit, ut Spartianus in Hadriano c. 20 et Dio docent. ter oppidi meminit Aristides tom. 1 p. 500, semel Ἀδριανῶν Θήρων, librariorum manifesto peccato, appellans. Ἀδριανουθήρων episcopus est in Nicaeno secundo p. 352, qui p. 592 Ἀδριανουθήρων paullo rectius dicitur. cives Ἀδριανουθήρων in numis apud Harduinum et Vaillantium insunt. vide Io. Massonum Vitae Aristidis 3 9 12, ubi plurimum de hac urbe aberrationes in ordinem rediguntur.

394. 6. Ἡραι] oppidum Ἐρὰς circa Erythras et Teum Thucydides 8 19 et Strabo 14 p. 644, sed a Palmerio emendatus, memorant: id quo minus nostrum putemus, locorum intervallo prohibemur. alius ergo, ubi in Hellesponti provincia fuerit, atque utrum ex Plinii 5 30 Tiare sive Tiaris sit ortum, docebit.

Ibid. Πιονία] est apud Strabonem 13 p. 610, et Pionitae apud Plinium. Eulalius Πιώνων et in mss Παιονίων, sive, ut vetus interpres, Eulalius Poniae Hellesponti synodo Chalcedonensi p. 398 subscribit.

Ibid. Κοινισίη] estne Conisium, quod Plinius 5 30 inter huius orae oppida connumerat?

Ibid. Ἀργίζα] in Asiae provincia urbem, cui Ἀλιζα nomen erat, vidimus; a qua, si nomen spectes, haec haud multum distat, si situm, plurimum. Plinius 5 30 Miletopolitis huius provinciae Erezios iungit, quos si hinc derives, in vitio nomen urbis adhaerescet. Harduinus Ereso, Cariae urbi, eos dedit cives, verum imprudenter: Caria longissime ab Hellesponti ora, quam Plinius describit, semota est.

Ibid. Ἐίος Τράδος] iungunt haec artissime Schelstratenus et Bandurius, non item Carolus a S. Paulo: utrum praestet, mihi in ambiguo est. nihil quod alterum utrum possit illuminare, mihi occurrit: etsi enim Trarium vicum Strabo l. 13 p. 607 circa Perperenem locet, et Tragasae, unde sal Tragasacum, de quo egregie Galenus περὶ ἀπλῶν Φαρμ. 11 p. 151, ab aliis memorentur, huc referre non sustineo.

Ibid. 7. Μανδακάδα] hinc Cilices Mandacadeni inter Hellesponti accolae Plinio 5 30 ex Harduini pulchra emendatione.

Ibid. Ἐργαστήριον] vicus Cyzicum inter et Pergamum, sed hinc stadiis 440 separatus, metallis celebris atque Ergasteria dictus, uti Ortelius admonuit, occurrit apud Galenum περὶ ἀπλῶν Φαρμ. 9 p. 127. καλεῖται δ' Ἐργαστήρια, inquit, κωμη τις, ἐν ᾗ καὶ μέταλλα ἔστι, μεταξύ Περγύμου καὶ

Κυζίκου, σταδίου ἀπέχουσα Περγάμου τετρακοσίους τεσσαράκοντα: cum a nostro nihil discrepare certum habeo.

394, 7. *Μάνδραι*] *Νεανδρία* Troadis oppidum, de quo Strabo 13 p. 603 et p. 604, ubi tamen *Κλεανδρία*, male, nisi fallor, olim mihi videbatur; quam ego opinionem, etsi plausibilem, urgere nolim: quid si enim a caulibus boum atque ovium loco nomen haeserit? ut Mandris circa Bysantium in Dionysii descriptione Bospori apud Pet. Gyllium 2 4, et Mandrae in Palaestina quam Iosephus A. I. 10 9 § 7 memorat. atque hoc pro comperto esset habendum, si quid auctoritatis Ioanni Malalae inesset: adfirmat enim tom. 1 p. 114 Priamum seposuisse filium Alexandrum in agro *ὀνόματι Μάνδρα, γαλακτοτραφήναι παρά γηπόνω τινί.* est quidem in Malala *Μαίνδρα*: sed rectum esse quod sequimur, Cedreni *Μανδρῶν*, tametsi vitioso, ostenditur.

Ibid. *Ἴπποι*] habet Strabo 14 p. 644 circa Erythras, Ioniae urbem, *νησίδας προκειμένας τέτταρας, Ἴππους καλεμένας:* quae quamvis ab Hellesponto afuerint longius, in caesum venire possent, quod insulae pariter ac Hellespontus Asiae proconsulis imperio fuerint subiectae. tutius tamen est nihil finire, siquidem et simili nomine vicus esse queat, et insulae rectius proconsulari Asiae contribuantur.

Ibid. *ὁ Κισιόθρον*] haud magno molimine procudi *Ἰση* sive *Ἰση* ex vocabuli initio posset; quam urbem conciliorum Acta provinciae Hellesponti inserunt. vide Chalcedonens p. 673. tumque *Σιόθρον*, quod restat, aut retineri, ut vicus ferri metallis copiosi, nomen sit, aut in *Σίγσιον*, quam Troadis urbem nemo ignorat, converti oportebit. sed haec coniecturae sunt, quibus ipse nihil fido. viderint ergo peritiores.

Ibid. 8. *Σκέψις*] imo *Σκῆψις*, de qua Strabo 13 p. 608.

Ibid. 9. *ὑπὸ κονσουλάριον*] vereor vehementer ut hoc rectum sit: Notitia imp. Orient. c. 1 provinciam hanc praesidalem facit, et l. 3 c. Theod. de Protostas. nunc quidem ea praesidi Frygiae Palaestinae inscribitur, quod non aliud est, quam *humano capiti cervicem pictor equinam iungere si velit, et varias inducere plumas undique collatis membris, ut turpiter atrum desinat in piscem mulier formosissimae superne.* animadvertit et hoc eruditissimus Gothofredus, sed infelici coniectura Hygiae Palaestinae, ut Palaestina Salutaris sit, nomina substituit: ut enim Palaestina Salutaris sive *Σαλονταρία* in conc. Ephesino p. 470 et Notitia imp. Orient. atque alibi legitur, quis unquam Hygiam appellavit aut vocari posse censuit? cautius navigasset, si Phrygiam Pacatia-

nam, quam aliis haud displicituram augurabatur, amplexus esset: nam quod sub Theodosio nulla eius in indice provinciarum Schoonhoviano fit mentio, id enimvero emendationi nihil oberit. scribunt imperatores Valentinianus et Valens episcopis Asianae dioeceseos interque eos *τοῖς ἐπισκόποις Καροφρυγίας Πακατιανῆς* apud Theodoretum H. E. 4 8 et 9, nullumque de Pacatiana Theodosio imperatore priore dubium relinquunt. maneat ergo provincia haec praesidialis, quam etsi Capatianam cum Constantino imperatore l. 1 Them. 1 et patribus synodi Laodicensae apud Beveregium tom. 1 p. 458 et mss quibusdam Paullinae primae ad Timotheum epistolae noster appellet, tamen Pacatianam, fretus imperatorum et conciliorum Ephesini, Chalcedonensis, Constantinopolitani tertii Nicaenique secundi, praetereaque Novellae 20 et plurium epistolae Paullinae codicum auctoritate, maluero. idem vocabuli origo suadet, quam Latinis acceptam refero, tametsi nominis in obscuro caussa; quod enim de Pacatiano, qui anno 332 cum Hilariano consul processit et sub Constantino praetorii praefecturam administravit, G. Pancirolus in Notitia imp. Orient. c. 125 iecit, id in eorum genere censetur quae speciem prae se ferunt, at vero sunt cassa, praesertim cum praefectum praetorii Orientis, quod vir doctus adfirmabat, egisse non appareat; imo vero praefectum Italiae fuisse l. 2 c. Th. de Sponsal. et l. 1 c. Th. de Suar., quod Gothofredo non latuit, docent. Carophrygia vero, ut eo redeam, nisi cum Valesio vocem in duas provincias distraxeris, dicta censerit poterit, quod Cariae proxime adhaeresceret.

394, 10. *Λαοδικεία*] hanc provinciam metropolin subscriptio epistolae Paullinae primae ad Timotheum et concilia Constantinop. tertium p. 496 et Chalcedonense imponunt; quorum etiam posterius *Τριμηταρίαν* novo titulo appellat p. 127. Latina quidem versio p. 92 Nunechium metropolis Phrygiae Pacatiana Trimitariae episcopum facit, ac paene L. Holsteinio ad Stephanum, ut provinciae id fuisse cognomen coniiceret, persuasit: at praeter Graeca eius concilii verba urbis esse titulum Acta Cosmae et Damiani in Nicaeno secundo concilio p. 272 perspicue docent: *ἐπιστάς δέ, inquit, τῆ Λαοδικέων πόλει, ἧτις ἐπωνομάσθη ἡ Τριμηταρία.* cur autem Trimitaria sive Trimetaria (nam *Τριμηταρία* et *Τριμητανία*, e mss Actorum profertur) fuerit nuncupata Laodicea, non temere dixero. fuit cum opinarer ex situ id nominis eam accepisse, quem in Phrygiae Cariaeque finibus, ut ex Philostrato et rarissimo numo, de quo Io. Masson Vitae Aristidis 5 11, constat, pariterque et Lydiae, cui propterea Stephanus attribuit, obtinebat. a meta Arnobius metarias circumscriptiones for-

mavit; hinc Laodicea Trimetaria, quae in finibus trium esset provinciarum, dici posse videbatur. verum urgere illa non ausim.

394, 10. *Ἱεράπολις*] metropolium catalogo et hanc Carolus a S. Paulo inseruit non sine consensu concilii Constantinop. tertii, cui Sisinius episcopus τῆς Ἱεροπολιτῶν μητροπόλεως τῆς Φρυγῶν ἐπαρχίας p. 496 subscribit. nec censenda tamen veri nominis est metropolis, sed honoraria; quo iure nec in Ephesino neque Chalcedonensi, etsi de priore L. Holsteinius suspicionem iniecit, usa fuit. vide Ephesi Acta p. 533 et Anton. Itin. p. 337.

Ibid. *Μόσυνα*] Gennadius *Μοσύνης* est in Chalcedon. p. 228 et *Μοσύνων* p. 668, in Constantinopol. tertio p. 678 Ioannes τῆς Μοσυνέων πόλεως ἐπαρχίας Φρυγῶν, atque hinc Mossyni conventus Pergameni apud Plinium 5 30. nomen urbi ab aedibus turribusque ligneis venisse videtur: μόσυν Hesychio et Apollonio Rhodio 2 383 est πύργος. μόσυναι, scholiastes Apollonii ait, οἱ ξύλινοι οἴκοι. quod ipsum adfirmat Xenophon Exped. Cyr. 5 p. 276: ὁ δὲ βασιλεὺς αὐτῶν ὁ ἐν τῷ μόσυνι τῷ ἐπ' ἄκρον φκοδομημένῳ οὐκ ἤθελεν ἐξέλθειν, οὐδὲ οἱ ἐν τῷ πρότερον αἰρεθέντι χωρίῳ, ἀλλ' αὐτοὺς σὺν τοῖς μοσύνοις κατεκαυθήσαν. et Orpheus Argonaut. 739: λαοὶ τε βίχαιρες μύδην ἐν μοσύνοισι πέδον περιγαιεταῖον. sic enim scripsit: nam λαοὶ τ' ἐπίχαιρες obstetricante inscitiā librariorum geniti sunt, ut bene Holsteinius. longe quidem Mosynoeci, quos Xenophon et Apollonius describunt, a Phrygia distabant: quid autem prohibet quo minus multa cum antiquissima Phrygum gente, si sermonem spectes, communia habuisse fateamur?

Ibid. *Ἄττουδα*] rectius *Ἄττουδα*, unde Symmachius πόλεως Ἄττουδῶν in Chalcedonensi p. 674. et Ephesino p. 533 Hermolaus πόλεως Σαττουδέων, litera prioris vocabuli última intempestive urbis vocabulo connexa. peius in Constantinop. tertio p. 678 Stephanus πόλεως Ἀττάδου Φρυγῶν ἐπαρχίας. numos Ἀττουδέων, Diana Ephesia et Cybele ac Baccho inscriptos, Thesaur. Britan. exstructor N. Haynius tom. 2 p. 91 dedit egregios; neque praeteriit Harduinus, etsi male Plinii 5 32 Attusam, quippe Bithyniae urbem et Plinii aetate subversam, cum hac contenderit.

Ibid. *Τρανζούπολις*] memorat praeter Ptolemaeum hanc Phrygiae urbem Socrates H. E. 7 36, cuius episcopus in concilio Constant. tertio p. 674 Eugenius πόλεως Τρανζῶν Πακατιανῆς dicitur. Harduinus cum eam in iterata Plinii editione ad promontorium Trapezam Hellesponti, quo de N.

H. 5 30, refert, et Ptolemaei et Plinii sui, Trapezopolitas haud sane negligentis, oblitus videtur.

394, 11. Κολασσαί] rectum hoc est: ἐν Κολασσαῖς τῆς Φρυγίας Polyaeus 7 16. Theodoretus in Paulli ad huius urbis incolae epistolam: τῆς δὲ Φρυγίας αἱ Κολασσαί· μητροπόλις δὲ αὐτῆς καὶ γείτων ἡ Λαοδίκεια. unde haud longe Laodicea dissociatam fuisse apparet: Herodotus 7 30 Lyco amni apponit, et πόλιν μεγάλην Φρυγίας appellat. incolae in multis Paullinae epistolae mss Καλασσεῖς et concil. Actis dicuntur. serior aetas Chonas vocavit, unde Dositheus episcopus Χωνῶν in Nicaeno secundo p. 596; quare perperam idem praesul p. 574 Φόνων ἦτοι Κολασσῶν et p. 357 Φονούντος ἦτοι Κολασσέων audit. vide et Nicetam, cuius ea patria fuit, Annal. l. ult. p. 313 et p. 89, ubi Χῶνας, πόλιν εὐδαίμονα καὶ μεγάλην, πάλαι τὰς Παλασσᾶς in Basil. edit., perperam.

Ibid. Κερετᾶνα] Κερεταπέων numi apud Harduinum et Vaillantium hoc firmant. corrigi ergo debent Theodulus Χαιρετᾶπων τῆς Φρυγίας apud Socratem H. E. 2 40, Philetasque πόλεως Χαιρετᾶπων Chalcedon. p. 674, et Michael Χαιρετόπων in Actis Nicaeni secundi concil. p. 356, atque Andreas episcopus Ἀερυγαπῶν Πακατιανῆς in Constantinop. tertio p. 674.

Ibid. Θεμισόγιος] ita manu exarati codices, qui Θεμισώνιον verius probassent ob Strabonis Pausaniae et Stephani concordiam. Θεμισωνέων nummum habet Thes. Britan. tom. 1 p. 269. Θεμισωνέων plures Vaillantius, si tamen earundem urbium illi incolae fuerint, qua de re alias quaeremus.

Ibid. Οὐαλεντία] Pantaleon episcopus Οὐαλεντίας Nicaeno secundo p. 356 adfuit, perverseque p. 597 Γαλατίας fuisse dicitur. potuisset Carolus a S. Paulo has urbe Geograph. Sacr. locupletare.

Ibid. 12. Σαναός] sic et Strabo 12 p. 576 et Chalcedon. concil. p. 674, ubi Antiochus πόλεως Σαναῶν.

Ibid. Κοινοῦπολις] Conna et apud Ptolemaeum, et Conium inter Phrygiae urbes in Plinio 5 32, sed ex Harduini commendatione: ante Iconium erat. Situpolis, quae sequitur, nondum alibi lecta.

Ibid. Κράσος] Phrygiae urbem Crasum, Κράσον τῆς Φρυγίας, ad quam Nicephorus imperator a Saracenis praelio uerit victus, Theophanes Chronograph. p. 406 obiter commemorat. quam vero huc retulit ex Galeno περί τροφ. δυνάμ.

p. 312 Crassopolin Abr. Ortelius, ea diversissima est, ut suo loco ostendam.

394, 12. Λουῦνδα] rectum hoc esse Nicephorus episcopus πόλεως Λουῦνδων in Actis Nicaeni secundi p. 574, tametsi p. 357 Λουῦδων feratur praesul, patefacit. Nicetas inter Phrygiae circa Maeandrum urbes τὰ Λουῦμα Annal. Manuel. 6 p. 97 recenset; quae si haec fuerint, de situ non omnia obscura erunt. utcumque ceciderint, non utique indignum oppidum quod Geographiam Sacram Caroli a S. Paulo orna- ret fuerat.

Ibid. Μόλπη] mss Μόλιη, quod si parum iuvenis, ad verum nos ducet. Πέλται sunt, quas Xenophon (Exped. Cyr. 1 p. 196) 10 ferme parasangis Celaenis semovet. perperam itaque Pella in Tabula et Georgius episcopus Πέλτων concil. Chalcedon. p. 574. rectius p. 356 et Constantinop. tertio p. 674 Πέμπων Πακατιανής.

Ibid. 13. Εὐμενία] scriptis codicibus Εὐμένεια, neque aliter Actis Nicaeni secundi concilii. vulgatum Tabula Ptolemaeus et Strabo ratum habent. numi Εὐμενέων sacerdotum nominibus fere inscripti sunt; quo in genere egregius est Thes. Britan. tom. 2. p. 186, ubi Εὐμενέων Ἰούλιος Κλέων ἀρχιερεὺς Ἀσίας. videtur Iulius Cleon, ut obiter eius dignationem illustrem, Asiae et patriae urbis fuisse sacerdos summus; quo modo in Thyatirena inscriptione Sponii Itin. tom. I p. 394 M. Aurelius Diadochus ἀρχιερεὺς τῆς Ἀσίας ναῶν τῶν ἐν Περγάμῳ καὶ ἀρχιερεὺς κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν τῆς πετρίδος, et M. Ulpianus Appulianus in Aphrodisiensi marmore, cuius partem exscripsit Io. Masson Vit. Aristidis a. v. c. 918 12, ἀρχιερεὺς Ἀσίας ναῶν καὶ τῶν ἐν Σμύρνῃ τὸ β fuisse traditur. Asiae sacerdotium multo erat amplissimum ac magnis opibus praestabat: στέφανος δὲ οὗτος πολὺς καὶ ὑπὲρ πολλῶν χρημάτων, inquit in Scopeliano Philostratus. Sacra, ceremonias ludosque, unde in Aphrodisiensi marmore Appulianus ea mandat quae ludos spectant, curabant; quod ipsum urbium quoque sacerdotibus erat iniunctum. de Pergamensis sane a Galeno Comment. περὶ ἀγμῶν 3 p. 565 docemur, quod annis munera gladiatoria edere solitos: καὶ μάλιστα ἐν θίρει, καθ' ὃν καιρὸν αἰεὶ παρ' ἡμῶν ἐν Περγάμῳ τῶν ἀρχιερέων τὰς καλουμένας μονομαχίας ἐπιτελούντων: qui quamvis multitudinis utatur numero, unius tamen Pergamensis eodem tempore summi praesulis dispositioni sacra suberant. bini singulis annis, alter sub autumnis, sub veris alter initium, creabantur, sicuti idem περὶ φαρμακ. κατὰ γένη 2 p. 350 significat. quod vero ναῶν τῶν ἐν Σμύρνῃ et ναῶν τῶν ἐν Περγάμῳ illis cura committitur, forte ex ea causa est, quo-

niam illae aedes communibus Asianorum impensis sartae tectae erant. hoc, nisi fallor, significat Dio Chrysostomus orat. 35 p. 434, ubi Apamiensibus καὶ μὴν τῶν ἱερῶν τῆς Ἀσίας μέτεσθιν ὑμῖν τῆς τε δαπάνης τοσοῦτον ὅσον ἐκείναις ταῖς πόλεσιν, ἐν αἷς ἔστι τὰ ἱερά. iam si ἀρχιερεὺς τῆς Ἀσίας princeps collegii fuit Asiarcharum, quod vir doctissimus autumnavit, oportet in communi gentis concilio ex Asiae urbibus pro arbitrio legatorum fuerit lectus: vidimus enim Eumeniensem et Thyatirenum; Scopelianum eiusque maiores Clazomenios Philostratus V. Soph. 1 21 2, Philippum Tral- lianum Acta S. Polycarpi c. 21 offerunt. verum haec non- dum ad liquidum perducta spatiosiore requirunt campum. vide Io. Massonum et Ezech. Spanhem. dissert. 12 de V. et P. Num. p. 416.

394, 13. Σιβλία] Ptolemaeo Σιλβιον, unde Plinii sunt Silbiani. Nicaeno secundo concilio p. 574 Ioannes Σιβέως, qui versioni episcopus Silbios et p. 596 Σουβλίου dicitur, nomen adscripsit, Chalcedonensi vero Eulalius πόλεως Σιβλείας, sive, ut vetus interpres, civitatis Silbii p. 668. Σούβλεον etiam Nicetas Chon. Ann. Manuel. 6 p. 88.

Ibid. Πέπουζα] Phrygiae urbem desertamque suo tem- pore et solo aequatam Epiphanius Haeres. 48 14 adfirmat. ab ea Pepuzitis nomen venit in l. 59 c. Th. de Haeret.; quos cum probe Iac. Gothofredus noverit, mirere utique τὴν Πέ- τουζαν τῆς Φρυγίας apud Philostorgium H. E. 4 8 illi ne- gotium facessivisse. Valesius urbi suum nomen reddidit. πο- λίχιον τῆς Φρυγίας τὴν Πέζουσαν Aristaenus Comment. in Canon. 8 concilii Laodicensi apud Beveregium tom. 1 p. 456 appellat.

Ibid. Βριάνα] suspicarer gentile huius Ovidio esse red- dendum, si paullo mihi notius esset, Metamorph. 8 719: ostendit adhuc Tyaneus illic incola de gemina vicinos arbore truncos. neque enim, quod Farnabius pulchre adver- tit, Tyaneus rectum esse poterit. Tyana erant in Cappadocia, longe terrarum a Phrygia semota: in Phrygia Philemonem et Baucidem in arbores conversos esse poeta v. 620 significat: tiliæ contermina quercus collibus est Phrygiis, modico circumdata muro. Brianeus si legeretur, res foret difficul- tatibus exempta et poetae sua laus sine errore constaret.

Ibid. Σεβάστη] huius episcopus Plato πόλεως Σεβάστης Πακατιανῆς in conc. Constantinop. tertio p. 674 legitur. huc citra dubium pertinet Σεβαστηνῶν numus Thes. Britan. tom. 2 p. 148. iuvenis Phrygia tiara et hasta conspicendus hanc, non Tectosagum Galatiae requirit.

394, 13. Ἰλουζα] Patricius πόλεως Ἰλουζῶν ἐπαρχίας Πακατιανῶν concil. Constant. tertio p. 534 urbis nomen bene habere patefacit.

Ibid. Ἀκμῶνα] Ἀκμονία oportuerat, uti Ch. Cellarius G. A. 3 4 p. 150 iam monuit. Gennadius Ἀκμοναίων Chalcedonensis concilii decretis nomen apposuit p. 668, pro Ἀκμονέων, ut p. 400: Ἀκμονεῖς enim in numis incolae dicuntur, cuiusmodi Thes. Britan. tom. 2 p. 189. iure ergo ab Ezech. Spanhemio Dissert. 11 de V. et P. Num. p. 280 Stephani Ἀκμονιεύς proscribitur.

Ibid. 14. Ἀδιοί] imo Ἀλιοί. Leo episcopus Ἀλεῶν inter Phrygas in Nicaeno secundo p. 596 et Gains πόλεως Ἀλιάνων in Chalcedon. p. 674 subscribit. numos Ἀλιηρῶν post L. Holsteinium recte lo. Harduinus huc revocavit. quod sequitur, ut sano sit colore vehementer vereor. forte Κάραῖς, de quo Stephanus, in voce delitescit.

Ibid. Διοκλία] Ptolemaeo inter Phrygiae urbes Δόκεια memoratur, quam nostram esse praestantissimus Cellarius adfirmare non ausus est. tollit dubitandi causas codex Coislinianus, Διοκλεια praeferens, idque Euander Διοκλείας concilio Chalcedon. p. 98 tuebitur; atque hinc Constantinus τῆς Διοκλητιάνων πόλεως concil. Ephesi p. 533 corrigendus est.

Ibid. Ἀρίστιον] Paullus huius urbis praesul Ἀρίστιον in Chalced. p. 528 et 668 inter Phrygas nomen suum praetetur. augeatur ergo Sacra Geographia et hoc oppido huc usque neglecto.

Ibid. Κίδυσσος] verum est Κυδίσσος; unde prave apud Ptolemaeum vulgo Κυδδησεῖς, pro quo ms Coislinianus Κυδεσσεῖς et Barberinus ab L. Holsteinio inspectus Κυδισσεῖς concilio Chalcedon. p. 674 Heraclius πόλεως Κυδίσσου et Nicaeno secundo p. 574 Andreas Κιδέστου, sed mendose, subscribit.

Ibid. 15. Ἀπία] praestat Ἀππία, unde Appiani apud Plinium et Ciceronem Epist. 3 7. Ἀππίας praesul est in Nicaeno secundo p. 574. de sequenti nihil dixere.

Ibid. Ἀζανοί] sic Stephanus et manu exaratus bibliothecae Coislinianae codex Ptolemaei, saepeque conciliorum Acta: numi Ἀζανιῶν plures Ἀζανούς postulant. vide Holsteinium in Stephanum, et Ezech. Spanhemium Dissert. 9 de P. et V. Num. p. 628, et Harduinum.

Ibid. Τιβεριούπολις] Τιβερίου πόλιν τῆς Φρυγίας habet Socrates H. E. 7 46 et Ptolemaeus, et Τιβεριούπολιν Πακατιανῆς Constantinop. tertium p. 674.

394, 15. Κάδοι] notissima urbs est, cuius episcopus Philippus πόλεως Κάδων Πακατιανῆς concilio Constantinop. tertio p. 674 subscribit. sita urbs fuit in finibus Lydiae Phrygiae et Mysiae, unde modo huic modo illi a veteribus contribuitur, et quidem circa Hermum. id docemur egregio numo gazae Wildianae, altera parte ΑΤΤ. Κ. Μ. ΓΟΡΔΙΑΝΟC inscripto, altera ΕΡΜΟC. ΕΠΙ. ΚΛΕΘΠΑΤΟΡΟC. ΑΡΧΟΝ. Α. ΚΑΔΟΗΝΩΝ, et fluvii urnae aquam eructanti incumbentis figura. similem Vaillantius in Num. imp. Graecis p. 183 profert, sed alium archontem, nisi si nomen eius vitiosius sit excerptum, sine Hermi adscripto vocabulo, ostentantem.

Ibid. Θεοδοσία] nec haec nec mss Θεοδοσιανὰ recta videtur. potior est Θεοδοσιούπολις, cuius praesul concilio Chalcedon. p. 244 Thomas Θεοδοσιουπολιτῶν πόλεως ἐπαρχίας Φρυγίας Πακατιανῆς vocatur.

Ibid. 16. Ἄγκυρα] non alia est ac Strabonis l. 12 p. 576 Ἄγκυρα τῆς Ἀβασιτίδος: cuius episcopus in concilio Constantinop. tertio p. 482 Curicus Ἄγκυροσυννάου et p. 465 Ἄγκυρας Συννάου dicitur, haud dubie quod Synnao esset vicina.

Ibid. Σύνναος] Ptolemaeo Συναός: nostrum probat Aramius πόλεως Συννάου ex Chalcedon. conc. p. 674, et quae de Ancyra dixi. vitiosi in urbis nomine Socrates et Nicephorus sunt. ille H. E. 7 3 ἐν Συνάδῳ inquit πόλει τῆς Πακατιανῆς Φρυγίας Θεοδόσιός τις ἐπίσκοπος ἦν: hic H. E. 14 11 Συναδα πόλις τῆς Πακατιανῆς Φρυγίας ἐστί. priori Συνάδῳ inculcat Henr. Valesius ut Synnada marmore nobilitate intelligantur: at ea Synnada Graecis omnibus, fueruntque extra Pacatianam in Salutari Phrygia. Συννάῳ si rescripseris, salva omnia erunt. posterior mendosa Socratis scriptura videtur impulsus ut ex Salutari in Pacatianam Phrygiam Synnada transferret.

Ibid. Τεμένον Θύραι] Τημένον Θύραι Pausaniae, qui Lydiae non magnam urbem esse fert Attic. 35; unde Νεικόμαχος ἀρχιερεὺς Τημενοθυρεῦσιν in optimo Thesaur. Britan. tom. 2 p. 268 numo. nostrum tueri se posset Matthia πόλεως Τεμένον Θύρων ex concilio Chalcedon. p. 674, nisi pariter ille ac Gregorius Τιμένον Θήρων Nicaeni secundi p. 507 vitio esset obsitus. Ptolemaei Τριμενοθυρεῖται, ab Holsteinio in Ortelii Thesaurο correcti, originem dedere Io. Tzetzae Chiliad. 11 396 Τριμενοθυρεῖταις.

Ibid. Τανούπολις] Τρανούπολις, unde Philippus Τρανονπόλεως in Nicaeno secundo p. 506; quam vocem Carolus a S. Paulo ex Traianopoli contractum ait ob Assignium

Traianopolitanum, qui Collat. 8 conc. Constantinop. secundo p. 240 vices agit Ioannis episcopi Laodicensium metropoles Phrygiae Pacatianae. cui et ego assentirer, ni plurima in ea collatione essent mendosissima et Notitiae et concil. Acta obstarent. novi quid Cellarius G. A. 3 4 de Traianopoli Ptolemaei disputarit, necdum tamen eam nostram esse constat sequens *Πουλυκεριανούπολις* forte verius *Πουλυκεριούπολις*, etsi nusquam mihi visa, a Pulcheria Augusta appellabitur.

394, 18. *ὑπὸ κοινουλάριον*] consularis Lydiae l. 17. c. Th. de petitionib. meminit et Synesius epist. 127; cui *ἄρχων τῆς Λυδίας*.

Ibid. 19. *Σάρδεις*] de hac et tribus insequentibus Ant. Itin. p. 336. hic obiter illustremus Thesaur. Britan. tom. 2 p. 145 numum, in quo e dimidiata luna iuvenale caput, Phrygia tiara ornatum, promicat, additis *MHN ACKHNOC*, et altera parte Hermus urnae leniter incumbit, subscripto *EP-MOC*, circa vero *CAPAIANON. B. NEOKOPON.* vir doctus, qui numum publicavit, deum Lunum esse ait, et Asceni nomine, quod sine tentorio agat, perpetuo circumactus motu, donatum; quae mihi explicatio longius arcessita videtur. potius arbitrer non esse Graecae originis sed barbarae vocem, ut *Μηρός Κάρον*, cui templum fuisse Laodiceam inter et Carura e Strabone 12 p. 560 novimus, et *Μηρός Καμαρσίον*, quem Nysaeorum in Caria numi praeferunt, et *Μηρός Φαρνάκου*, cui circa Cabira templum erat apud eundem Strabonem 12 p. 557, eoque deum Lunum et sub eius figura Adonin designari; quem et matrem deum seu Venerem Lydi vicinaeque gentes barbaris ornatos titulis coluerunt. Proclus Diadochus in Tetrabybli Ptolem. Paraphrasi p. 97: *ἐν ταύταις χώραις σέβουσι μὲν ὡς ἐπὶ πολὺ τὴν Ἀφροδίτην ὡς θεῶν μητέρα, διαφόροις αὐτὴν καὶ ἐγχωρίοις ὀνόμασιν ὀνομάζοντες ὁμοίως καὶ τὸν τοῦ Ἄρεως, καλοῦντες αὐτὸν Ἄδωνιν καὶ ἄλλοις τισὶν ὀνόμασιν.* e quibus, quae de Adonide dixi, firmantur, clarissimeque apparet nullam esse causam, quamobrem Livii 38 15 vicum, quem Adonidos Comen vocant, viri docti mutent: cum enim Lydi Phryges Lydi Pamphylii, de quibus omnibus Proclus, Adonin praecipuo honore coluerint, quid impedit Comen Adonidos in Phrygiae finibus fuisse, si Livio credamus? ceterum, ut ad Ascenam redeam, non dubitem quin idem atque ille sit quem Antiochiae in Pisidia maximo honore prosequabantur. Strabo, modo parum adiuvetur nobis eum ostendit l. 12 p. 577: *ἦν δὲ ἐν ταύτῃ, ἰνκὺιτ, καὶ ἰερωσύνη τις Μηρός Ἀρχαίου, πλήθος ἔχουσα ἰεροδούλων καὶ χωρίων ἰερῶν.* sic vertunt eduntque: *ms*

'Ακαίου, ut L. 10 p. 577, quod ex Ἀσκηγος sive Ἀσκανος natum videri locorum nominumque similitudo dissuadet.

394, 19. Σίται] verum urbis nomen quod fuerit dubium est. Vaillantius numos CAETΩN in Graec. imp. Num. p. 36 huc retulit, sed perperam: sunt enim Samosatensium, ut ex numis Thesauri Britannici p. 211 tom. 2 apparet. rectius CAITTH-
NΩN numos huius urbis incolis Harduinus tribuit. itaque Σαῖτ-
ται rectum erit, a quo non longe abest Ptolemaei e mss Palat. Σάτται, pro quo Σέται Coislinianus codex. in Actis concilio-
rum modo Σετῶν πόλις, ut Nicaeno secundo p. 591, modo Σετῶν πόλις ἐπαρχίας Λυδίας, sicuti Constant. tertio p. 502, modo Σεπτῶν πόλις, quo modo in Chalcedon. p. 666, pro qua p. 97 Σεττῶν, p. 527 Σέλλων et Σεύγων p. 399.

Ibid. Μαιονία] sita fuit in radice Tmoli, teste Plinio 5 29. Μαιονιόπολις τῆς Λυδῶν ἐπαρχίας in Constant. tertio p. 668. Μιονία mendose in Nicaeno secundo p. 591. sequentem legere non memini.

Ibid. 20. Τράλλης] Δάλδη potior erit, cuius episcopus Ioannes Δάλδης Nicaeno secundo subscribit, et Ephesino p. 535, quamquam prave, τῆς Λυδίας Δαρδάνης. numum Δαλ-
διανῶν Thes. Britan. tom. 2 p. 104 N. Haymius inseruit; qui dum adscribit nusquam eam nisi in Suida reperiri, usque veterum scriptorum parum se instructum prodit. Carolus a S. Paulo Daldis inquit Suidae in voce Artemidorus, qui hanc urbem MYSSEN ab incolis dictam scripsit; quibus gemina Abr. Ortelius in Thesauri sui Dalden commentatur. utrumque Artemidorus, quantum a vero ea absint, si patrio sermone loquentem audire voluissent, docuisset Oneirocr. 2 c. ult. οὐδὲν οὖν θανμαστόν ἐν Δαλδία Ἀπόλλωνα, ὃν ΜΥ-
ΣΤΗΝ καλοῦμεν ἡμεῖς πατρὶς ὀνόματι, ταῦτά μιν προτρέ-
ψασθαι. intellexissent Apollinem Mysten a Daldianis fuisse cultum, nec unquam Daldiam eo nomine fuisse. erat Daldia Lydiae nec magnum neque memorabile oppidum: Δαλδία δέ, verba eiusdem Artemidori Oneir. 3 c. ult. sunt, πόλισμα Λυ-
δίας καὶ οὐ σφόδρα ἐλλόγιμον. quae etsi haud male disputa-
tata videri queant, fortasse tutius erit Τράλλην retinere: hoc enim nomine urbem a Trallibus diversam et Notitiae veteres et conciliorum Acta agnoscunt. ita Constantinop. secundo p. 243 Uranius episcopus Trallenorum civitatis Lydiae provinciae, et Nicaeno secundo p. 51 Michael Τράλλης inter Lydiae episcopos, cum paullo ante Theophylactus Τραλλέων inter Asianos nomen esset professus, subscribit.

Ibid. Ἀφρηλιούπολις] Theodotus Ἀφρηλιουπόλεως τῆς

Αυδῶν ἐπαρχίας Constantinop. tertio p. 668 scribendo adfuit. adde Nicaenum secundum p. 591.

394, 20. *Ἀτταλία*] habet eam Stephanus et Lydiae contribuit; ubi recte L. Holsteinus et aliam eo nomine in Pamphylia, quam suo loco videbimus, fuisse observat. huc numus *Ἀτταλέων* Thes. Britan. tom. 2 p. 229, sicuti *Ἀτταλεατῶν* ad alteram in Pamphylia p. 90 eiusdem tomi referri oportebit, qua de re N. Haymius. Dionysius tamen *Ἀτταλεωτῆς* *Αυδός* est in Chalcedon. p. 666.

Ibid. *Ἐρμιοκαπηλία*] Theopistus *Ἐρμιοκαπηλίας* est in Nicaeno secundo p. 51, qui p. 591 *Ἐρμιοκαπηλίου* dicitur. Hermocapelitas novit et Plinius 5 30.

Ibid. 21. *Ἀκρασός*] sic mss, nec male, ut ex numis *Ἀκρασιωτῶν* Thes. Britan. tom. 2 p. 87, et quos Vaillantius inspexit, constat. Chalcedonensi concilio Patricius *Ἀκρασσου* provinciae Lydiae p. 574 adfuisse legitur.

Ibid. *Ἀπόλλωνος ἱερὸν*] hinc Apollonos hieritae Plinii 5 29, et Lucius episcopus *Ἀπόλλωνος ἱεροῦ* in Chalcedon. p. 666. meminit *Ἀπόλλωνος ἱεροῦ* in monte positi Aristides tom. 1 p. 625 et 629; quod si nostrum est, 300 ferme stadiis Pergamo semotum fuit.

Ibid. *Τάλαζα*] *Τάβαλα* rectum est. non diffiteor plebisque in Notitiis *τὸν Γαβάλων* praesulem inter Lydiae episcopos recenseri, neque etiam Polycarpum *Γαβάλων* concilio Chalcedon. p. 97 subscribere, eundemque in Latina epistola episcoporum Lydiae ad Leonem imperatorem Gabalorum dici: necdum tamen permoveri possum ut id rectum esse credam, aut cum Harduino numos *Ταβαλέων* vitii arguam ob Notitias ecclesiasticas: quis enim ignorat quam frequentatum librariis sit *T* et *Γ* permiscere? iam *Τάβαλα* vero nomine urbem fuisse ex conciliorum Actis patefaciam. primo Polycarpus, qui Chalcedonensi adfuit, etsi passim *Γαβάλων* dicitur, *Τραβάλων* inscribitur p. 399, nosque ad legitimum urbis nomen perducit. deinde Ioannes episcopus *Ταβάλων* constanter Actis Nicaeni secundi appellatur, ut p. 51, 352, 591 atque alibi. itaque Notitiae omnes et Chalcedonense concilium hinc emendentur. sita urbs fuit circa Hermum; unde Thes. Britan. 2 p. 150 *Ταβαλέων* numus recubantem atque urnae inmixtum cum fluvium ostentat, adscripto *Ἐρμος*. quod vero N. Haymius similem numum vulgatum negat, id secus est: fecerit diligentem virum Harduinus, qui numi inscriptione correcte, seu depravata verius, *Γαβαλέων Ἐρμος* in Num. urb. illust. ad Gabala retulit.

Ibid. *Βάγης*] aliis Notitiis *Βάγη*, unde *Βαγῆροι* in Thes.

Britan. tom. 2 p. 249. Harduinus numum vidit Βαγηνῶν, cui aderat Ἐρμος. unde haud multum inde dissitam fuisse colligas.

394, 21. Κήραος] forte Κεράση. Menecrates Κερασσῶν et Κερασσῶν inter Lydos Chalcedon. conc. p. 526 atque alibi subscribit, et Nicaeno secundo p. 358 Michael Κερασίων. nec aliter Not. Iac. Goar p. 384.

Ibid. 22. Μεσοτύμελλος] Μεσοτίμωλος ex Iure Graeco Romano Leunclavii p. 91 praestiterit. hinc Mesotimolitaе apud Plinium 5 29, ex Harduini emendatione, quem vide.

Ibid. Ἀπολλώνης] Ἀπολλωνίς est Strabonis 13 p. 625, Pergamum inter et Sardes, utrimque 300 stadiis separata. Cyriacus episcopus Apolloniadis synodicae Lydorum epistolae nomen adscripsit. numos Apollonidensium Ἀπολλωνιδέων habent Vaillantius et Harduinus. vide Th. Laur. Gronovium in Bas. Marmor c. 29.

Ibid. Ἴεροκαστέλλεια] sine dubio Ἴεροκασαρία rectum est, cuius episcopus Ἴεροκασαρείας Cossinus Chalcedon. p. 665 scribendo adfuit. haud longe Hypaepis distabat, famosa cultu Dianae Persicae, qua de Tacit. Ann. 3 63, a Persicis, inibi incolentibus apud Pausaniam 5 27, ut viri docti monuerunt, dictae. quae cum non ignoraret Io. Harduinus, ausus tamen est iteratae Plinii editioni adscribere (5 29) nullos illic Persicos nullamque Dianam Persicam fuisse: ΠΕΡΣΙΚΗ notari ΠΕΡτίνακα Σεβαστόν Ἱερεῖς Καθιέρωσαν Ἡρακλέους, Pertinacem Augustum sacerdotes consecrarunt Herculis. ea cor Zenodoti, en iecur Cratetis.

Ibid. Μυστήνη] Μοστήνη, ut numus Μοστήνην Ἀυδῶν perspicue docet. Iulianus πόλιος Μοστήνης est in Chalcedon. p. 240. vide L. Theod. Gronovium in Bas. Marmor. c. 31. ceterum quae ultimo loco legitur Μοστίνα, nostrae correctio atque ex margine in catalogum imprudenter recepta est, ut Ch. Cellarius G. A. 3 4 p. 131 animadvertit.

Ibid. Σαυαλέων] scribe Σάταλα, pro quo prave Ptolemaeus Σάταλα et Nonnus Dionys. 13 474 Σάταλα. Andreas Σάταλων Ἀυδίας interfuit Chalcedon, p. 97, vitioseque p. 574 Σαγάρων Ἀυδίας et p. 665 ἐπίσκοπος Ἀγαλῶν dicitur.

Ibid. 23. Γόρδος] Γόρδος τῆς Ἀυδίας Socrati H. E. 7 36, cuius episcopus Gregorius Γόρδου Nicaeno secundo p. 358 nomen adscripsit. Carolus a S. Paulo eandem esse censet ac Iuliopolin, quae ante Gordu Come, apud Strabonem 12 p. 574, sed errans: illam in Galatia prima videbimus; haec Iuliogordus Ptolemaeo et numis, cuiusmodi Thes. Britan. tom. 2 p. 116, una parte turribus ornatum caput et circa Ἰουλια-

γράφος, altera Ephesinam Dianam et *Τουλιγορδῶν* titulum repraesentans.

394, 24. ὑπὸ *κωνσουλάριον*] fuit praesidialis provincia Pisidia, ut Notit. imp. Orient. c. 1 et Novella 24, cuius c. 4 provinciae praeses praetor Iustinianeus esse iubetur, indicant; estque eius praeses in Actis Zosimi tom. 3 Iul. p. 813 etc.

Ibid. 25. *Ἀντιόχεια*] provinciae erat metropolis, ut ex provincialium ad Leonem imperatorem epistola constat, Lycaoniae finibus proxima; quae caussa est quare Basilio Seleuciensi Vit. S. Theclae 1 p. 255 edit. Paris. τῆς Πισιδῶν τῆς καὶ γείτονος Λυκαόνων dicatur. Ancyrae synodo adfuisse fertur Sergianus Antiochiae Pisidiae sive Cariae, quorum alterum haud dubie a correctore est. vide Cellarium G. A. 3 4 p. 187.

Ibid. *Νέα πόλις*] Hesygium Neapolitanum inter Pisidiae episcopos in mss vetustissimo Nicaeni primi invenit L. Holsteinius. Bassonas τῆς Νέας πόλεως inter provinciae praesules in Chalcedonensi p. 670 nomen proficitur. habet etiam Ptolemaeus.

Ibid. *Λιμένας*] Limenopolis in provincialium ad Leonem imperatorem epist. pro *Λιμενῶν πόλις*. sane Musianus *Λιμενῶν* Pisidiae episcopus in Chalcedon. p. 670 dicitur, ut Constant. tertio p. 676 Patricius τῆς *Λυμναίων πόλεως Πισιδῶν ἐπαρχίας*. unde an *Λιμναί*, quo nomine urbes Stephanus recenset, potiores sint, haud immerito dubites.

Ibid. *Σαβίνας*] hanc atque Armeniam nondum reperi. posterior, si Graecae sit originis, a servorum copia id nomen accipere potuit. vide scholia in Nicandri Alexipharm. 176.

Ibid. *Πάπνα*] novit eam Ptolemaeus, estque in Nicaeno secundo Michaël *ἐπίσκοπος Πάπων* sive *Πάπνων* inter Pisidas p. 348 et 575. negligi ergo a Geographiae Sacrae conditore haud debuerat.

Ibid. 26. *Σινῆθανδος*] *Σινιάνδος*, ut Cyrillus *Σινιάνδου* concilio Chalcedon. p. 670, et Conon *πόλεως Σινιάνδου τῆς Πισιδῶν ἐπαρχίας* Constant. tertio p. 676 ostendunt.

Ibid. *Λαοδικεία*] non aliter Strabo l. 14 p. 603. alii *Λαοδικεῖαν τῆς Πισιδίας* malunt, ut Socrates H. E. 6 8. Palladius satis oratorie (Vit. Chrysostomi p. 78) *συγκλωσθεῖς*, inquit, *Ἀμμωνίῳ τῷ Λαοδικείας τῆς κεκαυμένης κεκαυμένην ἐποίησεν τὴν ἐκκλησίαν*. caussa cognominis ex soli ingenio, quod ignis ibi quaedam quasi scaturigines essent, sumpta videtur.

Ibid. *Τυραίων*] rectum est. Theotecnus *Τιραίων* Chal-

cedon. p. 401 et *Τυρασίον* p. 689 subscribit, male utrobique: facile tamen videas unde ea sint depravata. meminit eiusdem in Phrygia, finibus eius longius prolatis, Xenophon Exped. Cyr. 1 p. 194, sed *Τυριαῖον* appellans; quod ipsum Straboni, si mss valeat auctoritas, cum Ortelio restituendum erit l. 14 p. 663: ἐπὶ δὲ τὸ πρὸς τῇ Λυκαονίᾳ πέρας τῆς παρωρείου τὸ Τυριαῖον διὰ Φιλομηλίου μικρῶ πλείους τῶν πεντακοσίων. sic enim illi, non *Τυριάριον*, ut vulgo, nec *Τετράδιον*, quod ex Ptolemaeo Palmerius advocabat, probantes; ut adeo circa Lycaoniae montana non multum a Philomelio positum fuerit; quod et Plinii Tyrienses 5 27 Philomeliensibus paene coniuncti suadent. poterit autem Tyriacum numerum urbium Geographiae Sacrae, in qua nulla eius mentio, augere.

394, 26. *Ἀδριανούπολις*] Florentius *Ἀδριανουπόλεως* Pisidiae est in Chalcedon. concilio p. 670, et Thalalaeus Hadrrianopolitanorum Pisidiae provinciae Collat. 8 Constantinop. sec. p. 241.

Ibid. 27. *Φιλομηλίον*] nota urbs ex Strabone et conciliorum est Actis, non item, turpi vitio deformatam esse in Procopii Hist. arcana c. 18. narrat plures urbes vehementi terrae motu corruisse, praeterque ceteras *Πολύβοτόν τε τὴν ἐν Φρυγίᾳ καὶ ἦν Πισιδίαι Φιλομηδὴν καλοῦσιν.* imo *Φιλομηλίον*, quo nomine Pisidis urbem fuisse, non altero, citra dubium est.

Ibid. *Σωζόπολις*] patria fuit Severi, qui Flaviano depulso Antiochenis episcopus est datus. Euagrius H. E. 3 33: ὁς πατρίδα τὴν Σωζοπολιτῶν κληρωσάμενος, ἣ μία τοῦ Πισιδῶν ἔθνος ἐστίν. in Actis Zosimi tom. 3 Iul. *Σωζοπολιτῶν πόλις* circa Antiochiam Pisidiae et Conanam c. 1 collocatur.

Ibid. *Τυμανθρος*] iungitur huic artissime in Schelstrateni et Bandurii editione *μητρόπολις*, quam Carolus a S. Paulo iure optimo hinc distinxit: neque enim Pisidiae metropolis unquam fuit, *Τυμανθός* appellanda, si Longino, qui synodo Constantinopolitanae sub Flaviano adfuit, credimus, episcopum se *τῆς Τυμανδητῶν πόλεως ἐπαρχίας Πισιδίας* inter Acta Chalced. p. 244 professo, etsi *τῆς Μανδητῶν πόλεως* prave p. 247. ὁ *Τομάδου* et *Τυμάνδου* est in Notitiis lac. Goar.

Ibid. *Μητρόπολις*] Exorticius *Μητροπόλεως Πισιδίας* Chalcedonensi p. 401 et 644 subscribit, perperam *Νικοπόλεως*, quo nomine in Pisidarum gente urbem ignoramus, p. 670 dictus. hinc campus Metropolitanus apud Livium 38 15.

394, 27. Ὀπαμεία] Ἀπάμεια est, de cuius amoeno situ multa viri docti ex Xenophonte Strabone Livio Maximoque Tyrio. vide Ch. Cellarium G. A. c. 3 4 p. 158 et Cl. Salmasium in Solin. p. 561. vulgo Phrygiae adscribitur, neque id male: sub Christianis tamen Pisidiae est contributa, unde Sisianius Ἀπαμείας τῆς Κιβωτοῦ inter Pisidas Nicaeno secundo p. 358 subscripsit. nimirum in Phrygiae Pisidiaeque finibus erat, quod egregie docet Dio Chrysostomus orat. 35 p. 432, cum Apamienses compellans τῆς τε Φρυγίας inquit προκαθήσθαι καὶ Λυδίας, ἔτι δὲ Καρίας· ἄλλα τε ἔθνη περιουκεῖ πολυανθρώπιστα, Καππάδοκες τε καὶ Πάμφυλοι καὶ Πισίδαι. ubi plura in laudem urbis adduntur, quae non exscribo.

Ibid. 28. Εὐδοξιούπολις] quo olim nomine fuerit, ignoratur. doctissimus Holsteinius ex Socratis H. E. 7 36 suspicionem iecit, sed debili tibicine faltam, ut ad Eudoxiopolin Europae admonuimus.

Ibid. Ἀγαλασσός] sic quoque in altera Notitia Iac. Goar et Nicaeno secundo p. 575, ubi Theodosius τῆς Ἀγαλασοῦ, qui Σαγαλασοῦ p. 358; similiter mss quidem Liviani 38 15 voci sibilantem literam demunt, et Pliniani 5 27. diceres propterea urbem inter eas esse referendam, quae modo sibilantem sibi praeponi modo auferri patiuntur: at obstant Graeci, ut Polybius, quem Livius exscripsit, et plures alii, nunci quoque Σαγαλασσέων apud Vaillantium Harduinum et Haynesum. scribatur ergo Σαγαλασσός, quam diei itinere Apamea dissociatam fuisse Strabo l. 12 p. 569 docet.

Ibid. Βάρις] ὁ Βάρως episcopus est in Notitia Iac. Goar, qui perperam πόλιος Βάρης in Nicaeno secundo p. 358. Ptolemaeo prorsus ut hic Βάρις, cui Κόμανα proxime iungitur et in veteri versione Conana, haud dubie verius: nam et Constans Κονάνης est in Nicaeno secundo p. 575, et discrete Κονανέων πόλις in Pisidia locatur in Actis Zesimi tom. 3 Iunii p. 815 et 816.

Ibid. ἡ σιδηρᾶ] utraque Iac. Goar Notitia hoc cognomine Selenciam ornat, quod a ferri metallis accipere potuit. Nicaeno secundo p. 575 Petrus Σελευκίας τῆς Ἰδίας pro Πισιδίας subscripsit.

Ibid. 29. ὁ Τιμβριάδων] sic mss neque huius Notitia Iac. Goar dissidet. videtur librarius haec ad normam ecclesiasticae Notitiae exegisse, et episcopum huius urbis solciani in illis si species, difficulter inveniri. Xenophon Exp. Cyr. 1 p. 194 Θύμβριον 10 parasangis a Tyriaco, de quo supra, semovet. id si nostrum, vitii ma-

nifestum erit: nec mutari tamen sustinerem, quoniam Constantianus huius urbis praesul in Constant. tertio p. 505 *Τιβριάδων* et in veteri versione *civitatis Tibriadorum Pisidiae provinciae*, quamquam male p. 676 *τῆς Μαμβιαδῶν πόλεως*, dicitur; nisi et Plinius Timbrianos inde formasset 5 27. ergo Geographiam Sacram et hac urbe augeamus.

395, 29. *Θεμισόνιος*] nusquam in Pisidia mihi lecta est. Phrygiae cognominem urbem supra vidimus, forte a Pisidica nomen habentem: Strabo enim 13 p. 629 fuisse Phrygiae urbes, quae a Pisidicis nomen traxerint, docet. posses cum doctissimo Geograph. Ital. medii aevi p. XXVII auctore de Termesso, quam Stephanus Pisidiae urbem facit, nisi eam Pamphyliae Hierocles contribuisset, cogitare.

Ibid. *Ἰουστινιανούπολις*] nec hanc urbem, si alteram Iac. Goar Notitiam exceperis, legere memini. vir doctus, quem tantum quod appellavi, quoniam Alemannus in Procopii Hist. arcana c. 11 inter Iustinianopoles Pamphyliae urbem, quae in Notitia veteri Myloma sit, recenset, de Myliade coepit autumare, acsi et illa Iustinianopoleos nomen induisset. at ea et ab hac provincia distat, et in Pamphylia fortasse reperietur. equidem suspicatus sum Conanam sive Conana Iustiniani nomen accepisse: caussam habeo, quod Notitiarum una Iacobi Goar Iustinianopolim inter Tymandum et Malum interponant, reliquae vero, Iustinianopoli neglecta, Conanam. quae tamen mera suspicio est neque admodum firma.

Ibid. *Μάλλος*] reliquis Notitiis *Μάλος*: unde *Μαληνῶν* episcopus in Iure Graeco Romano p. 190, et Constant. tertio p. 676 Sisinnius *τῆς Μυνοπόλεως τῆς Πισιδῶν*, sed vitiose. vide L. Holst. in Stephan. *Μάλλος*. auctor Dissert. Chorogr. Ital. cum huius Mali occasione p. XXVII asseverat nullam Mallum in duabus Ciliciis Hieroclem adnotare, haud sane advertit *Μάλλος* Ciliciae primae vitiosum esse et Mallum nobis offerre.

Ibid. *Ἰδαδα*] imo *Ἰδαδα*, ut ms Palatinus Ptolemaei. Ioannes episcopus *τῆς Ἰδαδῶν πόλεως τῆς Πισιδῶν ἐπαρχίας* concilio Constant. tertio p. 676 adfuit. Artemidorus apud Strabonem 12. p. 570 inter Pisidiae urbes *Ἰδαδάτην Βριαδα*, pro *Ἰδαδα τὴν Βριαδα*, seu *Τιμβριάδα* potius, annumerat.

Ibid. 30. *Ζόρξιλα*] ὁ *Ζαρζήλων* constanter in Notitiis Iac. Goar, et ea quam Beveregius Comment. in Canon. concilii Trullani p. 140 vulgavit. videtur non alia ac *Ζόρξιλα* Ptolemaei, Z et Δ, ut assolet, permutatis.

Ibid. *Τινασσός*] sanum hoc est, ut et ὁ *Τινασσού* veteris Notitiae male Petrus *Τοριασσού* in Nicaeno secundo p. 358 et *Τνασσού* p. 53, nec melius Stephanus *τῆς Τνασίων*

πόλεως τῆς Πισιδῶν ἐπαρχίας Constantinop. tertio, p. 676. perperam etiam Πιτυασσός, Artemidoro apud Strabonem 12 p. 570.

394, 31. ἐπὶ κουσουλάριον] et haec praesidialis fuit, uti Notitia imp. Orient. c. 1 et Novella 25 docemur. meminit quidem Theodorus Iconiensis in epist. de Cyrico et Iulitta tom. 3 Iul. p. 26 Domitiani comitis Lycaoniae, κόμητος Λυκαονίας, qui mihi rei militaris per Lycaoniam comes fuisse videtur: Notitia eum non habet: at praeter praesidem in provincia, qui rem militarem curaret, fuisse, Novella 25 dubitare vetat. Iustinianus uni Lycaoniae praetori Iustiniano et rem civilem et militarem mandavit.

Ibid. 32. Ἰκόνιον] Lycaoniae fuisse metropolin ex Chalcedon. p. 670 constat. sita erat in Pisidarum et Phrygum finibus, nec multum ab Orientis diocesi neque Asiana dispersata. Basilius Seleuciensis Vit. S. Theclae 1 p. 232: πόλις δὲ αὕτη Λυκαονίας, inquit, τῆς μὲν ἐφ᾽ αὐτῆς οὐ πολὺ ἀπέχουσα, τῇ δὲ Ἀσιασῶν μᾶλλον τι προσορμίζουσα, καὶ τῆς Πισιδῶν καὶ Φρυγῶν χώρας ἐν προοιμίῳ κειμένη. coloniae eam dignatione illuminavit Imp. Gallienus, si fides rarissimo, et fortasse in hoc genere unico Thesauri Wildiani numo, cuius uni paginae IMP. C. P. LIC. GALLIENVS. P. F. alteri ICONIEN. COLO. S. R. inscripti sunt. ceterum Basilio illud τῆς χώρας ἐν προοιμίῳ admodum familiare est: nam et Seleucia Vit. Theclae 1 p. 275 τῆς ἐφ᾽ αὐτῆς δριῶν ἐν προοιμίῳ positam ait, et 2 11 προοίμιον τῆς ἀτραποῦ, et c. 17 τῆς ἡμέρας προοίμιον, quin et orat. 27 p. 150 τῆς ὄργῆς τὰ προοίμια dixit; quam vero recte atque ex usu veteris Graeciae, ex egregia Hemsterhusii nostri ad Luciani Somnium animadversione cognosces.

Ibid. Ἀύστρα] Luca Act. A. 14 6. τὰς πόλεις Λυκαονίας Ἀύστραν καὶ Δεσβην, et v. 21: at v. 8 ἐν Ἀύστρῳ. unde τὰ Ἀύστρα et Ἀύστραν in promiscuo usu fuisse diceres, nisi passim alii numerum pluralem mallent. ὁ Ἀύστρων est in pluribus Notitiis, subscribitque Chalcedonensi p. 90 Plutarchus Ἀύστρων. Ptolemaeo Ἀύστρα, in Palatino m, pro quo verius scriptus Coislinianus Ἀύστρα.

Ibid. Μισθία] est huius praesul in Chalcedon. p. 674 Armatius πόλεως Μισθίας, et Longinus Μιστιανῶν πόλεως Λυκαονίας in Constantinop. tertio p. 670. Theophanes Chronogr. p. 320 Μισθίαν et Mistiam Ravennas l. 2 c. 17 appellat. non longe Vasadis a fuisse colligas ex Basilio M. epist. 118. τὸν ἀγρὸν ἐπέκεινον, scribit, τὸν ὑποκείμενον τῇ Μηστιαί, ἧ ἐπεκηρύχθη ὁ ἀνδρωπος, κέλευσον Οἰασσάοις ὑποταλαί.

agrum illum Mestiae subiectum, cui addictus est homo ille, Vasodis subesse iube. sic Iul. Garnerius vertit ediditque, admonens *Μησιών* in quattuor esse mss, Vasoda vero in plerisque. veteres editi *Μισθία*, Balsamon et Zonaras tom. 2 Beveregii Canon. p. 66 *Μισθία*, quod vir doctus spernere non debuerat, utpote solum cum vero consentiens.

394, 32. *Ἀμβλαδα*] Philostorgius H. E. 5 2 urbem arido ac pestilenti fuisse solo, incolas barbaro atque ab humanitate alienissimo ingenio docet. oppidi episcopus πόλεως *Ἀμβλάδων* in Chalcedon. p. 675, et Constant. tertio p. 675, sed perperam, *Ἀμιλάνδων πόλεως ἐπαρχίας Λυκαονίας*. vulgatum praeter Stephanum et Philostorgium Ptolemaei mss Palatinus Coislinianus et Barberinus, de quo L. Holst. in Steph., probant.

Ibid. *Ουάσουδα*] Ptolemaeus *Ουάσατα*, quod emendari debere ex mss Coislin. certissimum est. Basilius M. *Ουάσουδα* in nupera editioe, cui hinc facillime et ex Beveregio tom. 2 p. 66, tametsi pessime ibi Balsamon et Zonaras *Μάσαδα* legunt, succurri potuerat. Conon episcopus πόλεως *Ἀουάδων ἐπαρχίας Λυκαονίας* Constant. tertio p. 675 et Olympius *Ουάδων* Chalcedon. p. 674 subscripserunt, male uterque.

Ibid. 33. *Ουμάνουδα*] *Ομόναδα* oportuerat, ut belle Ch. Cellarius G. A. 3 4 p. 205, licet operarum peccatum *Όμόμαδα* inibi legatur. hinc gens Homonadum apud Plinium 5 27 et Strabonem 12 p. 569. hinc Tyrannus *Όμονάδων* in Chalcedon. p. 400, qui prave p. 99 *Μανάδων*, et peius in Constantinop. tertio p. 675 Alexander πόλεως *Σουμάνδων* provinciae Lycaoniae.

Ibid. *Ἰλιστρα*] hoc in ms fuisse ex Holst. in Geogr. S. novimus: editi omnes *Λίστρα*. oppido episcopus Martyrius *Ηλίστρων*, qui rectius mss *Ἰλίστρων*, Ephesini concilii p. 534 et Onesimus πόλεως *Ἰλίστρων* Chalcedon. p. 674 fuit.

Ibid. *Λαρανδα*] Anton. Itin. p. 211 vide.

Ibid. *Δέρβη*] *Δέρβη*, ut Act. A. c. 14 et apud Strabonem 12 p. 569; ubi in Isauriae confinio locatur.

Ibid. *Βαράτη*] Ptolemaeo *Βάραττα*, Tabulae Peutinger. M. P. 50 ab Iconio Barathe. nomine metropolitae sui Constantinus *τῆς Βαρατίων μητροπόλεως τῆς Λυκαόνων ἐπαρχίας* Constantinop. tertio p. 526 subscribit. noli tamen putare metropolin fuisse, quam dignitatem librariis debet, intempestive et satis inique eam Iconio auferentibus. paullo itaque rectius p. 675 πόλεως *Βαρίτης* dicitur.

Ibid. *Ἰδη*] Plinius Lycaoniae urbem in confinio Galatae atque Cappadociae fuisse l. 5 c. 27 scribit. Rufus πό-

λεως Ὑδης est in Chalcedon. p. 526 qui Σίδης mendose p. 400.

394, 33. Ἰσαυρόπολις] Lycaoniae partem ad Taurum Ἰσαυρικὴν Strabo 12 p. 568 facit; nec male ergo Isauropolis huic provinciae tribuitur. Aëtius Ἰσαυροπόλεως Chalcedonensi adfuit p. 673. alii Isaura appellant, Ἰσαυρέων πόλιν Diodorus 18 p. 605, de qua Henr. Valesius in Ammian. 14 8. fuisse urbem atrociniis infamem nemo ignorat; atque haud scio an Laestrygonia sit Basilii Seleuciensis Vit. S. Theclae 2 12, sceleratorum hominum atque ex rapto viventium receptaculum. situs haud male convenit: dicit eam in Seleucia Isauriaeque fuisse confinio, sed versus occasum eius provinciae totiusque Orientis, altissimis montibus impositam: διαχειμένην ὡς πρὸς ἑσπέραν καθ' ἡμᾶς τε καὶ σύμπασον ἑῶαν γῆν, πολλοῖς δὲ καὶ ἰσυνεφέσιν ὄρεσι διειλημμένην. incolis atque urbi a Laestrygonibus, quod eorum sectam atque instituta probarent, id nomen venit. sane Isauros Basilii actate ab improba praedandi cupiditate fuisse instructissimos ex Chrysostomi epistolis, Zosimo atque aliis pluribus cognitissimum est.

395, 1. Κόρυα] haud eam Ptolemaeus, nec concilium Constantinop. primum, ut Carolus a S. Paulo monuit, ignorat.

Ibid. Σάβατρα] consentit Tabula, quae Iconio M. P. 44 semovet. Ptolemaeo Σαύατρα, unde in Chalcedon. p. 673 Eustathius πόλεως Σαυάτρων. quae differentia ex sono est, uti in Σαναδία et Σαβαδία, Καλανρία et Καλαβρία, καλανροψ et καλάβροψ, innumerisque aliis. Straboni 12 p. 568 Σατρα, quam eandem esse recte Ch. Cellarius G. A. 3 4 p. 205 animadvertit.

Ibid. Πτέρτα] Πέρτα Ptolemaei est, cuius praesul Cennon πόλεως Περσῶν Chalcedon. concilio p. 674 (et in veteri versione, quam L. Holsteinus versavit, Pertorum) subscripsit, et Nicaeno secundo p. 53 Epiphanius Πέρτων.

Ibid. Κάρυα] imo Κάννα, ut apud Ptolemaeum et Chalcedon. concil. p. 646, ubi Eugenius Cannorum et p. 526 πόλεως Κάννων nomen inter Lycaoniae praesules adscribit.

Ibid. Γλαύαμα] suspicor hanc in Ptolemaei Δαύαμα, ut ms Palatinus praefert, absconditam latere; nec forte alia habenda est Ὑδαμαντὸν concilii Chalcedon. p. 674; quamquam quo vero nomine fuerit, prorsus ignorem. Πίγγον nequam inveni.

Ibid. 3. ἐπὶ κονσουλάριον] Phrygia Salutaris praesidi paruit, non consulari, ut ex Notitia imp. Orient. c. 1 con-

pertam habemus. Amachius ἀρχων τῆς ἐπαρχίας τῆς Φρυγίας, qui dein ἡγεμῶν praeses iteratis vicibus, est apud Socratem H. E. 3 15. Suidas rem eandem referens in Ἀμάχιος parvae urbis Phrygiae praesidem facit, ἀρχοντα μικρᾶς πόλεως Φρυγίας, satis imperite exscriptis Malchi aut alius auctoris verbis. suspicor scriptorem, quicumque fuerit, τῆς μικρᾶς Φρυγίας dedisse, idque, cum in parva urbe Mero res fuerit acta, πόλεως addito vocabulo auctum. parvam autem Phrygiam hanc fuisse dictam ex Stephano in Εὐκαρπία constat.

395, 4. Εὐκαρπία] pagus fuit Phrygiae, ab ubere frugum viniq̄ue proventu id nominis sortitus, Metrophane, quem Suidas Eucarpia ortum adfirmat, apud Stephanum auctore. quod vero primo loco ponitur, id metropolin fuisse Phrygiae Salutaris, uti L. Holsteinus in Geograph. S. autumabat, argumento non est: nam et alia sunt in Synecdemo exempla urbium, qui principem locum in catalogo occupant nec metropoles fuerunt; et Synecdemus civilis est, neque ad metropoles semper attendit. Synnada provinciae caput fuisse suo loco dicitur.

Ibid. Ἱεράπολις] celebrem hoc nomine urbem in Pacatiana vidimus; diceretur ex ea provincia librariorum socordia in Salutarem Phrygiam migrasse, nisi concilium Nicaenum secundum Hierocli adstipularetur: cum enim p. 346 Nicolaus Hierapoleos Pacatiana subscripsisset, nomen suum inter Salutaris Phrygiae praesules p. 357 Michael Ἱεραπόλεως profitetur; et ne de vitio cogites, p. 597 atque alibi eundem reperies. itaque duas Phrygiae, alteram Pacatiana alteram Salutaris, Hierapoles agnoscamus, et hac Geogr. S. ornemus.

Ibid. Ὀστρουός] Ὀτρος, cuius episcopus πόλεως Ὀτρον in Chalcedon. p. 673, in Nicaeno secundo τοῦ θρόνου Ὀστρουον p. 358 dicitur. Plutarchus τὰς λεγομένας ἐν Φρυγίᾳ Ὀτρίνας in Lucullo p. 497 appellare videtur.

Ibid. Στεκτόριον] hoc, utpote proxime ad Στεκτόριον, quo vero nomine fuit, accedens, e mss arripuimus. Ptolemaeo vulgo Ἰστροόριον, sed vetus interpretes Stectorium legit, quod et mss Coislinianus et Barberinus, de quo Holsteinus ad Geograph. S., praeferunt. Ioannes presbyter τοῦ θρόνου Ἐκτορείου Nicaeno secundo p. 357 nomen adscripsit, et p. 53 Ἐκτορείου.

Ibid. Βρονύξος] verum est Βρούξος, unde numi Βρονύξων et Βρουζίνων, ut in Thes. Britan. tom. 2 p. 234, de quibus egregie Harduinus in Num. urb. illustrat. Ptolemaeus, cui Δρούξον, hinc auxilium accipit.

395, 5. κλήρος Ὀρίνης] lege ὄρεινης. intelligi credo Phrygiam Paroreiam sive montanam, de qua Strabo 12 p. 577: ἡ μὲν οὖν παρωρία ὄρεινήν τινα ἔχει ὄρειν, ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς ἐκτεινομένην ἐπὶ δύοσιν. Κλήρος dicitur solemnī more, quo vox de agris sorte divisīs et dein de aliis quibusvis usurpatur. vide Cl. Dukerum in Thucydidem 3 50, et quos ille appellavit.

Ibid. κλήρος Πολιτικῆς] sic mss edere, Holsteinio accedimus, etsi quae Phrygiae pars sit, in obscuro maneat. si coniecturis in re incerta indulgere liceat, dixerim eos Phrygiae agros signari qui usui publico reipublicae serviebant, atque eos in primis in quibus greges dominicos pascebant fuisse in Phrygia imperatores Valentinianus et Valens l. 19 c. Th. de Praetoribus testabuntur; *satos de Phrygiae*; *aiunt, gregibus 20 quatuor equos, subiugandos quadrigis, hoc est, simul octo, duobus maximarum editionum praetoribus dari sanctimus.* simili fortasse ex causa regio Aphrodisias antea Politice Orgas fuit appellata apud Plinium N. H. 5 30. de Debalacia nihil habeo monere, utpote usquam lecta.

Ibid. Ἀσσίας] nota e Strabone Plinio et Ptolemaeo urbs, cuius nūmi Ἀσσιαδέων nomen praeferebant. Philippus Lysiadis est in Chalced. p. 646.

Ibid. Σύναδα] hanc provinciae metropolin concilium Chalcedonense p. 673 imponit; unde Synodorum metropolita, quamquam non sine vitio l. 24 Hist. Miscell. Tabula 32 M. P. Docimeo semovet. vide Vales. in Socrat. H. E. 7 3.

Ibid. 6. Πρύμνησος] Prymnesia Ptolemaeo et Chalced. concil. p. 673. vulgo quidem Πρυμνιάσση ibi appellatur, sed verum Latinus interpres servavit, et Constantinop. tertium p. 675.

Ibid. Ἴψος] urbem nobilitavit, quod prope eam depergnatum est, memorabile praelium, quo Antigonus a coniuratis ducibus victus atque interfectus est apud Plutarchum in Pyrrho p. 384. Ἴψος perperam Nicaeno secundo p. 161.

Ibid. Πολύγωτος] Πολύβοτος oportuerat. Georgius presbyter πόλεως Πολυβαίου est in Nicaeno secundo p. 358, hinc refingendus. vide Cellarium G. A. 3 4 p. 168.

Ibid. Δοκίμιον] addunt Schelstratenus et Bandurius μητροπόλεως titulum; quo ornatum unquam fuisse exiguum oppidum et solo marmore nobile haud constat. verius sibi locum Μητρόπολις in principe editione occupavit: binas enim eo nomine in Phrygia fuisse e Stephano novimus, quo-

rum fortasse haec apud Athenaeum l. 13 p. 574 obvia. *Δοκίμειον*, ut eo redeamus, Stephano, *Δοκίμειον*, non sine errore, Ptolemaeo, *Δοκίμια κώμη* Straboni l. 12 p. 577. *Δοκίμιον*, plane ut hic, *ἐπαρχίας Φρυγίας Σαλουταρίας* Ephesino concilio p. 534. vide Norisium Dissert. 1 de Epoch. Syro - Maced. p. 14.

395, 7. *Μῆρος*] est apud Socratem H. E. 3 15 et Socraten. 5 11, ubi Valesium vide. nec crede tamen posteriore aetate Comopolin fuisse appellatam; neque enim Constantinus imperator l. 1 Them. 1 id adfirmabit, sed Merum fuisse *κωμόπολιν* sive grandem vicum, qui ad urbis amplitudinem proxime accederet, uti in Marci Evang. 1 38. Carolus a S. Paulo cum Myrum vocat, ab Actis conciliorum, ut Nicaeni secundi p. 357, ubi Damianus *Μύρων*, in fraudem impulsus est.

Ibid. *Νακολία*] urbem Phrygiae, cui Nacolia nomen, πόλιν τῆς Φρυγίας ἢ *Νακώλεια προσωνυμία*, ad quam Valens Procopium profligaverit, Socrates H. E. 4 5 vocat. Basilius *Νακωλείας Φρυγίας* Chalcedon. concilio p. 578 subscripsit. ceteris *Νακώλεια*, ut Ptolemaeo et Zosimo 4 8. vide Ch. Cellarium G. A. 3 4 p. 144.

Ibid. *Δορύλλιον*] *Δορύλαιον*, uti Strabo; nisi forte *Δορύλλειον*, modo sanum id sit, cum Eustathio in Dionys. 815 voluerit. proxime fluvium sedem habuit, qui in Thes. Britan. tom. 2 p. 257 numo *Δορυλαίων* urnae incumbit, quamquam quo nomine fuerit nondum pro comperto habetur. Nic. Haymius Sangarium arbitratur, cui sane in Tabula Peutingerana accubat. at id flumen urbem alluisse cum certo haud constet, malim alterutrum amnium credere de quibus Cinnamus 5 1, ubi de Manuele Comneno, *διὰ τοῦ Ἑλλησπόντου πορθμοῦ ἐπὶ Ἀσίας διαβάς ἄχρι Δορυλαίου ἦλθε, περὶ ἄμφω τῷ ποτομῷ, ὧν ὁ μὲν Βαθύς πρὸς τῶν ἐγχωρίων, Θύαρις δὲ ἄτερος ὀνομάζεται.* adde 6 14 Nicetam Choniat. Annal. Manuel. 6 p. 88.

Ibid. *Μίδαιον*] *Μίδαιον* sive *Μιδαίον*, unde *Μιδαίων* numi apud Harduinum et Holst. in Stephanum.

Ibid. *δήμον Λυκαῶν*] pesterius e ms eruit Holsteinus, e quo *Λυκαίωνων δήμος* formari oportet. *δήμος*, ut saepe, pagum notat: Stephanus *Εὐκαρπία δήμος τῆς μικρᾶς Φρυγίας*, et in *Δήμος*. Lycaones in Phrygia Plinius 5 29 agnoscit, probe contra Harduinum a Ch. Cellario G. A. 3 4 p. 164 defensos.

Ibid. 8. *δήμον Αὐλοκλεία*] forte *δήμος Αὐλοκρήναι*. Plinius Aulocrenas Phrygiae tribuit 5 29. *Marsyas*, inquit,

ibi redditur, ortus ac paullo mox conditus, ubi certati tibiaram cantu cum Apolline, Aulocrenis: ita vocatur conuallis decem mill. passuum ab Apania Phrygiam petentibus. et 16 43. favet suspicioni Aquilas episcopus Ἀνιοκρῶν, qui inter Phrygiae Salutaris praesules Chalcedon p. 400 nomen suum profitetur. quia tamen Ἀνροκλίτων p. 246. dicitur, nihil decreverim. id addam, in Geograph. Sacra praeriri haud debuisse.

395, 8. δῆμον Ἀλαμασσῶ] in concilio Chalcedonensi eius episcopus memoratur, diciturque πόλις Ἀμαδάσση p. 673, et in Constantinop. secundo p. 244 civitas Amadassorum rectius itaque δῆμος Ἀμαδάσσης.

Ibid. δῆμον Προπνίασα] forte δῆμος Πραιπένισος. Praepenissus est inter Phrygiae urbes apud Ptolemaeum, subscribiturque Auxanon πόλεως Πραιπένισσου Chalcedonensi p. 673. quod vero his pagis episcopi fuerint impositi, id argumento est fuisse κωμοπόλεις sive amplos et civium frequentia celebres pagos, unde et πόλεις Chalcedonensi concilio dicuntur. ceteroqui canones pago aut parvae urbi, cui vel unus presbyter sufficeret, episcopum negabant, ut synodi Sardicensis 6: μὴ ἐξεῖναι καθιστᾶν ἐπίσκοπον ἐν τινὶ κώμῃ ἢ βραχεῖ πόλει, ἢ τινὶ καὶ εἰς πρεσβύτερος ἐπαρχεῖ. et synodi Laodicensae 56, qui περιοδεύτας sive visitatores, ut Dionysius Exiguus vertit, de quibus Beveregius plura, in eiusmodi pagos mandat; quamquam et id citra dubium est, haud raro praesulum ambitione optime decreta fuisse proterve conculcata, et quo plures suffraganeos, quos vocant, acciperent, pagis atque oppidulis episcopos datos. in Africa certe per contentiones Donatisticas incredibilem in modum praesulum numerus increvit, paullatimque villae fundi et vici suos sibi praepositos viderunt, sicuti et Collat. Carthagin. c. 181 colligas. sed haec ab instituto nos avocarent longius.

Ibid. 9. ὑπὸ κοινουλάριον] olim Lycia et Pamphylia uni proconsuli paruerunt; unde C. Porcius procos Lyciae et Pamphyliae in Thes. p. CCCCLVIII 6. sub Constantino praesidem habuerunt, ad quem l. 2 c. Th. de censu data est. dicitur Decii tempore a Lycia iam fuisse distractam ob Pamphyliae praefecturam Martino ab eo imperatore mandatam, in Actis S. Achatii apud Ruinart. p. 155, si bonae fidei semper ea essent monumenta. forte Theodosius secundus Lyciae suam praesidem imposuit, qua de re alias. fuisse vero consularum Pamphyliam Notitia imp. Orient. c. 1 docet.

Ibid. 10. Πέργη] editi omnes Σύλλαιον iungunt, acsi eadem urbs esset, prorsus contra verum: distinctissimae enim

fuerunt, singulis episcopis, ut ex Chalcedonensi concilio novimus, subditae. seriore quidem aevo dignitas metropolitana Sylaeum ornavit, eaque causa est, cur in aliis Notitiis ὁ Πέργης ἤτοι Σύλαιον episcopus memoretur. at nondum, cum Hierocles suam digereret, eo res redierat: distinguuntur enim utriusque episcopi in Constantinop. tertio. erat Perge provinciae metropolis, sicuti praeter Chalcedonense concilium p. 656 scholiastes Callimahi hymn. in Dian. v. 187 et egregius numerus ab Ezech. Spanhemio (dissert. 9 de V. et P. Num. p. 591) productus ostendunt. secta dein in duas Pamphylia, quae tamen divisio Hierocle, quod supra patefecimus, posterior est, Perge Pamphyliae secundae, primae vero Side metropolis esse coepit.

395, 10. Σύλαιον] Σύλαιον Constantino l. 1 Them. 14 et Constantinop. tertio p. 677, ubi Paullus πόλις Σύλαιον τῆς Παμφυλίων επαρχίας, nec aliter Actis S. Stephani Iunioris, a Benedictinis vulgaris, p. 452, quae Lyciam hinc ordiuntur, etsi ipsi Σύλειον maluerint. putares itaque rectum id esse: at obstat Σύλειον Stephani et Sylaeum Livii. Salmasius in Solin. p. 549 Σύλλιον, nisi error ibi sit ab operis commissus, verum esse pertendit. Holsteinus Σύλαιον praefert ad Stephanum, atque Arriani Exped. Alexand. 1 27 Σύλλιον, χωρίον οχυρόν ad hanc normam corrigit. ego in Arriano nihil muto, Σύλλιον et Σύλλιον ceteris praestare arbitratus. habet id Polybius Leg. 30, et, quam conformatione literarum A et A deceptam nemo dixerit, Tabula Peutingerana. perperam ergo Ptolemaeus Σύλονον, et Chalcedonense p. 402 Σύλον. oppidum haud multum Perga distabat.

Ibid. Μαγνός] sic et Palat. et Colslin. mas Ptolemaei pro vulgato Μάτυλος. numi Μαγνδέων Thea. Britan. tom. 2 p. 189 id probant. quare non recte satis Magaedensium civitas Pamphyliae Constantinop. secundo p. 241, nec Μαγίδων πόλις Constantinop. tertio p. 502, nedum πόλις Μαυδος Chalcedon. p. 672. verius Magydensium civitas p. 646 veteri interpreti.

Ibid. Ἀττάλεια] nota urbs e Strabone est circa Corycum posita. Suidas in Κορυναίος sitam ait ad Corycum promontorium, haud obscure Corycum Ciliciae cum cognomine Pamphyliae oppido confundens; quem eundem errorem Salmasius in Solin. p. 545 reprehendit in Demetrio, quo Stephanus teste usus fuit. Ἀτάλων episcopus, qui Ephesino interfuit concilio p. 585, hinc fuit, appellarique Ἀττάλων debuerat. ceterum seriore aetate urbs ab Alexio imperatore metropolitana iura, quemadmodum Notitia Iac. Goari, docemur, impetravit. hinc explia, quod ceteroqui absurdum videri

posset, schollon Balsamons et Zonaræ tom. I Canon. Bene-
regii p. 107: Παμφυλία ἐστὶν ἡ τῆς Ἀτταλίας ἐπαρχία. vide
quoque Tzetzen Chiliad. 6 72.

395, 10. δῆμον Οὐλίμβος] ab aliis ut hic nobis pa-
gus explicetur exspecto, gratiam relaturus si eadem opera
binis sequentibus, qui meam frustra implorarunt, succurrere
voluerint. meminit sane Notitia Iac. Goari Δικιοτανάβρων,
videnturque eadem ac Κάνανρα, nec hilum tamen iuvant. Ca-
rolus a S. Paulo non aliam esse ac Zenopolim fidenter ad-
firmat, quam nos Isauriæ fuisse pro comperto habemus.

Ibid. 11. Ζοβία] lege Ἰοβία et mox Τερμεισοός. tribus
his oppidis tempore synodi Constantinopolitanae sub Flaviano
unus episcopus fuit, qui inter Acta Chalcedon. p. 239 τῆς
κατὰ Τερμεισοὸν καὶ Εὐδοκιάδα καὶ Ἰοβίαν ἀγίας Θεοῦ ἐκκλη-
σίας dicitur. Ephesinae synodo p. 535 Timotheus πόλεως
Τερμεισοῦ καὶ Εὐδοκιάδος subscripsit, unde alii Ioviam pa-
ruisse coniciunt. Leone vero imperatore, quod synodica pro-
vincialium epistola docemur, et Eudocias et Termessus sin-
gulis praesulibus dicto audientes fuere. montibus Termessus
supra Phaselidem circa angustias, per quas in Milyadem trans-
itus, erat adposita. vide Cellarium G. A. 3 4 p. 196.

Ibid. δῆμον Μενδετέω] nisi me omnia fallunt, est hoc
Ptolemaei Μενεδήμιον. itaque Δήμος Μενεδήμιον reſta-
gamus.

Ibid. 12. δῆμον Σώκλα] imo Πώγλα, ut idem geogra-
phus. Paulus πόλεως Πούγλων inter Pamphylios nomina in
Chalcedon. p. 672 profitetur.

Ibid. Σίνδα] Σινδα oportuerat, quod L. Holsteinus ad
Geogr. S. monere haud praeteriit, simile mendum e Strabone
et Stephano ad huius Ἀμβλαδα eluens. concilio Ephesio
p. 585 πόλις Ἰσιωδῶν perperam appellatur, rectius Chalcedo-
nensi p. 672.

Ibid. Βέρβη] sic mss. Βάρβη aliis notitiis. utrum praes-
tet, in tam pertinaci veterum de oppido silentio haud temere
finivero.

Ibid. Σινδανδα] et hoc e mss. crederes hinc fuisse
Neonem episcopum πόλεως Σιλιάδου Παμφυλίας in concilio
Chalcedon. p. 556, nisi aliunde liqueret Syllii, de quo supra,
praesulem fuisse. vide p. 672 Actorum eorum. itaque de hac et
sequenti Myodia nihil profitebor aliud quam obscurissimas
videri. inveni quidem in Notitia Iac. Goari Μυλόμην ἢτοι
Ἰουστινόπολιν, pro qua Iustinianopolin N. Almannam in Pro-
copii Hist. Arc. c. 11 legisse constat: sed ea ab auxiliis
ferendo tantum abest ut omnia conturbet.

Ibid. 13. Χωρομυλιαδικά] iungere haec manu exar-

tos codices Holsteinio accedimus, nec tamen urbem eo nomine Pamphyliæ fuisse, quæ eiusdem in Stephani *Μιλύας* suspicio erat. Milyas a Ptolemaeo Pamphyliæ contribuitur: hinc τὴν *Μιλυάδα χώραν* in Lyciæ Phrygiæ et Pamphyliæ finibus apud Arrianum Exped. Alexandr. 1 25 et Strabonem 12 p. 570 appellarunt. verum ergo fuerit *χωρία Μιλυαδικά*, ut pagi eius regionis intelligantur.

395, 13. *Ὀλβασα*] iurares *Ὀλβίαν* esse, quam omnes, si Stephanum exceperis, meritum propterea Casauboni Salmasii atque aliorum animadversionem, Pamphyliæ transcribunt. ne quid tamen mutetur, Ptolemaeus auctor erit, *Ὀβασα*, sive, ut Coisl. ms, *Ὀλβασα* Pisidiæ haud multum a Comana, quo de oppido mox, contribuens. nec Pisidiæ mentio illi nocere debet, cum finitimas esse provincias et plura eius oppida Hieroclem Pamphyliæ suæ vindicare apertissimum sit.

Ibid. *Αυσήγαρα*] *Αυσινίαν* Ptolemaei esse non dubito: nam et reliquæ Notitiæ urbem agnoscunt, et Theodotus *Αυσινίων* in Chalced. concilio p. 402, sive Lysiniensis, ut in synodica ad Leonem imperatorem epistola, memoratur.

Ibid. 14. *Κόμανα*] non aliter Ptolemaeus, cui Ephestius Comanenus in synodica epistola ad stipulatur: nam operam Carolus a S. Paulo abutitur, cum Comacenum cum esse iubet. huc refert Harduinus numum *ΙΕΡΟΚΑΙΣΑΡ. ΚΟΜΑΝΕΩΝ*, probabili coniectura: propius enim hinc Hierocaesarea quam ab oppido Pontico Cappadocicove distat.

Ibid. *Κόλβασα*] *Κόρβασα*, quemadmodum Ptolemaeus, unde Corbaseus episcopus, ut Carolus a S. Paulo admonuit, in concilio Constantinop. sub Menna.

Ibid. *Κρέμνα*] *Κρημνα*, quam coloniam Romanos deduxisse Strabo et Ptolemaeus testantur. sita erat in loco prærupto, quæ fortasse nominis causa, undique fossis depressissimis munita apud Zosimum 1 69, ubi tamen male Lyciæ tribuitur.

Ibid. *Παμένου τείχος*] *Ἀνεμοτείχος* mendose Constantino l. 1 Them. 14, ut *Πανεμοσιχειρών* numi mostrant. *τείχος* autem in hac compositione arcem notat; quam rem cum pluribus exemplis L. Holsteinus ad Stephanum stabilire constituerit, eaque absint ab eius notis, en tibi ea ex schedis, quarum mihi copiam fecit vir clarissimus I. Ph. D'Orville. *τείχος* multis in locis veterum non solum murum sed et castellum vertendum est: significat enim locum munitum. ita ferme semper apud Scylacem et Herodotum. sic l. 1 c. 83 *Sardes* vocat *τείχος τῶν Λυδῶν*, ubi inepte interpres

murum *Lydorum*, et l. 7 c. 59, quem locum notavi ad *Stephanum*. *Iustinus Cohort. ad Graecos*: ἐπὶ τοὺς γὰρ (τοὺς φιλοσόφους) ὡσπερ ἐπὶ τείχος ὄχυρόν καταφύγειν εὐθυσίαν. et *Orat. ad Graecos Hercules inter alios labores Augiæ ὄχυρόν τείχος a sordibus purgasse dicitur*: utrobique validam muram reddunt perverse. ita νέον τείχος, Ἀβύρον τείχος, Ἡραίων τείχος et παλαιὸν τείχος in *Steph. Γάγαι*. atque ita vocipe in oraculo *Apollinis Atheniensibus* dato ξυλίον τείχος, et vide ipsum *Stephanum* in τείχος, κβι φρονύριον exponit. idem *Iustinus dialogo cum Tryphono Platonem scribit et Pythagoram esse ὡσπερ τείχος καὶ ἄρεισμα τῆς φιλοσοφίας*: velut muram et columen ait interpretes, ego potius arcem et munimentum: nam et *Homerus Iliad. A 407 τείχος Ἄρειον vocat Thebas, quasi locum ab ipso Marte munitum, Martis propugnaculum*. haec vir doctissimus; quae etsi verissime observata sint, non ivero tamen infitias, murum apud Latinos eandem hand rare significationem possidere. vide *Anton. Itiner. p. 446 et Wassum ad Sallust. Catilin. c. 61*.

395, 14. Ἀρμισσοῦ] gemina sibilante *Ptolemaeus* et *ms Leid.*, nec discordante *Theophilo τῆς Ἀρμισσοῦ* in *Chalced. p. 672*, tametsi perperam *p. 556 πόλιος Ἀρμισσοῦ Παμφυλίας*.

Ibid. Μαξιμανούπολις] est in *Notitiis* et conciliorum *Actis*, sed situs, ut pleraeque huius provinciae, incertissimi. *Κτήμα*, quod sequitur, publicum urbis agrum sive praedia indicat; quo modo βασιλικά κτήματα in *Herodiani l. 1 c. 11* sunt villae principis, et l. 2 c. 6 τὰ πορρωτάτα τῆς πόλιος κτήματα, praedia ab urbe remotiora.

Ibid. 15. Πεγησαλάμαρα] credo pagi aut oppiduli esse nomen: solet enim *Hierocles τὰ ῥεγέ*, ex ῥεγεῶν accusum, illis praeponere; qua de re infra cum in *Bithyniam* devenimus. pagus ipse, pariter ac *Limobrama*, mihi nusquam occurrit.

Ibid. 16. Κόδρουλα] forte *Κόρδυλα* praestiterit: certe *Maras* urbis episcopus in veteri Latina versione concilii *Chalcedon. p. 100 Cordylorum* et *ms Κορδύλων*, etsi vulgo nunc *Κοδρύλων*, et pessime *p. 557 Κοδραλαίων*, atque in epistola provincialium synodica *Codri*, appellatur. accedit *Stephanus, Κόδρυλος, πόλις Παμφυλίας*. hand equidem ignoro quid *Abr. Berkelius* ex eo fuerit architectatus, quo utique sine incommodo nunc facile carebimus.

Ibid. Δημονσία] sanissime hoc sit an mendosum, quaeve locum cum insequente insoderit, ut doceatur, aliunde expectamus.

395, 16. Παστοληρισσός] si mss addicerent, Πεδνηλι-
σόν Ptolemaei et conciliorum praeferram.

Ibid. 17. Σέληη] Σέληη haud dubie est, quod et animad-
versum a Ch. Cellario G. A. 3 4 p. 198 videbis. monti erat
imposita. πολίχηη δ' αὐτή Παμφυλίας ἐστίν, ἐπὶ λόφου κει-
μένη Zosim. 5 15.

Ibid. Τριμούνολις] vero nomine Πριμούνολις erat.
hinc Timotheus Πριμουνόλεως τῆς Παμφυλίας in Chalcedon.
p. 127 et p. 240 male Πριαμούνολις in Ephesino p. 528. id
enimvero negligi non oportet, Tribonianum Primupoleos praes-
ulem, qui Ephesino concilio scribendo adfuit p. 438, Ἀσπέν-
δου τῆς Παμφυλίας dici, nec usquam Primupoleos episcopum
ab eo distingui; praeterea in veteribus Notitiis Aspendi praes-
ulem saepe memorari, et Primupoleos nullam esse mentio-
nem. quae mihi res argumento est Aspendum nihil prorsus a
Primupoli discrepasse, atque adeo perperam in Geographia
S. distingui.

Ibid. Σίδη] lege Σίδη, quae deinceps metropolis Pam-
phyliae primae fuit. primum ea dignitate in concilio Con-
stantinop. secundo p. 240 illustrata conspicitur, etsi in Chal-
cedonensi p. 437 Amphilocheus eius episcopus inter metropo-
litanos, quos vocat, nomen adscripserit. numum Σιδητῶν
πρῶτα Παμφύλων et alterum Σιδητῶν λαμπροτάτης ἐνδόξου
explicuit Spanhemius dissert. 6 de V. et P. Num. p. 591.

Ibid. Σέρνα] assentior Holsteinio Sennensem in conci-
lio Ephesino episcopum huic urbi imponenti: tametsi enim Ne-
ctarius Συνέων p. 439 scribatur, alibi τῆς ἐν Σενέα καθολικῆς
ἐκκλησίας nominatur. vide p. 529.

Ἀύβρη] sic et Dionysius Perieges. 859 in editione Guil-
Hilli, quod sphalma typographi Ch. Cellarius G. A. 3 4 p. 199
putaret, nisi in Hieroclis notitia Pamphyliae etiam Ἀύβρη
scriptum inveniretur. ego contra sentio. Dionysii plerae-
que omnes editiones Ἀυρβρη, etiam Ferraricensis a. 1512,
prae se ferunt: nostrum vero a librario parum diligente est:
nam ceteri scriptores consentiunt Ἀυρβειτῶν numis.

Ibid. Κάσσα] non alia est ac Ptolemaei Κάσαι, pro
quo Cassae vetus eius interpret.

Ibid. 18. Κότανα] si Acta Ephesini concilii haud fal-
sunt, Κότανα praestiterint: subscribit enim p. 549 Acacius Κο-
τένων τῆς Παμφυλίας, et p. 529, quamvis non sine levi men-
do, τῆς ἐν Κοπένοισ ἐκκλησίας.

Ibid. Ὀρυμνα] hoc mss approbant. huic episcopus fuit
Paullus Orymnorum Ephesin. concil. p. 674, qui vitiose τῆς ἐν
Θρύμνοισ ἐκκλησίας p. 535. vide Nicaen. sec. p. 598.

395, 18. *Κορακήσιον*] situm erat in saxo praerupto, olim Ciliciae asperae initium apud Strabonem 14 p. 668. Matidianus *Κορακισίων* est in Ephesino p. 438, quicum pacae conspirat *Κορακήσιον* numus Thes. Britan. tom. 2 p. 282.

Ibid. *Συέδρα*] desertum Ciliciae scopulum Florus a Salmasio emendatus 4 2, Lucanus parva Suedra 8 250, ab eodem sanitati restitutus, appellat: olim Synedris legebatur, prorsus ut Coislin. mss ex Suedra Ptolemaei *Συνέδραν* 5 8 fecit. vide in Solin. p. 542, et Kuster. ad Suidae *Αλιανός*.

Ibid. *Καραλία*] *Κάραλλις* ἢ *Καράλλεια* Stephano. concilii Ephesini Actis adfuit Solon *Καράλλιας*, p. 438, et Chalcedon. p. 672 Marcianus *πόλεως Καραλλίας* rectius Constantinop. tertio *τῆς Καραλλέων πόλεως τῆς Παμφυλίων ἐπαρχίας* p. 503. vide Holst. in Stephanum, et gentile hoc a *Καράλλις* derivatum atque ab Ethnicographo neglectum observa.

Ibid. *Ὀλίβρασος*] *Κορυβρασός* vere Holsteinus, cuius praesul, ab eodem appellatus in hanc rem, Nesius *Κορυβρασού* Ephes. concil. p. 438, perperam vero *τῆς κατὰ Κορυβασύνην ἐκκλησίας* p. 529.

Ibid. 20. *ἐπὶ κορσουλάριον*] praesidi Lyciam Notitia imp. Orient. c. 1 subiicit, estque in Actis S. Claudii apud Ruinart. p. 866 Lysias praeses provinciae Lyciae; qui tamen non huic sed Ciliciae, quoniam in civitate Aegea commoratus dicitur, praefuisse videtur, ut bene vir doctus. iunctam Pamphyliam paullo ante observavimus. Malala tom. 2 p. 69 Lycaoniae olim connexam, sed a Theodosio secundo inde divisam ac provinciam esse factam, Myrensi urbe ad metropoles dignitatem provecta, adfirmat; quod si verum est, fortasse ultimis Theodosii primi imperatoris annis Lycaoniae est adiecta: tum enim Lyciae gravis inusta nota est, permissumque ut provinciales contumelioso nomine vulnerarentur. nec cum veritate tamen consentiet, a Theodosio iuniore Lyciam pristina iura reciperasse, siquidem priorem illi famam meritumque inter ceteras renovari censuerunt imperatores Arcadius et Honorius in l. 9 c. Th. de indulgent. crimin. forte rem eandem repetita lege Theodosius secundus iussit, eorumque scribendorum Malalae occasionem praebuit.

Ibid. *πόλεις λδ'.*] Plinius N. H. 5 27 suo tempore oppida 36 Lyciam habere, Strabo 14 p. 664 communem Lyciam cum τὸ *Λυκιακὸν σύστημα* ex 23 civitatibus fuisse compositum, in quo Lyciarches aliique magistratus crearentur, refert. hoc loco numerus catalogo, qui mox sequetur, maior est.

Ibid. 21. *Φασούδης*] imo *Φασηλός*, in finibus Lyciae et Pamphyliam posita apud Strabonem 14 p. 667. de Cylabra

quem tanquam heroem venerabantur, Athenaeus 7 13. ex sequenti nihil, quod placeat, emergit. vide Ciceron. Verr. 4 10.

395, 21. Γάγα] Holsteinio in Stephanum Γάγα hoc neutrum videtur plurale, cui si quod simile esset exemplum, nec tot vitia huic notitiae inessent, assentirer: ab urbe et vicino amne, quem tamen Galenus ἀπλ. φαρμακ. 9 p. 123, etsi Lyciae oram parva navicula legeret, invenire potuisse negat, lapidem Gagatem appellatum volunt, qua de re Saracenus in Dioscorid. 5 146 et Rhodius in Scribonii Larg. Composit. 225, cuius tamen omnia puto non probabis. vide vero quas turbas hoc oppidum leviter in Eusebio de Martyr. Palaestin. c. 4 depravatam dederit: εἴ τις ἄρα Πάγας ἐπιστάται, τῆς Λυκίας οὐκ ἄσημον πόλιν. si quis, inquit, Pagas novit, urbem Lyciae non obscuram. Valesius Araxa, quod mss ἀραπαγὰς aut ἀραγὰς offerrent, quo nomine nusquam urbs in Lycia, videtur maluisse: Henschenius tom. 1 April. p. 50 Patara praecipit; Ruinartus Actis Sincer. M. p. 320 in dubio est utri accedat. tu mecum Γαγὰς scribe, et compositos hos fluctus agnosces.

Ibid. Ἀκαλισσός] si hanc et alias Notitias exceperis, inventu difficilis erit.

Ibid. Ἐλεβησός] legendum haud dubie est Ἐδεβησός, quam urbem e mss Stephano L. Holsteinius et Abr. Berkeleyus restituerunt. Ἐδεβησός, ait, πόλις Λυκίας, ὡς Καπίτων Ἰσαυρικών α'. nollem vero a Berkelio probari coniecturam Hermolai Barbari in Plinio 5 27 Habessum in Edebessum mutantis. oppida, inquit, Apyre et Antiphellos, quae quondam Habessus, atque in recessu Phellus. nam comperitissimum hinc est diversa oppida Lyciae Antiphellum et Edebessum fuisse, utpote distincte ab Hierocle memorata.

Ibid. Λίμυρα] hoc e ms vulgato [λύμυρα] praefendum. sita urbs erat ad eiusdem cognominis amnem apud Strabon. 14 p. 666. videntur autem τὰ Λίμυρα et τὴν Λιμύραν dixisse; sane τὸν ἐν Λιμύρα Διάτιμον Basilium M. epist. 218 laudat, et ex Ovidio Metamorph. 9 v. 645 haud ignotus est, iam Cragon et Limyren Xanthique reliquerat undas.

Ibid. 22. Ἀρυκανδα] nota satis urbs est ex Strabone Stephano et aliis, forte adposita ad Arycandum fluvium Plinii 5 27. male Petrus Diaconus Ὀρικάνδων Nicaeno secundo concilio p. 52.

Ibid. Ποδαλία] Stephanus Ποδάλεια πόλις Λυδίας, quod iure viri docti ex Ptolemaeo et Notitiis mutarunt: Ly-

ciac enim fuit. vide epist. provincialium synodicam tom. 9 concil. Labbei p. 339.

395, 22. *Χάμα*] haud aliter Plinius et Ptolemaeus. Eudoxius πόλεως *Χάματος επαρχίας Λυκίας* in Ephesino p. 536 memoratur. quae hanc excipit, mihi inaudita est, vercorque ut sine mendo sit. arbitrabar *Κορυδαλλα*, unde *Κορυδαλλίων* numus Thea. Britan. tom. 2 p. 262, et *ἐν Κορυδαλούς* (sive potius *Κορυδαλλούς*) *Ἀλέξανδρος ἀπὸ μοναζόντων ἐπίσκοπος* Basilio M. epist. 218, legi posse: sed id oppidum longius a vulgato distat, et fortasse in *Κομιστάραος*, quo Lyciae urbium index finitur, delitescit.

Ibid. *Μύρα*] bene ma. metropolin fuisse praeter Maliam concilium Chalced. et Synodica provincialium ad Leonem epistola dubitare vetant. Basilius Seleuciensis Vit. S. Theclae 1. p. 272: *ἀπαγγέλλεται εἶναι κατὰ τὰ Μύρα ὁ Παῦλος τῆς Λυκίας δὲ ἐστὶν αὕτη βελτίστη καὶ φαιδρωτή πόλις*. vetera Theclae Acta a Grabio Specileg. 1 p. 114 publicata *Μύραν τῆς Λυκίας* appellant, male, ac propterea corrigenda: paullo enim ante *ἐν Μύροις*.

Ibid. 23. *Ἀρνεά*] *Ἀρνεαί*, unde in pluribus Notitiis *ἰ Ἀρνεών*. Stephanus *Ἀρνεαί πόλις Λυκίας μικρά*. Cynaeae sunt apud Plinium 5 27.

Ibid. *Ἀπερραί*] ita manu exarati libri. Ptolemaeus *Ἀπερραί*, Notitiis lac. Goari *ὁ Ἀπερραίων* episcopus, perperam.

Ibid. *Φελλός*] hanc et illi oppositam Antiphellum Strabo 14 p. 666 atque alii describunt. *ἐν Φέλω Λολλιανὸν ἐπίσκοπον* Basilius M. epist. 218 commendat; ubi ex Vaticano ms *ἐν Φελλῷ* admitti oportuerat.

Ibid. 24. *Κόνδυβα*] Plinius et Stephanus hoc probant, *Κόνδυβα* Ptolemaeus, haud bene. Constantinus πόλεως *Κανδήρων* Nicaeni secundi p. 52 et *Κανδίκων* p. 355 hinc fuit; inserique adeo urbs haec Geographiae S. debuerat.

Ibid. *Εὔδοκίας*] Notitiae haud praeterierunt, estque, quod et Holsteinius monuit Photinus Eudoxatorum provinciae Lyciorum in concilio Constantinopolitano sub Menna.

Ibid. *Πάταρα*] hanc nobilem fecit *delubrum Apollinis*, quondam opibus et oraculi fide Delphico simile. *ultra est Xanthus flumen et Xanthus oppidum*, inquit Mela 1 15 adde Strabonem 14 p. 665.

Ibid. *Κόμβη*] Ptolemaeo *Κόμβα*, et forte verius: nam *ὁ Κόμβων* non tantum est in Notitiis lac. Goari, sed et Constantinus πόλεως *Κόμβων* Nicaeno secundo p. 356 subscripsit: unde mirere et hanc in Geographia S. esse neglectam.

305, 24. *Μίσιαι*] verum est *Νίσα*, sive *Νύσα*, ut Coisl. ms e Ptolemaeo. ὁ *Νύσων* est in Notitiis. praefuit huic urbi episcopus Georgias, qui πόλεως *Νισσα* Nicaeni secundi concil. p. 52 et *Νασα* p. 355 dicitur.

Ibid. *Πίναρα*] sita urbs fuit ultra Xanthum flumen, non, uti vulgo locant, cis eum fluvium, si verum tradidit Arrianus Exped. Alexand. 1 25. episcopus τῶν *Πινάρων* Theodorus cum Nicaeno secundo p. 52 inter Lycios nomen profiteatur, digna utique urbs fuerat cui in Geographia S. locus assignaretur.

Ibid. 25. *Σίδυμα*] ita ms, et verissime, ut ex Ptolemaeo et Plinio constat. addo Zemarchum πόλεως *Σιδύμων* τῆς *Λυκίας* concilio Constantinop. tertio p. 505 et Nicodemum πόλεως *Σιδύμων* Nicaeno secundo p. 52 subscripsisse. Theophanes de Marciano Chronogr. p. 89: καὶ γενόμενος ἐν *Λυκία*, ἀρρωστία περιπεσὼν καὶ καταλειφθεὶς ἐν πόλει *Σύδημα*, ubi sine dubio *Σίδυμα* oportet, quo et ms Barberini *Σίδημα* ducit. Holsteinius in dubio utram *Σίδυμα* an *Σίδυμα* probaret fuit. vide ad Stephanum in *Σίδυμον* et *Σίδυμα*.

Ibid. *Τλω*] hoc e mas verum fuerit, modo *Τλω* legeris, quam urbem inter sex maximas Lyciae Strabo 14 p. 665 refert. Andreas πόλεως *Τλωαίων* Chalcedon. p. 97 et *Τρόλων* p. 889, ac Constantinus *Τλών*, qui *Τλωίων* dici debuerat, Nicaeno secundo p. 52 adfuerunt.

Ibid. *Τελμισός*] praestat sibilantem geminari, etsi Hesychius *Τελμισοίς* ἔθνος περὶ *Λυκίαν*, et Clemens Alexandrinus Stromat. 1 p. 361 edit. Oxon. ὡσπερ *Τελμισοίς* τὴν δι' ὀνείρων *μαντικὴν*, et Basilius M. epist. 218 ἐν *Τελμισῷ* *Γλαίριος* ἐπίσκοπος: alterum enim plerique veterum probare solent, interque eos Clemens ipse Protrept. p. 40. posita urbs erat in colle praerupto circa mare apud Arrianum Exp. Alexand. 1 28., sinuique nomen fecit. Lucanus 8 248: *magnosque sinus Telmissidos undae compensat medio pelagi*. sic malim: nam et Themissidos in manu exarato libro Fr. Oudendorpius invenit. vide Cellar. G. A. 3 3 p. 107 et Holstein. in Stephanum.

Ibid. *Καῦνος*] Cariae hanc urbem serior aetas Lyciae contribuit. arces eius Heracleum et Persicum Diodorus Siculus 20 p. 766 non praeteriit. ager circa urbem satis uber et fertilis erat, sed aër per aestatem et autumnum pestilentissimus, auctore Strabone 14 p. 651, unde valetudine habitantium, quod Mela ait, oppidum erat infame: passim cives febricitabant, pallidoque vultu morbum probebant, quam in rem praeter Strabonem egregia habet Dio Chrysostomus orat. 32 p. 390. Hesychius

in *Καῦνος* dicit *Ῥόδον* esse πόλιν, quoniam Rhodiis subiecta fuit. descivere quidem ab his Caunni apud Livium 45 25, sed et in ordinem sunt redacti et a Romanis deinceps iisdem addicti, indice Strabone; quo iugo necdum exsoluti erant, cum Rhodiacam Dio Chrysostomus recitaret. *τίς γάρ παρὰ Καυνίους, inquit p. 349, γέγονε γενναῖος ἀνὴρ; ἢ τίς πωποτε ἐκείνους ἀγαθὸν τι πεποιήκεν; οὐ γὰρ δουλεύουσιν οὐχ ὑμῖν μόνοις ἀλλὰ καὶ Ῥωμαίοις, δι' ὑπερβολὴν ἀνοίας καὶ μοχθηρίας διπλὴν αὐτοῖς τὴν δουλείαν κατασκευάσαντες.* quare cum ea fuerint misera conditione et inconsiderata temeritate, ne mirerur ab eodem oratore p. 326 τὸς κακοβούλους τοῦτους *Καυνίους pessime sibi consulentes Caunios* appellari.

395, 25. *Ἀραῖα*] habent urbem Stephanus et Ptolemaeus. Theodorus episcopus πόλεως *Ἀραῖων ἐπαρχίας Λυκίας*, sive *Ἀράζων*, ut perperam p. 673 concilio Constantinop. tertio, peius Stephanus πόλεως *Ἀράζου Nicaeno secundo p. 356.* subscripsisse dicitur. Bubon ex Plinio nota est.

Ibid. 26. *Ἰνδιάνδα*] *Οἰνιάνδα* ex Plinio et Stephano: nam Ptolemaei *Οἰνιάνδα* recta non sunt. prave concil. Constantinop. tertio p. 673 Georgius praesul *Ἰνιανδοῦ ἐπαρχίας Λυκίας*, et p. 538 *Οἰνιάνδων*, ac Nicaeno secundo p. 326 Georgius *Οἰνιάνδων* scribitur.

Ibid. *Βαλούρα*] *Βάλβουρα*, ut in Plinio et Ptolemaeo, cuius oppidi episcopus Chalcedon. concilio p. 524 Philippus *Βαρβουρέων*, et p. 666 πόλεως *Βαλβουραίων*, optime *Βαλβουρέων* p. 97 vocatur.

Ibid. *Κομισιάρως*] mihi, nisi Corydalla sit, nihil de ea innotuit.

Ibid. 27. *ὑπὸ ἡγεμόνα*] *sub Vespasiano principe insularum provincia facta est*, Sextus Rufus ait Breviar. c. 10, *praesidisque imperio subiecta*; unde Diocletianus imperator ad Diogenem insularum Praesidem scribit l. 5 c. ubi constat, eiusdemque meminerunt imperatores Honorius et Theodosius in l. 32 c. Th. de Navicul., ubi plura Gothofredus agere praeses plerumque Rhodi solebat, quorsum cum hieme periculosus et saepe incertus esset cursus, frustra Rhodiis quarentibus, imperatores Valens Gratianus et Theodosius aliud edixerunt l. 6 c. de Offic. rector. provinc. *civitas Rhodiarum, aiunt, iniuriam suam non tam decenter quam sero conquesta est. unde inviolabili observatione sancimus ut, quoniam tempore hiemis navigatio saepe periculosa est et semper incerta, in illis quinque urbibus, quae potiores esse ceteris asseruntur, vicissim hiemandam sibi iudices recognoscant.* neque enim dubitandum videtur quin sub iudicum nomine

praesidis complectantur; tantoque minus quod et alias iudices in Ictorum fragmentis praesides adsignificent, ut exemplis Corn. van Binkershoek Observat. 1 2 docuit pluribus. cave vero quinque urbes, in quibus vicissim hiemem transigere iuventur, de insulae Rhodi urbibus cum Guid. Pancirolo in Notit. imp. Orient. c. 102 interpreteris: tot illa non vidit, tribus olim superba, unde *τριπολις νᾶσος* Pindaro Olymp. od. 7, sed quae in unam Rhodum, eiusdem cum insula nominis, deinceps coaluerunt, Strabone teste 14 p. 655. quinque urbes, nisi fallor, insulae sunt totidem, in hac provincia ceteris potiores: hoc ipsa imperatorum constitutio, ut admittas, requirit. nec obest sermonis usus: nam et Virgilius Delum Apollinis urbem vocat; neque Graecis quicquam familiarius quam insulam *πόλιν* appellare. vide Anton. Itin. p. 523.

395, 27. [*Ρόδος*] insularum provinciae metropolis Ephesino concilio p. 453 dicitur; Iornandi de Regn. Succes. *Rhodus opinatissima insula et totius Adriae insularum metropolis*, qui rectius *Aegei maris aut Asiae* scripsisset. libertate a Vespasiano privata est apud Sueton. c. 8; unde citra dubium est Dionis Chrysostomi Rhodiacam ante fuisse recitatam quam Rhodiis libertas auferretur, in provinciae formam redactis: salvam illis libertatem p. 344 D, beatamque satis insulae conditionem, cui in Caria et Lycia civitates tributariae essent plures p. 341 C; adfuisse illis praeterea *τὸ ἐαυτῶν προστάται καὶ τὴν πόλιν διοικεῖν καὶ τὸ βουλευσασθαι καὶ τὸ δικάσαι* p. 359 B significat; quae omnia inter provincias transcriptae haud sane conveniunt.

Ibid. 28. *Κῶς*] de hac et sequentibus Anton. Itin. p. 522. addam iustam Sopingio caussam defuisse cur haec Hesychi de Samo *Φυλλίς ἢ Σάμος τὸ πάλαι, mutaret et Φυλλάς* mallet. vulgato patrocinium nunquam Nicander negaverit Ale-xipharm. 149, ubi scholiastes *Φυλλίς ἢ Σάμος*.

Ibid. *Μεθύμνα*] sic et Scylax, quem Ch. Cellarius G. A. 3 2 p. 15 ut sine vitio sit veretur, quoniam Strahoni et Thucydidi *Μηθύμνα* placeat. ego haud damnaverim: nam et *Μεθύμνα* in Nicaeno secundo p. 349 legitur, et *Μεθύμναίων* numum Thes. Friderician. c. 5 29 ostentat. videtur et assentiri Galenus Method. Therap. 12 p. 166: *τριῶν γὰρ οὐσῶν ἐν Λέσβῳ πόλεων ἦτις μὲν εὐώδης καὶ γλυκύς (οἶνος) ἐν Μιτυλήνῃ γεννᾶται, μᾶλλον δ' εὐώδης καὶ γλυκύς ἐν Ἐρέσσῳ, κάπειτα ἐν Μεθύμνῃ.* qui tamen cum de Antidot. 1 p. 427 *ἐν Μηθύμνῃ* praeferat, incertum relinquit utrum probaverit. itaque succedat *Μεθύμναίος* apud Athenaeum l. 8 c. ult. et Maximum philosophum *περὶ Καταρχῶν* 459:

ἢ γόροις ἐν κλῆμα Μεθυμναίου λελίχσαι κατθέμεναι. iam si μέθρ originem dederit Μεθυμναίω, ut Athenaeus voluit, aut Μεθυμνα potius, utique ea se tueri poterit.

395. 28. Πέτελος] hoc nomine cum insulam nemo noverit, Carolus a S. Paulo Ἀήλος substituit, quam supra sub Achaiae proconsulis ditione vidimus. mihi Τῆλος, de qua Strabo 10 p. 488, ex parte vocabuli haud male exstrui posse videtur, etsi gravius latere ulcus arbitrato. auctor catalogo praescrisit urbes se 20 recensurum, et 19 tantum memorantur: defuit praeterea Carpathus celebri satis fama in hac provincia; itaque opem e mss fidelioribus optamus.

Ibid. 29. Προσελήνη] insula Πορδοσελήνη est, quam vocabuli foctorem vitantes Προρροσελήνην alii, alii Προσελήνην vocarunt: prius est apud Stephanum et plures alios, posterius in Chalcedon. synodo cui p. 530 et tom. 9 p. 173 Florentius Τενέδου, Λέσβου, Προσελήνης καὶ τῶν Αἰγιαλῶν subscribit, testificaturque se illis insulis episcopum fuisse; quas et coniunctas atque uni praesuli subditas ex Ephesino p. 671 colligas: videbis enim Lesboselenensem Ioannem, haud dubie Lesbo et Pordoselenae impositum. quae vero τῶν Αἰγιαλῶν nomine in Chalcedonensi signantur? novimus Αἰγιαλήν, sive Αἰγιαλον, ut Suidas maluit, insulae Amorgi urbem, sed longius in Carpathium mare proiectam quam ut Lesbi episcopo subditam arbitremur. ergone a vero multum aberrabimus, si καὶ Αἰολίδων scribamus? constat enim Lesbum earum insularum principem et metropolin fuisse ex Eustathio in Dionysii Perieges. 536.

Ibid. Σύφρος] Σίφρος, ut ms Leid.; quam cum Stephano male Μερόπην vetusto nomine dici et Μερόπην substituendam suspicatur Abr. Berkelius, haud sane attendit ad Plinii cum Stephano consensum 4 22.

Ibid. 30. Ἀμοργός] non aliter Ptolemaeus, Ἀμοργός alii. quod autem e mss profertur Ἀμολγός, id ex posteriore natum est, prorsus ut rempublicam depeculantes Attici poetae ἀμολγούς et ἀμοργούς appellabant. vide Kusterum ad Suidae Ἀμολγούς, et de insula Bochartum de Colon. Phoenic. 1 14.

Ibid. Ἀστυδάλεια] notissima insula est, cui cognominem in Samo urbem Polyaeus Stratag. 1 23 habet, sitam, ut Etymologus docet, παρὰ τὸν ποταμὸν Σήσιον, qui forte Χήσιος esse debet. Χήσιον eius insulae promontorium Alexipharm. 151 Nicandri scholiastes novit, unde Χησιάδες nymphae isti poetae, et Diana Χησιῆς Callimacho hymn. in Dian. 228.

396, 1. ὑπὸ κορσουλάριον] in Notitia imp. Orient. c. 1 praesidem Caria habet, atque apud Sozomenum H. E. 5 21: scribit enim τῷ ἡγεμόνι τῆς Καρίας Iulianus.

Ibid. Μήλιτος] Μιλητος est, urbs nobilissima, de qua Strabo 14 p. 635.

Ibid. 2. Ἡρακλείας Ὑγμοῦ] iungunt haec mss: verum est Ἡράκλεια Λάτμον, ita, quod Latmo monti assideret, dicta. quin et Λάτμος urbi nomen fuit, uti Strabo 14 p. 635 et Apollonii scholiastes 4 57. monuerunt, quo insignis etiam est in Polyaei Stratag. 7 23 et Chalced. concil. p. 561, ubi Dionysius Λάγμον Καρίας, pro Λάτμον, qui p. 667 Ἡρακλείας Ἀτάλμον graviore peccato dicitur. in Nicaeno secundo Ἡράκλεια τοῦ Λατόμον p. 356. melius Constantinop. tertio p. 673 Ἡράκλεια Λάτμον ἐπαρχίας Καρίας.

Ibid. Ἀμυνδός] Μύνδος, de qua Strabo 14 p. 656 et Pausanias 2 30. perperam Nicaeno secundo p. 356 πόλις Μύβδος. Halicarnassus et Cnidus nobilitatae sunt et stilo minus egent; etsi hoc addi poterit, posteriorem deinceps Stadium esse appellatam eoque nomine insigniri in Nicaeno secundo p. 52.

Ibid. 3. Κέραμος] neque maritimam hanc urbem, unde sinui nomen venerit, Strabo 14 p. 656 praeteriit. meminit etiam Galenus περὶ τροφ. δυναμ. p. 517. Hesychius: Κέραμος πῖθος καὶ πᾶν ὄστρακον, καὶ δεσμοτήριον, καὶ ὄχρωμα, καὶ πόλις Καρίας· ἢ δὴ δὲ ἐπὶ ὄχρωματος. sic forte ultima ea legenda sunt. putem grammaticum illa ex criticorum scholiis in Homerum esse mutuatum: soliti enim fuere Iliad. ε 387 χαλκῆν δ' ἐν κεράμον δέδετο diversis explicare modis atque aut de carcere aut de Cariae urbe Ceramo, loco munito posita, accipere. Eustathius in eum poetae versus p. 425: ἄλλοι δὲ φασὶ δεσμοτηρίῳ στερεῶν, λέγοντες Κυπρίους κέραμον καλεῖν τὸ δεσμοτήριον. οἱ δὲ πόλιν Καρίας φασὶ τὸν κέραμον, χάλκεον οἶον δοκοῦσαν καὶ τροπικῶς λεχθεῖσαν διὰ τὸ στερεὸν τοῦ τειχίσματος.

Ibid. Μύλασσα] sic et Polybius Leg. 93 et Ptolemaei ms Coislin. et Μυλασέων numi. Μύλασσα Athenaeus 8 18, Dio 48 p. 425, atque alii, quos testes appellavit Ch. Cellarius G. A. 3 3 p. 104. est et in Thes. Fridericiano c. XII 17 numus Μυλλασσέων nomen praefrens, qui si huc pertineret, ut viro docto visum est, multa conturbaret. sed cave illi fidas, aut vera opineris quae de novem Cariae dynastis ad eum disputata sunt. numi inscriptio alia omnia docebit, si componatur cum illis quos Io. Massonus memorat Vitae Aristid. 2 7: inde enim ΜΥΛΑΣΣΕΩΝ legi oportere ap-

parebit, et in corruptis Theophrasti. Frider. iteris *ΟΑΒΗΝΩΝ* nomen dillescere; praeterea *ΚΑΙ ΚΕΝΝΑΤ. ΔΙΝΑΣΤΩΤ* sanum esse, neque inde *ΚΑΙ ΕΝΝΑΤΟΝ ΔΙΝΑΣΤΗΝ* effici posse, cetera expediri nondum possunt, cum laceri et detriti fere hoc genus sint numi. erant Mylasa templorum multitudine referta magis quam hominum; quae causa fuit quare Stratonicus, cum urbem ingressus esset eaque animadverteret, mutata solenni formula, *ἀκούετε ναοὶ* clamaret. vide Casaub. in Athen. 8 8.

396, 3. *Στρατονικήα*] Dio 48 p. 425 Labienum, Particum imperatorem, Ciliciam occupasse atque Asiae urbes in continente sitas praeter Stratoniceam; qui si Cariam pro Asia scriptam reliquisset, cuius sane urbes Mylasa et Alabanda et Stratoniceam in primis nominat, rem nobis, quae veri fidem haud excederet, prodidisset. corruptissimum urbis nomen est concil. Constantinop. tertio p. 673, ubi Theopemptus *πόλεως Τροτολυκείας ἐπαρχίας Καρίας* subscribit.

Ibid. *Ἀμυζῶν*] sic, uti apud Strabonem et Ptolemaeum, ms Leidensis. hinc Ioannes *Ἀμυζόνος* in Chalcedon. p. 400, et Philetus *Ἀμαζόνος*, levi peccato, in Ephesin. p. 437. Alinda ex Ptolemaeo et Stephano, a viris doctissimis correcto, atque aliunde notissima sunt.

Ibid. *Ἀλαβανδα*] ita vulgo. ms Leid. *Ἀλάβανδα*, quomodo praeter alios Dio 48 p. 425. tumultus fere incincta est apud Strabonem 14 p. 680, ut pleraeque in hac provincia urbes, collibus impositae. Aristophanes Avib. 293: *ὡσπερ οἱ Κάρως μὲν οὖν ἐπὶ λόφων οἰκοῦσιν, ὃ γὰρ ἀσφαλείας οὐνεκα.*

Ibid. 4. *Ὀρθοσιὰς*] *Ὀρθωσία*, quomodo Polybius Leg. 93 et ms Ptolemaei Coislin., Strabo atque alii. Diogenes *Ὀρθοσιαιῶν* est in Chalcedon. p. 98.

Ibid. *Ἀρπασα*] sita fuerunt ad amnem Harpassum apud Plinium 5 29. Phantias *πόλεως Ἀρπάσων τῆς Καρίας* adfuit Ephesino concilio p. 526.

Ibid. *Νεάπολις*] meminit eius Ptolemaeus. fuit hinc Dorotheus *Νεαπόλεως*, qui Nicaeno secundo p. 159 subscripsit. Bassonas enim *τῆς Νέας πόλεως* Chalcedon. concil. p. 99, quem huic urbi imposuit Carolus a S. Paulo, Pisidiae eisdem nominis urbis praesul fuit, ut ante diximus.

Ibid. *Υλαρίημα*] Stephano *Υλλάριμα πολίχμιον Καρίας ὑπερθε Στρατονικήας*, quemadmodum ea verba Is. Vossius ad Melam 1 16 correxit. *Υλαρίμα* conciliorum Acta praebant, ut Georgius *πόλεως Υλαρίμων ἐπαρχίας Καρίας* Constant. tertio p. 673 et Anthimus episcopus *πόλεως Υλαρίμων*

Nicaem. secundo p. 52. qui praesules etiam haud dubie indignarentur, si nullum sibi in Geographia Sacra locum viderent relictum.

396, 4. Ἀντιόχεια] Sozomenus H. E. 7 2 Ἀντιόχειαν τῆς Καρίας vocat, Phlegon Rer. mirab. 6 Ἀντιόχειαν τὴν πρὸς Μαιάνδρου ποταμῷ: huic enim urbs assidebat, mirandi operis ponte iuncto; quem horum Ἀντιοχέων nummus ob oculos ponit in Thes. Britan. tom. 2 p. 269.

Ibid. 5. Ἀφροδισιάς] metropolin fuisse Cariae imperator Leo significat in epistola tom. 9 concil. Labbei p. 267, et Chalcedon. concil. p. 656. ἡ πόλις τῆς Ἀφροδίτης Damascio dicitur apud Suidam in Ἀσκληπιόδοτος: nam nostram esse dubitare vetat Photius cod. 242 p. 1050, e quo praeterea discimus haud multum afluisset a Maeandro fluvio. adde Stephan. Νινὴ et Μεγάλη πόλις.

Ibid. Ἡρακλείας Ἀλαβοκόνος] sic ms Farnes., nec sine vitio tamen; quod qui tolli debeat, discordantium opiniones satis dubium fecerunt. Holsteinio, quoniam Stephano Heracliarum undevicesima est Καρίας ἡ λεγομένη Ἀλμύκιος μεσόγειος, et ab eodem Σαλμακίς urbs Cariae recensetur, Ἡρακλεία Σαλμακίς vero nomine fuisse videtur, praesertim cum ab Arriano neglecta non sit. cui accedere, etiamsi Menander episcopus opinioni favere videtur, cum Σαλμάκης Ἡρακλείας Chalcedon. concil. p. 667 dicitur, non possum. agnosco urbem Salmacida esse in Stephano, sed Heracleam fuisse nemo dixi. de Arriano alia res est, qui Σαλμακίδα quidem memorat Exped. Alexand. 1 p. 26, at Halicarnassi arcem; unde Heracleam hanc esse haud posse apertissimum est. praeterea haec Heraclea, Stephano teste, fuit mediterranea; cuiusmodi, si propter Salmacin fontem Halicarnassi posita fuit, ut vir egregius arbitratur, minus recte appellabitur, quod Halicarnassus mari paene esset incincta. ergone cum Berkelio in Stephano amplexabimur ἡ λεγομένη Ἀλκμῦνι Λάτμος? equidem Heracleam Latmum Cariae urbibus libens asseruerim, nec probavero tamen viri confidentiam, qua coniectura, eaque incertissima, Stephani orationi inculcatur; ne nunc addam plurimum ea correctione a vestigiis mss recedi. quid itaque, dices? putem ἡ λεγομένη Ἀλβάνιος a scriptore venisse, eandemque esse prorsus quae Ptolemaeo in Caria Ἡράκλεια πρὸς Ἀλβάνω pro Ἀλβάνω appellatur. auctores habeo Suidam in Λογευσιανός, ubi ὁ ἐκ τῆς Ἀλβάνης Ἡρακλείας τῆς ἐν Καρία Ἰατρός, et veteres Notitias, quae Ἡρακλείας Σαλβάνης et Σαλβάνης saepe meminerunt; Acta quoque concilii Chalcedonensis, quibus Menander Ἡρακλείας Σαλ-

βάκης Καρίας p. 361 subscribit. non diffitobor eum *Σαλμύκης* p. 667 nuncupari; quod cum ex priori facillime nasci posse constet, nihil nocebit; tantoque minus, quia *Salbaccæ* vetus interpretis ibidem legit. itaque eadem urbs *Heraclea Ἀλβύκιος Ἀλβύκη* et *Σαλβάκη* dicta videtur ab Albaco Ptolemæi sive monte seu flumine: neque enim temere finiverim. nec quemquam morabitur sibilans litera urbis cognomini modo connexa modo detruncata, si meminerit quæ ad Anton. lita. p. 206 et 479 disputata fuerunt.

396, 5. *Τάβαι*] sic codex Lugdunensis et Stephanus Basilius *Ταβῶν* est in Nicaeno secundo p. 52, numos *Ταβηκῶν* dabit Thes. Britan. tom. 2 p. 150.

Ibid. *Ἀπολλωνιάς*] credo non aliam esse ac Apolloniam ad Lambanum, *Ἀπολλωνιάς πρὸς Λαμβάνω*, pro quo *Ἀλβύκη* malim: certe *Ἀλβάνω* est in ms Coisliniano, in quo si et *Ἀπολλωνιάς* inesset, quod mihi verissimum videtur, bene omnia haberent. Tynchanus *πόλεως Ἀπολλωνιάδος* Cariae provinciae est in Chalcedonensi conc. p. 667. *Sebastopolis* in Caria, nisi fallor, Theophanes Chronogr. p. 305 ad mare habet,

Ibid. 6. *Ἰασος*] sic et Arcestratus, quod Holsteinum non fugit, apud Athenæum Deipnosoph. 3 23: *ἦν δὲ ποτ' εἰς Ἰασον Καρῶν πόλιν εἰσαφίκηαι*. ceteri *Ἰασσον* malunt, quam in insula eiusdem nominis positam ostendit Strabo 14 p. 658. Diodorus 13 p. 223 *Θάσον τῆς Καρίας* habet, quam Palmerius *Ἰασσον* facit, probabili coniectura: Xenophon tamen eandem rem describens H. G. 2 p. 355 *Cedreas* ad *Cerameum sium* a *Lysandro* occupatas adfirmat.

Ibid. *Ἐρεζος*] Notitiae ecclesiasticae *Ἐριζα* probant, unde Papias *Ἐριζῶν* in Chalcedon. p. 399. vide Ch. Cellar. G. A. 3 4 p. 164. *Marcianupolis* quo olim nomine fuerit, cum nondum mihi pro comperto sit, de situ quidpiam finire nolim. idem de *Anastasiopoli*, cuius aliqua, ut e *Carolo a S. Paulo* videbis, in conciliorum Actis memoria est, dictum esto.

Ibid. 7. *χώρα πατριμόνια*] credo regionem indicari quæ principis patrimonio erat contributa. commodissime autem *Anastasiopoli* iungitur, siquidem rei auctor perhibetur Imp. *Anastasius* in Gloss. Nomic. *Πατριμονιάλια, ὅσα ἕκαστος βασιλεὺς ἐαντιῶ κτᾶται ἀπὸ τοῦ βασιλέως Ἀναστασίου. ἐν τὸς γὰρ ἐστιν ὁ ἐξευρῶν καὶ τὴν προσηγορίαν ταύτην καὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ κόμητος τοῦ πατριμονίου.* quæ tamen an in omnibus bonæ fidei sint, sine crimine dubitari potest: nam cum coloni patrimoniales diu ante *Anastassium* imperatorem,

ut l. 1 et 2 c. de Fugitiv. et Colon. docetur, fuerint noti et a patrimonio nomen habeant, omnino res ipsa Anastasio videtur prior. atque in his ne ambigamus, possessiones faciunt patrimoniales per Asianam et Ponticam dioecesium et fundi patrimoniales per Mesopotamiam et Osdroënam provincias, quorum imperatores Arcadius Valentinianus et Theodosius in l. 6 et 8 c. de Fund. Patrimon. meminerunt, et Sacrum patrimonium l. 13 de Vectigal.; quod ultimum, tametsi Th. Reinesius App. Inscript. XX ita censuerit, comitem sacri patrimonii requirere merito addubites, eundemque adeo Anastasio priorem et sub Theodosii et Valentiniani principatu iam fuisse notum: nulla enim eius in Notitia imp. Orient., quod sciam, mentio; in qua sub dispositione comitis rerum privatarum praepositi gregum et stabulorum procuratoresque saltuum fundos patrimoniales c. 88 curant. fateor Fl. Peregrium Saturnium moderantem inlustrem sacri patrimonii comitivam esse in veteri lapide. largior etiam eundem videri, qui comes et procurator in l. 16 c. Th. de Bon. Proscript. Arcadio et Honorio principibus dicitur. at is, ut legis argumentum indicat, patrimonii Gildoniaci comes, quem Notitia imp. Occid. c. 42 memorat, et procurator fuit. iam quod forma huius comitivae sit apud Cassiodorum ep. 6 9, id; ut comes patrimonii ante Anastasium fuerit, efficere non poterit, cum ab Anastasio Theodoricus eius rei exemplum sumere potuerit. verum hoc obiter. mss *χωρὰ πατριμόνια*, e quibus si *πατριμονιάλια* formaveris, fundos patrimoniales habebis.

396, 7. *Κίβυρα*] magna haec est Cibyra, a qua conventus Cibyriticus apud Plinium 5 29, in Phrygiae Cariaeque finibus posita, nec longe ab Antiochia ad Macandrum teste Strabone 13 p. 630. itaque falsus est scholiastes Horatii Cruquianus in Ep. 1 6 33 scribens, *Cibyra vicus maritimus in Paphlagonia aut Lydia*. fuit quidem altera eodem nomine sed minor in Pamphylia apud eundem Strabonem 14 p. 667, quam si intellexit, errorem excusare quoque non poterit. a minore hac Cibyra Thema Cybyrrhaeotarum appellavit Constantinus l. 1 Them. 14; quod cum patria Anastasii Thaumaturgi in Synaxario Divionensi feratur, *χωρὰς μὲν ἦν Κιβυρραιωτῶν*, merito mireris D. Papebrochium tom. 1 Iun. p. 326 scribentem, *nihilò facilius explicuerim quae S. Athanasio patria: nam Kibyrrhoitarum in elogio nominata regio nulla nobis innotuit.*

Ibid. *Κοκτημαλικαί*] alio tibi coniectore, qui verum divinet, opus est, ego nihil hinc expedio.

Ibid. 8. *ἐπαρχία Ποντικῆς α'*] sic mss; quae lacera

casē apparet. credo ab Hieroclis manu venisse *ἐπαρχία Ποντικῆς διοικήσεως α' Βιθυνία, provincia Ponticae dioeceseos prima Bithynia*. orditur hinc dioeceseos Ponticae provincias, quas 11 fuisse, Bithyniam, Honoriadem, Paphlagoniam, Galatiam primam et secundam, Cappadocias duas, totidem Armenias, Helenopontum et Pontum Polemoniacum, ex Notit. imp. Or. c. 1, quae et Bithyniam consulari mandat, explorate novimus.

396, 9. *Χαλκηδών*] etsi primo loco inter Bythyniae urbes ponatur et concilio Constantinop. tertio p. 495 Ioannes τῆς *Καλχηδονέων μητροπόλεως τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας* subscribat, non tamen nisi nomine tenus metropolis fuit, salvis Nicomediae suo iure et privilegiis, ut Marcianus, cui honorarium hunc titulum debet, in Chalcedon. conc. p. 681 sciscit. τὴν *Καλχηδονέων πόλιν*, inquit, ἐν ἧ τῆς ἀγίας πίστεως σύνοδος διεκροτήθη, μετροπόλεως ἔχειν πρεσβαῦ ἐθεοπίσασμεν, ὀνόματι μόνῳ ταύτην τιμήσαντες, σωζόμενου δηλαδὴ τῆ *Νικομηδέων μητροπόλει τοῦ ἰδίου ἀξιώματος*. qui cum *Καλχηδόνα urbem* appellat, haud multum abest a *Καλχαδονίων* numis: olim enim *Καλχηδών* nuncupabatur. quod nomen atque *Καρχηδών* cum sono parum distent, praebita saepe librariis est occasio urbis utriusque confundendae, veluti cum Apsyrto Hippiatr. c. 33 p. 113 tribuunt καὶ τοῦτο δὲ ἐκ τῶν *Γεωργικῶν Μάγων* τοῦ *Χαλκηδονίου* εὑρηται, et Hierocli p. 116 *Μάγων* δὲ ὁ *Χαλκηδόνιος* ἐν τοῖς *Γεωργικοῖς*. neque enim Mago Chalcedonensis, sed Carthaginensis fuit, cuius de R. R. libros, Punico sermone scriptos, Cassius Dionysius Uticensis Graeca lingua vertit apud Varronem R. R. 1 1. atque haud scio an huius Magonis nomen in his Stephani lateat: ὁ πολίτης *Καρχηδόνιος*. *Καρχηδόνιος* ἦν σοφὸς μέγας καὶ *Κλειτόμαχος* ὁ *Διογνήτου*. sic lacerum ante locum Menagius in Diogenem Laert. 4 67 et Berkelius constituerunt, recte, si quid ego video; qui si praeterea σοφὸς *Μάγων* (nam alterum tolerabile non est) correxissent, locum me iudice persanassent. ne vero a proposito longius aberremus, idem mihi vitium in his Strabonis videtur admissum 13 p. 609, ubi de Metrodoro Scepsio διὰ δὲ τὴν δόξαν ἐν *Καρχηδόνι* γάμου λαμπροῦ πένης ὧν ἔτυχε καὶ ἐχρημάτιζε *Καρχηδόνιος*. de Carthagine enim vera non videntur, siquidem Metrodori aetate nulla fuit, dudum a Scipione solo aequata. dicere posses Metrodorum aevum extendisse vixisseque donec a Caesare urbs instauraretur, ex Plinio, a Scaligero emendato, 36 6: hic namque est *Mamurra Catulli Veronensis* carminibus proscissus, quem *Metrodorus Scepsius* clarius quam *Catullus* dixit habere, quidquid habuisset *Cemala*

Gallia. at obstat Strabo, qui Metrodororum nondum victo Tigra-
grane Mithridatis iussu peremptum prodidit; nec dissentit
Plutarchus in Lucullo p. 580. itaque cum Is. Vossius in mas
Plinianis ad Catullum p. 71 invenerit, et post cum Hardui-
nus, *quem et res et domus ipstus clarius quam Ca-
tullus*, id et ego probavero, re, ut saepe, rem familiarem
notante.

396, 9. *Νικομήδεια*] de nobilissima metropoli tantum
dicam, anni fuisse appositam, quem Phrygem Themistius Orat.
24 p. 305 vocat: Nicomedienses enim rogat, arbitrentur ne se
ποιαμοῦ τοῦ Φρυγῶς τῆ φιλανθρωπία ad ipsos complecten-
dos esse accensum? nec verum tamen id eius fuisse nomen,
sed Gallum. id ex Passione Cypriani, quam tom. 3 Thesauri
Anecd. p. 1648 ed. Martene complexus est, discimus: *ducti
autem ad fluvium, qui vocatur Gallus, in Nicomediam ci-
vitatem, ut decollarentur.* Gallus autem cur Phrygius di-
catur, cum simili cognominae Phryges fluvium habuerint, non
egret verborum ambitu.

Ibid. *Πρέντος*] *Πρέντος* Socrati H. E. 6 16, ubi em-
porium ex adverso Nicomediae situm perhibetur; atque ibi in
Tabula Peutingeri M. P. 28 a Nicaea conspicitur. vide Va-
lesium in eum Socratis locum. *τὰ κατὰ Πραίητον τῆς Βι-
θυνίας ἀγορία* Palladius Vit. Chrysostomi p. 75. continuator
Theophanis, cuius verba exscripsit A. Pagius in Critic. An.
960 5, urbem nomen id indeptam adfirmat a Praeneto Bithy-
norum quondam tutelari deo.

Ibid. *Ἐλενόπολις*] Preneto vicinam Stephanus in *Πρό-
νεκτος* facit: neque enim alia est eius Drepane, ut ex Socrate
H. E. 1 18 constat. apposita fuit fluvio Draconi a Constan-
tino M, novo nomine decorata in matris honorem, quae ibi
nata ferebatur, apud Procopium Fabr. Instin. 5 2. Helenae
instaurationem tribuunt Acta S. Luciani c. 5: *postea autem,
inquiunt, quae nobis salutarem domini restituit crucem et
magnum inter claros imperatores genuit Constantinum,
veneranda Helena, quando revertebatur Hierosolymis, lo-
cum honorans in eo condidit civitatem, convocatisque ha-
bitatoribus ex iis quae circum circa erant regionibus, et
effectis operibus publicis, validis eam cinxit moenibus et
templum martyri exaedificavit maximum.* similia leges in
Philostorgii H. E. 2 13; qui sane propterea coërcitionem Go-
thofredi non meruerat: neque enim aliud dicere voluit quam
Helena auctore ac suadente Drepanen a Constantino fuisse ex
vico in urbem commutatam. propter urbem erant calidarum
aquarum balinea, ad quae Constantinus sub extrema vitae

properasse dicitur a Socrate H. E. 1 4 et Socrone 3 34. Eusebium paria scribentem vit. Constant. 4 61 interpretes aliud dicere cogit. seriore aevo, ut id addam, Helenopolis miserabili conditione fuisse videtur: refert enim Glycas Annal. 4 p. 327 Manuelem Comnenum appulisse οὐκ ἔν τινι τόπῳ διαφανεί, Ἐλενοπήλει δέ τινι, ἣν οἱ ἀγροικότεροι ἑλενοπόλιν καλοῦσιν, appulisse Helenopolin, quam rusticiores Elecinopolin, quasi dicas oppidum miserabile, vocant: recte enim Leucclavius hanc indicari animadvertit, et vocabuli paronomasia eius opinionem firmat; ut prorsus sine ratione illi Ph. Labbeus sit oblocutus.

396, 9. *Nίκαια*] Bithyniae metropolin esse ait Strabo 12 p. 565, notissimaeque eius et Nicomediae de primatu sunt contentiones; in quibus etsi victa discesserit, Nicomedia ad metropolis dignitatem elata, tamen Imp. Valentinianus et Valens, quoniam ea in urbe Augusti erant creati, eandem sed secundi loci metropolin esse iusserunt. verba legis Actis concilii Chalcedon. tom. 9. p. 101 inserta sunt; unde natam credidero multorum persuasionem, qua Chalcedonensis concilii tempore Nicaeam hac dignatione auctam arbitrati sunt. διὸ δὴ ἐπειδὴ μητρόπολις, inquit Augusti, πόλις ὠνομάσθη καὶ τοῦτο νόμοι παλαιοὶ περιέχουσι, τὰ αὐτὰ ἄπερ Νικομηθοῦσι νομοθετούντων ἡμῶν ὑπῆρξεν, οὐδεμίαν ἀμφιβολίαν ἔχειν δύναται τὸ ἀσάλευτα καὶ ἰσχυρὰ μένειν, καὶ εἰς τὸ ἔπειτα ἀξιοθετούμενα. sic illi, verborum ordine satis aspero, quem cum paulle aliter vetus interpretes expresserit, cum audiamus. *propterea licet metropolitana olim est nominata et hoc leges antiquae continent, tamen legem nobis profertentibus nulla dubitatio esse poterit, eo quod haec immutata et firma permanent et temporibus futuris augenda praeterit ἄπερ Νικομηθοῦσι ὑπῆρξεν*, et bene me arbitro: non enim Nicaea prorsus Nicomediae fuit aequata, sed secundi loci metropolis, salvis omnibus verae metropoli, creata. ἢ ἐν δευτέρῳ τόπῳ οὕσα μητροπόλεως ὀνόματι καλεῖται, iidem Augusti aiunt in Epist. ad Nicomedienses p. 103. adduntur in eadem constitutione, qua Nicaea metropolis fit, quaedam de Bithynarcha eiusque solenni in metropoli processu, προοῦψ, quae vix alibi reperias.

Ibid. 10. *Βασιλεινούπολις*] gravis hac de urbe contentio inter Eunomium Nicomediensem et Anastasium Nicaeam in Chalcedonensi fuit synodo, utroque urbem sibi asserente. praeter alia Anastasius tom. 9 p. 98 ἐγὼ δὲ δεῖκνυμι, inquit, Βασιλεινούπολιν αἰεὶ ὑπὸ Νίκαιαν γενομένην· καὶ γὰρ ἔγραψον ἦν αὐτῆς. ταῦτα καὶ βουλευτήρια οἶδε· καὶ εἴπω, ὑπὸ τίνος ἦν Βασιλεινούπολις, εἰ μὴ· ἔγραψον ἦν Νικαίας, ἐγὼ οὐκ

dam Basilinopolim sub Nicaea semper fuisse: non regio fuit eius: id curia novit, et dicat curia, sub quo fuit Basilinopolis, si non fuit regio Nicaeae. sic vetus interpret. post dein plura in hanc rem addit, et Iulianum aut alium eo antiquiorem Basilinopolim urbis dignitate ornasse (*βασιλεύς τις Ἰουλιανός, ἢ οὐκ οἶδα τίς πρὸ αὐτοῦ, ἐποίησεν αὐτὴν πόλιν*), eumque ex Nicaea sumpsisse τούς πραγματευόμενους, curiales, et Basilinopoli constituisse, valuisseque deinceps consuetudinem ut quoties Basilinopoli curiales deessent, Nicaea arcesserentur. e quibus manifesto apparet olim Basilinopolin fuisse vicum, atque urbis demum privilegia ab Iuliano aut alio quovis impetrasse; quamquam ego Iulianum fuisse putem, qui matri Basilinae eiusque memoriae id dedit. *ἡ Βιθυνῶν Βασίλου πόλις* in Epist. Synesii 66 non alia est, ut Abr. Ortelius iure suspicatus est, forte etiam ex animadversis emendanda: Basilinopolim enim constanter appellant, Liberatus etiam Diaconus Breviar. c. 13.

396, 10. *Κίος*] eandem ac Prusidem esse nemo ignorat; etiam enim Cius novo eo nomine fuerit donata, pristini usus perpetuus mansit, qua de re Ch. Cellarius G. A. 3 8 p. 285.

Ibid. *Ἀνάμεια*] olim Myrlea, ut praeter ceteros Suidas in *Ἀσκληπιάδης* docet. coloniam fuisse ex Plinio Ep. 10 56 et ex Dione Chrysostomo orat. 41 p. 501 numoque Thes. Britan. tom. 2 p. 264, atque haud multum Prusa ad Olympum, quae et eius portu, si quidem nullo alio posset, uti solebat, fuisse disiunctam ex eiusdem Chrysostomi orat. 40 p. 495 novimus. adde p. 492 et quae ibi Casaubonus.

Ibid. *Προύσα*] Plinius l. 5 c. ult. Prusam sub Olympo ab Hannibale conditam professus reprehensionem Salmasii in Solinum p. 616, Cellarii G. A. 3 8 p. 585 commeritus est, haud scio an iniuria; nisi enim fallor, Dio illi patrociniabitur orat. 43 p. 511. *εὐ γὰρ ἴστε*, ait Prusensibus, *ὅτι οὐ μεγίστη τῶν πόλεων οὖσα, οὐδὲ πλεῖστον χρόνον οἰκουμένη, πολλῶν γνωριμωτέρα ἐστὶ.* si enim Prusa Dionis aetate longissimum tempus non fuerit habitata, utique verius eius origo referetur ad Prusiam Hannibalis amicam, quam ad antiquiorem aliam: Dio certe si Cyri aetate exstructam autumasset, non infatias ivisset *πλεῖστον χρόνον* fuisse cultam et civibus frequentatam. abit Strabo 12 p. 563 in alia omnia, et a Prusia, cui bellum cum Croeso fuit, aut, uti Stephanus legit, cum Cyro, excitatam adfirmat; quod tantum indicio est de urbis origine variatum fuisse sententiis. quin si Palmerii opinionem aequaris atque in Strabone et Stephano τοῦ πρὸς Κίον πολέμησαντος legas, Straboni et Plinio optime conveniet:

Prusias enim Claudus, quem Cicero occupasse et Prusiam appellasse Memnon c. 29 prodidit, Hannibalem hospitio excepit. id si nolis, ut ego sane sprevero: neque enim credibile est geographum Prusiam signare et ab aliis discernere ex bello cum ignobili oppido, et quod in alterius ditioe erat, cuiusque nusquam praeterea meminit, gesto, voluisse. huc adde a Strabone Prusiam qui bello Croesum oppugnavit, apertissime distingui ab eo Prusia qui Hannibalem amicitia complexus est; a quo diversus non erit, si viri docti coniectura valeat. at nulli reges Bithynis Croesi fuerunt tempore: tacent enim Herodotus et Xenophon. quorum silentium etsi agnosco, vereor tamen ut recte inde cogatur nullos Bithyniae fuisse tum reges: nam quae Memnon c. 21 de Dydalso et Botira refert, ea mihi ad Xenophontis aetatem ascendere posse videntur; et cum primos gentis eos reges fuisse non constet, quid vetat alios illis priores admittere? atque his firmandis Appianum Mithridat. p. 297 advocarem, nisi ampliorem is, ab eodem Palmerio Exercit. p. 156 in aliam formam mutatus, campum postularet. itaque praestiterit discrepantes Plinii et Strabonis de Prusae initio opiniones et sibi contrarias fuisse profiteri.

396, 10. *Καيسάρεια*] in Vita Nicetae Hegumeni c. 1 *Καيسάρεια τῆς Βιθυνίας*. urbs haud magna erat in Prusae vicinia. Dio Chrysostomus orat. 47 p. 526, postquam de Nicomediensibus et Nicaenis non multum Prusa disiunctis dixisset, *τούς Καيسαρείς*, inquit, *τούτους εὐγενεῖς μὲν ἀνθρώπων καὶ σφόδρα Ἑλλήνας, πολὺ δὲ μικροτέραν οἰκοῦντας πόλιν.*

Ibid. *Ἀπολλωνιάς*] scribe *Ἀπολλωνία*. intelligitur huius nominis urbs ad Rhyndacum, quae in lapide LVIII, quem Praefat. Append. Inscription. Gudian. Fr. Hesselius vulgavit, *ἡ Ἀπολλωνιατῶν πρὸς τὸν Ῥυνδακὸν πόλις* dicitur. adde Plutarchum in Lucullo p. 498 et Tournefort Epist. 22 p. 192. est in concilio Constantinop. tertio p. 502 Anastasius episcopus *Θεοδοκιανῶν πόλεως ἦτοι Ἀπολλωνιάδος τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας*, qui vulgatum etiam in usu fuisse testatur. adde Nicænum secundum p. 353.

Ibid. 11. *Δασκύλιον*] Dascylos Melae 1 18, ceteris cum nostro fere consentientibus. a Dascyle dictam voluit plerique, a loci ingenio Is. Vossius ad Melam, quem vide. Dascylae servata memoria est, ut Holsteinus admonuit, in epigr. Alexandri Actoli, quod multo correctius quam apud Plutarchum legitur, Salmasius in Solinum p. 580 vulgavit. sic enim Aicman: *καὶ Μούσας ἐδάην Ἑλικωνίδας, αἱ με τρεῖς τῶν θῆκων Δασκύλειο μίζονα καὶ Γύγω.* . erit tamen Dascy-

lae mentio hic incommoda, si valeat eruditissimi Bentleyi animadversio in Horatii Od. 2 17: neque enim tyrannum Dascylen, Gygis patrem, fuisse, sed privatum, proptereaque, nisi auctori potius errorem quam librariis impingas, *Κωνσταντῆσ* scripsisse, certe scribere debuisset. at quid si Alexander non fuerit secutus Herodoti de Gyge narrationem, sed Plutarchi in *Ἑλληνικοῖς*? quae utique maiorem veri umbram praese fert. quid si etiam alium Dascylen ac Gygis patrem spectaverit? Dascylen Periaudi, a quo Dascylium fuerit appellatum, memorat Stephanus, atque eiusdem nominis Tantalii filium scholiastes Apollonii 2 725 et 754.

396, 11. *Νεοκαισάρεια*] eius praesul Constantinop. tertio p. 668 *Νεοκαισαρέων τῆς Βιθυνίας* vocatur. Ariste deinceps dicta est, ut Acta Nicaeni secundi p. 353 innunt.

Ibid. *Ἀδριανοῖ*] numi *Ἀδριανῶν* (πρὸς Ὀλυμπον urbem Olympo monti assedisse ostendunt; quam Aristidis patriam magna diligentia examinavit, veterum scriptorum locis in consilium missis, Io. Masson. Vit. Aristidis 3 3 etc. oppidi episcopus Nicephorus saepe in Nicaeno secundo πόλεως Ἀδριανῶς, ut p. 51 et 572, dicitur, rectius David *Ἀδριανῶν* Chalced. tom. 9 p. 176.

Ibid. *Ῥεγεταῖος*] hanc et quae sequitur *Ῥεγδάωρις* (id enim verum nomen opiner) ad Itin. Hieros. p. 573 abunde illustravimus. restat ut quid *Ῥεγδ* velit quaeramus. utraque mansio in l. 119 c. Th. de Decurion., altera *mutatio* Itinerario H. dicitur; unde colligas nominis utriusque initium mansionem vicumve notare. quod clarius patebit, si eam ex *Ῥεγεῶν* detruncatam animadverteris, qua voce vicos et loca, quae urbe sunt minora atque inferiora Notitiae, ut illa Iac. Goari p. 365 signare solent. idem citra dubium faciet Anastasius praesul Nicaenus, in Chalcedon. concilio tom. 9 p. 98 de Tattaio et Doride haec profatus: *ὡσπερ Τατταῖος καὶ Δωρίς Ῥεγεῶνές εἰσιν ὑπὸ τὴν Νίκαιαν, οὕτως ἦν πρὸ τοῦτου καὶ Βασιλινούπολις ὑπὸ τὴν Νίκαιαν.* utramque *Ῥεγεῶνα* sive vicum nuncupat; et cum paullo post de Basilinopoli καὶ ἡ πρότερον οὐσα Ῥεγεῶν, ait, *πάλιν μετὰ ταῦτα ἐγένετο πόλις*, apertissime significat eo se vocabulo locum urbis amplitudine et dignitate multo minorem intelligere. dictae autem regiones Nicaeae videntur, quod eius magistratibus ibi ius dicendi et coercendi esset facultas: *regiones dicimus*, Siculus Flaccus de Agr. condition. p. 1 inquit, *intra quarum fines singularum coloniarum aut municipiorum magistratibus ius dicendi coercendique est libera potestas.*

Ibid. 13. *ἐπαρχία Ὀνοριάδος*] facta haec et a Bithynia

abscissa est provincia a Theodosio secundo, cognominemque patri eius donata. Io. Malala tom. 2 p. 69: ἐποίησε δὲ καὶ ἄλλην ἐπαρχίαν, ἀπομερίσας ἀπὸ τῆς Βιθυνίας, ἣντινα ἐκάλεσεν Ὀνωριάδα, εἰς ὄνομα τοῦ αὐτοῦ θεοῦ Ὀνωρίου, δεῦς δίκαιον μητροπόλεως καὶ ἄρχοντα Ἡρακλεία, πόλει τῆς Πόντου. qui tamen fallitur, cum Heracleam metropolin creatam adfirmat: ea enim dignitate Claudiopolis insignis fuit, uti Leo imperator in epist. tom. 9 Concil. p. 267 et Iustinianus Novella 29, qua Honoriadis abolito nomine provincia haec Paphlagoniae artissime connectitur, docuerunt.

396, 13. Κλαυδιόπολις] Bithyniae passim contribuitur a Ptolemaeo Galeno atque aliis; quod quare factum sit, facile perspicitur. vide Ant. Itin. p. 200. haud multum ab hac urbe Mantinium distabat; quod quoniam magni Sanctorum operis conditores nusquam reperire se potuisse professi sunt, ex Historia martyris Titionis apud Lambocium Biblioth. Caesar. 8 p. 212 firmabimus: ὁ ἅγιος μάρτυρ Τίτιων ἦν ἐκ τοῦ Μαντινίου τοῦ ὑπὸ Κλαυδιόπολιν τὴν μητρόπολιν τελούτοσ. adde Socratem H. E. 2 38.

Ibid. 14. Προυσιάς] recte mss. est Prusias iuxta Hyppium flumen, cuius cives in Doniana Inscriptione Class. V 177 ΠΡΟΥΣΙΕΙΣ ἈΠΟ ΤΗΠΙΟ dicuntur. Memnon c. 49 olim Cierum, a praeterfluente amne, fuisse appellatam indicat: assentiar enim Palmerio et Holsteinio hanc eum Prusiadem, non illam quae et Cius, innuisse. πόλιν Ἡρακλεωῶν pariter ac Tium c. 29 nuncupat, atque, utraque in potestatem redacta, regem Prusiam ἐκ θαλάττης εἰς θύλασσαν τὴν Ἡρακλείαν περιγύψαι, Heracleam undique ad mare circumdedisse; quae de Prusiae ad sinum Cianum vera esse haud possunt, in hanc vero egregie quadrant. sita haec erat ad Heracleae occidentem, ad orientem Tius; unde utraque potitus Prusias prorsus incinctos videbat Heracleenses. quae etsi bene habere videantur, non nega-vero tamen Memnonem utramque Prusiadem confudisse: nam quae de Argonautis c. 43 refert, acsi illi ad Cierum appulerint atque in eius vicinia Hylam amiserint, ea alii circa Cium contigisse adfirmant constanter. vide Apollonium 1 1178, Orpheum 635 et Valerium Flaccum 3 484.

Ibid. Ἡρακλεία] colonia Megarensium ad amnem Sounauten fuit, testibus criticis in Apollon. 2 748; quae cum magnam sibi potentiam multasque opes peperisset, gravissima calamitate a Triario, Mithridatici belli tempore, est oppressa apud Memnonem c. 53.

Ibid. Τίος] posita urbs erat ad flumen Billacum, ut scholia Apollonii, ab Holsteinio in Stephanum correctis, 2

791 ostendunt. adde Eszech. Spanhemium Epist. 4 ad Mellium.

396, 14. Κρατία] de hac Ant. Itin. p. 200. corrupta videtur in his Galeni *περὶ τροφ. δυναμ.* 1 p. 312, cum in gelidissimo Bithyniae tractu collocantur *Νίκαια καὶ Προῦσα καὶ Κράσσου καὶ Κλαυδιούπολις καὶ Ἰουλιούπολις, ἀλλὰ καὶ Δορύλαιον, ἣ ἔστι μὲν ἐσχάτη τῆς Ἀσιανῆς Φρυγίας*: nam Κράσσου, etsi vocem πόλιν ex sequentibus addas, nihili est: ubi enim Crassopolis lecta scriptave? nihilo magis proficies, si cum Abr. Ortelio Κράσου legas et Crasum Phrygiae urbem intelligas, quoniam extra Bithyniae illa fines. sin, ut ego putem, Κράτεια scribatur, plana res erit: ea in Bithynia et Claudiopoli vicina, nec longe ab Iuliiopoli, et recte propterea illis lungetur.

Ibid. Ἀδριανούπολις] meminit eius Imp. Novella 29 et Nicaenum secundum p. 52. unde locum illi in Geographia S. esse oportuerat.

Ibid. 16. ὑπὸ κορίκτορα] correctorem intelligit, cui et Notitia imp. Orient. c. 1 Paphlagoniam mandat. erat in medio loco consularem inter et praesidem, si dignitatem atque amplitudinem spectes, ut ex l. 8 C. Th. de Cohort. cognosces. in Italia correctorum, de quibus Ursatus de Notit. Roman. p. 641 edit. Graevii, antiquissima mentio est: extra eam rarius occurrunt, et binis tantum in provinciis, Paphlagonia et Augustamnica, cui utrique praeter Hieroclem Not. imp. Orient. hunc magistratum imponit. Synesius huius provinciae correctorem Marcianum philosophum τὸν ἀρχαῖοντα Παφλαγόνων generali vocabulo appellat epist. 109. adde Pancirolum in Notit. imp. Orient. c. 156.

Ibid. 17. Γάγγρα] probe mss. concilio Ephesino p. 532 Bosphorius subscribit *Γάγγρων τῆς μητροπόλεως ἐπαρχίας Παμφυλίας*, perperam pro *Παφλαγονίας*, ut Sozomeno H. E. 3 14 *Γάγγραι μητρόπολις Παφλαγόνων*. dixisse veteres τὰ Γάγγρα, τὰς Γάγγρας et τὴν Γάγγραν ex Stephano notissima res est. adde Ch. Cellarium G. A. 3 8 p. 318.

Ibid. Πομπηίουπολις] condita a Pompeio est apud Strabonem 12 p. 562. Iudit ergo in voce imp. Constantinus l. 1 Them. 7, cum *πομπή γάρ εἰσι αἰτ καὶ ὄνειδος καὶ ἐξουθενήμα τοῦ ἀνθρωπείου γένους*, simul indicans urbem suo tempore villissima fuisse conditione.

Ibid. Σώρα] sic Nicaenum secundum p. 52. Chalcidense p. 664 *Σούρα*, Constantinus *Σώραν* l. 1 Them. 7, *Σωρά* Iustinianus Novella 29, ubi cumulos sive tumulos male verti Probabil. c. 13 ostendi, mecum, quod deinceps edoctus

sum, contentiente L. Holsteinio in Ortelii Sora. superest in
 iisdem Novellae verbis aliud quod morari possit; unde et
 hic illis locus dandus. φαμέν δὲ Γερμανικοπόλεως τε καὶ
 τῶν πρὸς Γάγγραν καὶ Πομπηίου πολιτῶν καὶ Δαδύβρων καὶ
 Σωρῶν Ἀμαστρίδος καὶ πρὸς γὰρ Ἴωνοπολιτῶν. sic Holoander
 vulgavit, natiq̄ue hinc sunt tumuli Amastridos. Hombergius
 in notis e ms, puto, adfert φαμέν δὲ Γερμανικοπόλεως τε τῆς
 πρὸς Γάγγραν, Πομπηίου πόλεως, Δαδύβρων καὶ Σωρῶν καὶ
 Ἀμαστρίδος καὶ πρὸς γὰρ Ἴωνοπόλεως, multo, me iudice re-
 ctius. difficile autem est, qui sex imperator Paphlagoniae
 has urbes dixerit, cum plane septem recensere videatur, Ger-
 manicopolin, Gangram, Pompeiopolin, Dadybra, Sora, Ama-
 strin et Ionopolin; neque suspicio de numeris vitiatas incidere
 potest, siquidem diserte in sequentibus 12 urbes praetoris
 Paphlagoniae ditioni, sex Honoriadis et totidem Paphlagoniae,
 subiicit. mihi, ut Novellae sententia constet, Germanicopo-
 lis Gangrae videtur contributa ob viciniam ac propterea pro
 una sumi. metropolis provinciae Gangra praeteriri haud po-
 tuit, quippe ceteris dignitate praestans; illi vicinam Germa-
 nicopolin facit aperte imperator, Γερμανικόπολιν τὴν πρὸς
 Γάγγραν appellans. atque hinc videtur etiam derivandum,
 cur Germanicopolin Hierocles ceteraeque Notitiae spreverint,
 curque eius in conciliorum Actis mentio nulla.

396, 17. Ἀμάστριον] Ἀμαστρίς Luciano passimque aliis
 et concilio Chalcedon. p. 96. Nicaeno secundo Ἀμάστρα,
 Constantino imperatori, itemque Nicetae Paphlagoni orat. in
 S. Hyacinthum XVII Iulii magni Sanctorum operis, qui eam
 Paphlagoniae aut orbis potius ocellum, in cuius portum Eu-
 xini Ponti accolae tanquam communem quandam mercatum
 commeent, appellat: Ἀμάστρα ὁ τῆς Παφλαγονίας, μᾶλλον δὲ
 τῆς οἰκουμένης ὀλίγον δεῖν ὀφθαλμός, εἰς ἣν οἱ τε τὸ βόρειον
 τοῦ Εὐξείνου μέρος περιρροῦντες Σκύθαι καὶ οἱ πρὸς νότον
 κείμενοι ὡσπερ εἰς τι κοινὸν συντρέχοντες ἐμπόριον τὰ παρ'
 ἑαυτῶν τε συνεισφέρουσι, καὶ τὰ παρ' αὐτῆς ἀντιλαμβάνουσι,
 πόλις ἑώας τε πάσης λήξεως καὶ ἐσπερίου μεταξὺ κειμένη:
 ubi plura in eius laudem sequuntur. adde schol. Apollonii
 l. 2 948, ubi perperam Δάματρις.

Ibid. Ἴωνόπολις] sic et Chalcedonensi concil. p. 95 et
 Nicaeno secundo p. 52. rectius Constantino l. 1 Thom. 7
 Ἴωνόπολις. petiit impostor Alexander παρὰ τοῦ αυτοκράτο-
 ρος μετονομασθῆναι τὸ Ἀβώνου τεῖχος καὶ Ἴωνόπολιν κληθῆ-
 ναι, apud Lucianum in Pseudomante: voti damnatum fuisse,
 Ἴωνοπολεϊτῶν numi, ab Harduino Vaillantio Spanhemioque
 producti, confirmant.

Ibid. Δαδύβρα] Δαδίβραν Constantinus l. 1 Thom. 7,

sed perperam, appellat. peius multo Chalcedon. p. 664 Polychronius *Λαδύρων* dicitur: rectius Nicaeno secundo p. 52 Nictas *Λαδύβρων*. vide Probabil. c. 13.

396, 19. *Γαλατίας*] deest *πρώτης*. Socrates H. E. 1 26 et 2 15 *μικράν Γαλατίαν* sive parvam Galatiam appellat et vetus lapis in Roma Subterranean. p. 154, quod et Holsteinus vidit, ubi *Δόκιμος. χωρίου Γολόης μικρᾶς Γαλατίας, Ἀγκυρογαλατία* dicitur in Sardicensis synodi epist. tom. 3 Concil. Gener. p. 51, quod Ancyra huius esset metropolis. subditam autem consulari, quem τοῦ ἔθνους ἄρχοντα Sozomenus 5 11 nuncupat, fuisse, ex Notitia imp. Orient. c. 1 constat.

Ibid. 20. *Ἀγκυρα*] hoc iustum est. *πρώτη καὶ μεγίστη Γαλατῶν πόλις* Libanio Apologet. orat. p. 599, metropolis Galatiae in Theodori Syciotae Vita XXII April. saepissime dicitur. vide Ant. Itin. p. 143.

Ibid. *Ταβία*] erat in Trocmis, unde numus CE. TPO. ΤΑΟΤΙΑΝΩΝ, Severianorum Trocmorum Tavianorum, in Thes. Britan. tom. 2 p. 233. plura Anton. Itin. p. 202, et de Aspona p. 143.

Ibid. *Κίρνα*] habet hanc urbem Galatiae Vita Theodori Syciotae c. 8, et Nicaenum secundum p. 50. *Κεννηῶν πόλις* concil. Constantinop. tertio p. 501. Ptolemaeo perperam vulgo *Κίαινα*, quod hinc corrigi debere codicis Coisliniani *Κίρνα* adfirmat.

Ibid. *Ῥεγαναγαλία*] *Ῥεγλαγανία* oportuerat, quippe Lagania Tabulae et Itin. Ant. p. 142. eius praesul Euphrasius *Λασιανίας* dicitur p. 95 concil. Chalcedon., verius *Λαγανίας* p. 662. dicta deinceps Anastasiupolis videtur, quoniam in lac. Goari Notitiis illa memoratur, nusquam Lagania; quam conjecturam situs plausibilem facit. Lagania 24 M. P. Iuliopoli distabat, spatii medium secante Siberi fluvio, cui Syceon oppidum vicinum erat, Procopio Aedif. Iust. 5 4 auctore: Syceon vero cum 12 M. P. Anastasiupoli afuerit, non alia utique ea ac Lagania dicenda est. Vita Theodori Syceotae c. 2: *in Galatarum regione est oppidum, quod Syceon appellatur, subiectum Anastasiopoli primi Ancyranorum principatus: distat autem Anastasiopoli 12 M. P.; ubi P. Franciscus Zinus, cui Latinam eam vitam debemus, haud dubie offendit ad πρώτην Ἀγκυρανῶν ἑπαρχίαν, ut ex primo Ancyranorum principatu perspicitur.*

Ibid. 21. *Ῥεγέμνηζος*] *Μνίζος* est, cuius episcopus Andreas πόλεως *Μνίζου τῆς πρώτης τῶν Γαλατῶν ἑπαρχίας* concilio Constantinop. tertio p. 501 subscribit. Nicaeni secundi concilii adfuit Actis eiusdem episcopus Leo, sed qui vitiosis-

sime p. 51 πόλεως Ἀμύναον et p. 501 Μιζούης dicitur, melius p. 351. digna itaque fuerat quae in Geographia S. locum occuparet. vide Ant. Itin. p. 142: nam ὅτις ut deano explicemus, nihil fuerit necesse.

306, 21. [Ἠλιούπολις] Heliopolin Galatiae Vita Theodori Syceotae c. 5 et 9 memorat; praeterea Meliphthongus Ἠλιουπολιτῶν Chalcedon. concilio p. 195 interest: unde sanum hoc esse diceres, siquidem et ceterae Notitiae conspicerent. corruptum tamen est, et in Ἰουλιούπολις mutandum, tum quod Meliphthongus constanter alibi, ut p. 243 et 663 Ἰουλιουπόλεως scribatur, et concilio Constantinop. tertio p. 501 Martyrius τῆς Ἰουλιουπολιτῶν πόλεως, τῆς πρώτης τῶν Γαλατῶν ἐπαρχίας appelletur; tum maxime quod nulla in Galatia fuerit Heliopolis. de Iuliopoli Ant. Itiner. p. 142.

Ibid. 22. [Γαλατίας Σαλονταρίας] Galatiam secundam appellat concilium Constantinop. tertium et passim alii. Zosimo est ἡ κατὰ Φρυγίαν Γαλατία, 4 7, quod Phrygiae esset finitima. Notitiae imp. Orient. c. 1, uti nostro, Galatia salutaris, praesidi subiecta.

Ibid. 23. [Πισινούς] verius Πισαινούς vel Πισινούς, de qua A. Itin. p. 201. metropolis provinciae erat; unde in concilio Constantinop. tertio p. 663 Constantinus Πισαινουτίων τῆς δευτέρας τῶν Γαλατῶν ἐπαρχίας inter metropolitānos connumeratur. Vitae Theodori Syceotae c. 11 Pisinuntium metropolis, haud dubie quod in Graeco inesset Πισιουοντιῶν μητρόπολις.

Ibid. [Ῥεγεμανορέκιον] sic mss., unde vicum fuisse, quem legere non memini, apparet.

Ibid. [Πητηνησός] non alia est ac Ptolemaei Πετεινός, sive, ut Palat. et Coislina. mss., Πετηνησός. habet et Notitia Iac. Goari.

Ibid. [Αἰώριον] putabam, eum primum hoc oppidum considerare, lucem hinc atque auxilium accipere Philostratum Vit. Sophist. 2 11 posse, καὶ Ἀκύλας ὁ ἐκ τῆς ἐώλου Γαλατίας: latere enim in voce ἐώλου Galatiae quandam urbem dudum mihi persuaseram, mirabarque doctissimum Olearium, sprete Salmasii admonitione, orientalem Galatiam vertisse, et serio defendisse ἐώλον Γαλατίαν recte, si opponatur Gallicae Europaeae, dici, praesertim cum nemo Graecorum (nam Hesychii verba aliorum spectant) aut Galatiam aut aliam quamvis ad orientem positam regionem tali titulo ornarit, postquam vero Αἰώριον pravum esse animadverti, suspicio incidit, fuissetne olim ἐκ τῆς Ὠλέου Γαλατίας in Philostrato; quam coniecturam Ptolemaei auctoritate constabilitam,

donec mss aliud iusserint, haud spernendam arbitrer. *Ἀμώριον* idem est ac *Αἰώριον*, eiusque vitiosi locum occupare debet: etsi enim id oppidum a multis Phrygiae tribuitur, superior tamen aetas Galatiae secundae accensuit, ut Constantinop. tert. p. 672, cui Theodorus *Ἀμωρίου τῆς δευτέρας τῶν Γαλατῶν ἐπαρχίας* scribendo adfuit.

396, 24. *Κλάνεος*] sic mss, quorum auctoritatem non esse spernendam Salomon *Κλανέου τῆς δευτέρας τῶν Γαλατῶν ἐπαρχίας* Constantinop. tert. p. 504 et 672 et Nicephorus *Κλανέου* Nicaen. sec. p. 355 ostendunt. male haec urbs ex *Geographia S.* exulat.

Ibid. *Ῥεγενακάδη*] ita e mss profertur: tamen Holsteinus in *Geograph. S.* manu exaratum codicem *Trocna*da sive *Ῥεγετρόκναδα* praeferre monet, quod sine dubio rectius est: nam et Cyriacus *Τροκνάδων* Chalcedon. p. 663, et Theodorus *Τροκνάδων τῆς δευτέρας Γαλατῶν ἐπαρχίας* Constantinop. tertio p. 672, et Leon. *Τροκνάδων* Nicaeno secundo p. 355 subscribit. quoniam vero Cyriacus, cuius memini, *Τροκμάδων* in Chalced. p. 125 et 309 dicitur, forte *Τρόκμαδα* praestiterint ut a *Trocemis*, gente Galatica, nomen descendat.

Ibid. *Εἰδοξιάς*] haud multum disiunctam fuisse a Germaniorum civitate, ex *Vita Theodori Syceotae* c. 8 apparet. eius episcopus Aquilas est in Chalcedon. p. 663, ut perperam nulla eius sit ratio in *Geographia S.* habita.

Ibid. *Μυρικιῶν*] hoc mss dant; nec quicquam mihi de urbe innotuit, quam *Iac. Goari* Notitiam non prorsus eam damnare.

Ibid. *Γερμία*] *Γερμοκολώνεια* Notitiae *I. Goari* p. 344, nec male, ut ad *Itin. Ant.* p. 201 videbis. aetate seriore *Myriangelorum* nomine haec colonia celebris fuit. *Theophares* p. 203: *ἀπῆλθεν ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς χάριν ευχῆς ἐν τοῖς Μυριαγγέλοις ἤγουν ἐν Γερμίοις, πόλει τῆς Γαλατίας.* fallit enim *I. Goar*, cum *Pythiae* thermas, de quibus *Procopius Fabr. Iustin. 5 3*, intelligendas censet: illae in *Bithynia* fuerunt, *Germia* 16 M. P. a *Pessinunte*.

Ibid. 25. *ὑπὸ κοινουλάριον*] *Vespasianus* Cappadociae propter assiduos barbarorum incursus legiones addidit, consulareque rectorem imposuit pro equite Romano, apud *Sueton. c. 8.* sub *Constantino* praesidi, cuius in *l. 41 c. de libral. caus.* mentio est, paruit; neque alium *Basilii M.* aut *Chrysestomi* tempore magistratum habuisse videtur. ille *epist. 78 et 94 ἀρχοντα τῆς ἐπαρχίας* et *epist. 86 ἡγεμόνα*, hic *ἡγεμόνα* *epist. 14 p. 596* nov. edit. nuncupat. denuo consulari mandata est a *Theodosio secundo*, cuius mihi rei

auctor est Firmus Caesariensis episcopus, in epistolis, quas A Muratorius in Anecd. Graec. vulgavit, sic enim epist. 17 ad Soterichum: ποιήσατε δὲ ἡμῖν καὶ τὸν ἀρχοντα μείζονα μὴ τῷ ὀνόματι μόνον ἀλλὰ καὶ τῇ δυνάμει: nam si provinciae praepositus, quem praesidem vidimus, titulo excellentiore fuerit donatus, utique ad consularis dignitatem evectus erit censendus, atque hoc epist. 16 ad Thalassium clarius innuit: καὶ τὸν ἀρχοντα, ὃν ἐπιφανέστερον ἡμῖν πεποίηκας σῆ σπουδῇ, χάρισι τοῖς πράγμασιν, ὡς προσήκοντά σοι, γνωρίζεσθαι. postulat Firmus ut Cappadociae primae consularis latiore campum, ubi excurrere eius virtus et prudentia possit, accipiat, atque ad eam redeant urbes quae a Valente imperatore fuerant distractae et praesidi Cappadociae secundae subiectae. ea est sententia verborum, ad quae vir doctissimus offendisse videtur: δὸς δὲ καὶ πόλεων προσθήκη τὴν ἀρχὴν εὐθνητοῦσαι, ἵνα σοι περιβλεπτος διὰ πάντων ἢ πατρίς γένηται. recte ergo consularem Hierocles huic Cappadociae dedit; nec quicquam illi officii Notit. imp. Orient. c. 1, ubi praesidi committitur, modo cum Theodosio secundo et Firmo episcopo esse priorem meminervis.

396, 26. Καισάρεια] olim totius Cappadociae fuit metropolis, sed provincia in duas a Valente imperatore secta hanc illi dignitatem invidisse Tyana videntur. litem sub Theodosio secundo sopitam fuisse et veterem dignationem Caesareae stabilitam Firmus epist. 17 indicat. sitam fuisse ad Argaeum montem norunt omnes, non item propter amplissimum lacum, qui in Halyn influebat: operae itaque pretium fuerit paullum huic rei immorari, et quae loca Halys praefusa inquirere. lacus distincta mentio apud Strabonem 12 p. 538 est, et incertum auctorem epistolae quae inter Basilianas novissimae editionis 365. is cum immanem nivis et pluviae copiam in eum depluisse narrasset, ἀθρόος οὖν γενομένη, inquit, τῆς τήξεως ἀνείκαστα ἐκινήθη ῥεύματα, ἀεὶνὰν ποταμῶ συνεπιμιγνύμενα τῷ Ἄλνι ἐναύλω τε ὄντι: quae nix subito liquescente, fluctus incredibiles, iugi fluvio atque arto alveo ruenti Halysi commixti, surrexerunt. quae Halym, licet Cotelerius tom. 2 Monum. Graec. p. 97 et superius editor eum videre noluerint, haud multum Caesarea removeat. nec alius, puto, est γείτων ποταμός, cuius Firmus epist. 35 meminit, nisi tu Melanem esse malis, quem Strabo 12 p. 538 stadiis 40 ab urbe scaturire prodidit. quod utcumque ceciderit, Halym agro suo, etsi saepe perincommodum, Caesariensis eripi non patientur. huc a Sebastia defluebat, in Armeniarum ditione ortus: οὗτος δὲ λοχῶν (sic cum Hemsterhusio nostro lege: nam λαχῶν multo ineptissimum est) οὗτος δὲ λα-

χῶν ἡμῶν, inquit epistolae scriptor, γείτων ποταμὸς, ἐκβλύζων μὲν ἐκ τῆς τῶν Ἀρμενίων, ἐμβιβάζομενος δὲ ἐν τῇ ἱερωτάτῃ λίμνῃ τῶν Σεβαστηνῶν κ. λ. atque hoc cum Strabone 12 p. 546 bene satis convenit: Halym enim ex magna Cappadocia circa Cambysenem, Armeniae contributam, derivat. nec longe aberit Herodotus 1 72, si per Ἀρμένιον ὄρος montem Armeniae intellexerit. optime vero cum Gregorio Nysseno epistolae auctor consentit, qui orat. 1 in 40 Martyr. Sebastenos p. 501: τοῦτον λέγω τὸν γείτονα ποταμὸν, ὃς διὰ τὸ μέγεθος τοῖς ὀνομαστοῖς τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ποταμῶν ἐναρίθμιος ὢν, ἀπὸ τῆς ἡμετέρας ἀρχόμενος ἐν χρόνῳ παραμείβει τὴν πόλιν. non ille quidem Halym nominat; sed nec in Iria neque Lycum quadrant quae de fluvio praedicat: neuter enim tam large et ample fluxit ut cum nobilissimis orbis terrarum fluviis contendere possit. in Halym convenire nemo negaverit. ne dicam nullius auctoritate liquere Sebastiam Lyco fuisse appositam; cuius fontibus assidebat Sebastopolis, ni fallat Ptolemaeus, a qua versus interiorem Armeniam plus 40 M. P. Sebastia distabat. itaque si recte haec disputavimus, non video qui excusari Plinius possit 6 2 anem Halym per Cataoniam in Cappadociam immittens: defluerit enim oportet ex regionibus longe ultra Taurum positis, siquidem Cataonia Commagenae fuit praetenta. multo minus sese tuebuntur recentiores geographi, passim hoc flumen ex intima Asia, meridiem spectante, emittentes contra Arriani monita in Periopl. Pont. Euxin. p. 16 ed. Oxon., neque urbes, quas dixi, illi adstruentes. ceterum, quod propemodum neglexeram, in Gregorii Nysseni verbis non ἐν χρόνῳ sed ἐν χρόνῳ παραμείβει scribi debet, ut pulchre amicus noster.

396, 26. Νύσσα] hanc metropolin, sed titulo tenus sine re Is. Casaubonus in epist. Gregorii Nysseni ad Eustathiam p. 116 fuisse autumabat, quod haud iniuria negavit Spanhemius Dissert. 9 de Usu et Praest. Num. p. 599, tametsi erret vir nobilissimus, cum Casaubonum ibi fugisse opinatur Mosis tertiae Cappadociae fuisse metropolin: diserta enim eius inibi mentio est; nec unquam in iisdem notis a viro magno, licet a Spanhemio adfirmetur, tertiae Cappadociae metropolin Nyssam fuisse scriptum memini: tantum honorario metropoleos titulo in conc. Constantinop. secundo condecoratam censuit ob Socratem H. E. 5 8, ubi tamen πατριαρχίας nec metropoles nec patriarchatus, quos vocant, sed regimen ac gubernationem, ut bene Henr. Valesius, notant.

Ibid. Θέσμα] vide Ant. Itin. p. 202.

Ibid. Πρεσβυτέρου] Vita Eutychii patriarchae Cpoli-

tanl c. 6: *Ἐτερός τις ἄνθρωπος ἦλθε πρὸς τὸν δαίον λέγων ἑαυτὸν ἀπὸ Κομανῶν εἶναι τοῦ πολυάνδρου.* sic D. Papebrochius correxit, cum in mss πολυάνδρου legeretur, deceptus corrupta Ptolemaei scriptura. mihi omnino ἀπὸ κόμης Ποδανδοῦ dedisse scriptorem probabile fit: neque enim Comaa Podando fuere iuncta. plura in Hieros. et Anton. Itin. p. 145 et 578.

396, 27. *Καππαδοκίας β*] secunda haec Cappadocia originem suam debet Valenti imperatori, qui circa annum 371 eam, primae distractam, Tyanis tanquam metropoli addidit Basilius eam aegerrime tulit divisionem, ut eius epist. 74 et 75 testantur; tantoque magis quod Anthimus Tyanensis, civili ea divisione instituta, multa sibi arrogaret et reditas ecclesiae Caesariensis intervertere conaretur, qua de re Gregorius Nazianzenus orat. 20 p. 355. rectissime vero mss haec Cappadociam praesidi, pariter ut Notit. imp. Orient. c. 1, mandat.

Ibid. 28. *Τύανα*] Gregorius Nazianzenus epist. 33 *τίαν μητρόπολιν*, cuiusmodi eius aetate re vera erat, appellat. adde orat. 20 p. 355 et Itin. H. p. 577, et de Faustino poli Ant. Itin. p. 145.

Ibid. *Κύβιστρα*] situm Cicero Ep. 15 4 ad Catonem signat: *itaque in Cappadocia extrema non longe a Turo apud oppidum Cybistra castra feci, ut et Ciliciam tuerer et Cappadociam tenens nova finitimorum consilia impedirem.*

Ibid. *Ναζιανζός*] Gregorius Nazianz. epist. 50 ab Olympio Nazianzum primae Cappadociae attributam fuisse, sed mox in secundae ditionem rediisse significat; in qua ad Iustiniani tempora mansit, quando Mucisso, tertiae Cappadociae tum constitutae metropoli, subdita est; unde Theodosius Mucissi episcopus (Collat. 5 synodi Constantinopol. secundae p. 97) *sub mea gubernatione*, inquit, *modo est Dohara et Nazianzos, sub qua Nazianzo et Arianzos praedium constitutum est.* id ab instituto nostro alienum non erit, si inquiremus an Nazianzus eadem ac Diocaesarea, cuius in Cappadocia Ptolemaeus et Plinius meminerunt, fuerit. Baronius Cardinalis in Gregorii vita, quae a D. Papebrochio IX Maii est edita, ita consulit; et favere opinioni Gregorius videtur, cum de se carm. 5 25: *Γρηγορίου μνήσαιτο, τὸν ἔτρεφε Καππαδόκεσσι ἢ Διοκαισαρέων ὀλίγη πόλις.* se enim Diocaesarae nutritum canit, quem certum est Nazianzi praecipue fuisse educatum atque edoctum. huc adde Diocaesarae nullam in conciliorum Actis et Notitiis esse mentionem, frequentem Na-

zianzi; quod utique mirandum foret, si diversae fuissent. necdum tamen his moveor ut cum Cardinale paria faciam: ultima enim ratio levis est, siquidem plures urbes, nobiles olim, in Notitiis et conciliis nullum sibi episcopum habent, neque adeo de Diocaesarea mirabimur, quae parva admodum erat, Gregorio *carm. 32* in *Anecdot. Graec. Muratorii* teste: *τυτθὸν μὲν πολίσιθρον, ἀτιὰρ πολὺν ἀνέρα δῶκα βήμασιν ἰθυδίκης ἢ Διοκαισαρέων, Ἀμφιλοχον*. altera speciosior est: sed cum Arianzi Gregorius fuerit natus, idque praedium acque Nazianzo ac Diocaesareae fuerit vicinum, fieri utique potuit ut Diocaesareae, antequam pater Nazianzo episcopus daretur, nutriretur. vicina autem oppida fuisse ex Ptolemaeo 5 6 colligitur, ubi artissime Diocaesaream et Neanessum sive, ut *ms.* Nanessum, quam Nazianzum esse debere mihi persuadeo, iungit. ad hoc, nihil Gregorius *ep. 49*, qua pro Diocaesariensibus deprecatur, de patre suo matreque; quod argumentum aptissimum fuerat ad iram Olympii molliendam. ait praeterea se Diocaesareae deo templum excitasse; quod si eadem ac Nazianzus foret, a vero discederet: basilicam quippe miri operis pater eius Nazianzi exstruxit, ut *orat. 19 p. 313* docemur. de *Sasimis Itin. Anton. p. 144.*

396, 28. *Παρασὸς*] gentile huius *Παρασσηνὸς* est in *Basilii epist. 239.* vide *Itin. H. p. 576.*

Ibid. 29. *Ῥεγεδῶα*] vicus olim erat, unde *Basilii epist. 239 ἐν Δοῦροις τῇ κώμῃ.* idem episcopum illi imposuit, qua occasione Gregorius Nazianzenus orationem 30 recitavit, uti ad eam *Ellas Cretensis* animadvertit. nec vincere tamen *Basilium* potuit ut primae Cappadociae adscripta maneret, si quidem *Tyanensi* deinceps subdita fuit, ut mox videbitur.

Ibid. *Ῥεγεκουκουσὸς*] omnino *Ῥεγεμουκιὸς* sive *Ῥεγμουκιὸς* legi oportet: nam et *Constantinus* imperator *I. 1 Them. 2 Μωκιὸν* hinc habet, et *Cucusus* Armeniae secundae fuit. *Procopius Fabr. Iust. 5 4* castellum Cappadociae, plano solo situm, ait, atque ab *Iustiniano* instauratum: *ἦν δὲ τι ἐν Καππαδόκαις φρούριον, Μωκησὸς ὄνομα, ἐν μὲν τῷ ὁμαλεῖ κείμενον.* nec restituit tantam imperator, sed suo nomine urbem, tertiae Cappadociae metropolin impositam, illustrem esse iussit. hinc *Collat. 5 concil. Constantinop. sec. p. 96: in illo autem tempore sub Tyanensi civitate erat et Dohara et Nazianzus usque ad tempora huius pii imperii. piissimus autem imperator cum metropolitana iura dedisset civitati, quae quondam quidem Mucissos, nunc vero Iustinianopolis nuncupatur, cum aliis civitatibus et Dohara et Nazianzum subiecit et.*

396, 30. [Ἐλενοπόκτου] sic oportet ex Constantino I. 1 Them. 2, quod illi nomen ab Helena imperatoris Constantini M. matre, venisse Iustinianus Nov. 28 c. 1 adfirmat. Notitia imp. Orient. c. 1 praesidi Helenopontum committit, quem Iustinianus, abolito Ponti Polemoniaci titulo eiusque urbibus huc provinciae contributis, moderatorem creavit.

Ibid. 31. [Ἀμασία] metropolis Helenoponti dicitur Gregorio Nysseno orat. de Theodoro p. 582, Novel. 28 c. 2, et in Vita Eutychii c. 6. Acta S. Basilei c. 5 satis ambigue *μητρόπολιν τῆς Ποντικῆς ἐπαρχίας* appellant: dubites enim dioecesium Ponticam, cuius metropolis Caesarea, an Helenopontum intelligant. *μητρόπολις πρώτη πόντου* pluribus in numis apud Harduinum et N. Haymum tom. 2 Thes. Britan. p. 232. situm urbis accuratissime Strabo 12 p. 651 descripsit.

Ibid. [Ἰβωρα] rectum Ἰβωρα, et ex orat. 3 Gregorii Nysseni in 40 Martyr. p. 212, ubi *πολίχνην* vocat, apertissimum est, atque ex Eutychii Vit. c. 11 et Nov. 28. appositum oppidum erat Euxino ponto apud Sozomenum H. E. 6 30, etsi male ibi atque apud Palladium Ἰβήρων πόλις: hic enim fuisse Enagrium, quo de duumviri illi, Hieronymus epist. ad Ctesiphontem significat. vulgo quidem Hyperborita ibi audit, quod iure Valesius in Sozomenum et Rosweidus in Palladium mutarunt, quando et ms Corbeiensis Hiberitam pro Hiborita ostendat. Photius πόλεως Ἰβώρων τῆς Ἑλλησποντίων ἐπαρχίας concilio Constantinop. tertio p. 670 pro Ἐλενοποντίων dicitur.

Ibid. [Ζῆλα] haud multum aberat Amasia. Vita Eutychii c. 6: *πολίχνη τίς ἐστὶ, Ζῆλα προσαγορευομένη, γειτνιάζει δὲ τῇ μητροπόλει Ἀμασιᾶ.* Plutarchus Caesar. p. 731 πόλιν Ζῆλαν vocat cumque vetustae Hirtii de bello Alexandr. c. 72 editiones et ms Norvic. Zelam exhibeant, id a Davilio defendi, neque Ζίηλα Plutarcho et Dionii inculcari debuerat. Stephano Ποντικῆ Ζῆλα.

Ibid. [Σάλτων Ζαλίχην] sic mss, et recte, modo Σάλτες Ζαλίχης refingatur. puteum urbem saltibus fuisse incinctam, et propterea Σάλτων praeponi. Nicaeno concilio secundo Andronicus presbyter nomine Ioannis episcopi Ζαλίχων p. 355 subscribit, qui cum p. 163 presbyter Λεοντοπόλεως ἦτο Ζαλίχου dicatur, certus nobis index est non aliam atque hanc Leontopolin esse, cuius imperator Novella 28 communit. corruptum saepe id nomen est in Vita Eutychii c. 2, ubi Amaseno subditus episcopus τῆς τῶν Λαζιχηρῶν πόλεως et Λαζιχων προεδρία et τοῦ Λαζιχου ἐπισκοπή. forte et huc re-

ferenda est oratio quae Basilio M. tom. 2. p. 567 tribuitur, ἐν Λακίβοις: quod utut fuit, negligi urbs in Geographia S. non oportuerat.

396, 31. Ἀνδρανα] huius episcopus Paralius Ἀνδράπων τῆς Ἑλλησπόντου (pro Ἐλεσπόντου, quod nec L. Holsteinius ad Geogr. S. fugit) concilio Ephesino p. 438 dicitur. adde de urbe Acta Hesychii Thaumaturgi ex Synaxario Graeco VI Mart. Operis Sanctorum, ubi plura.

Ibid. Ἀμισός] Constantino l. 1 Them. 2 Ἀμισός, et Suidae, haud sane bene. aberat Amisus stadiis 900 Sinope, ut e Straboni 12 p. 547 prodidit Stephanus.

Ibid. 32. Σινώπη] Σινώπη, ut ms Leidensis. nobilem hanc urbem, peninsulae impositam, Strabo 12 p. 545 describit, et Turnefort epist. 17 p. 91. de conditoribus scholiastes Apollonii 2 948.

397, 1. Πόντου Πολεμωνιακού] a Polemone, Ponti huius regē, nomen ei venisse Iustinianus Novella 28 c. 1 indicat. provinciis annumerari coeptus est sub Nerone, qui Ponti regnum, concedente Polemone, in provinciae formam redegit apud Sueton. c. 18. praesidi itidem mandatur in Notit. imp. Or. c. 1.

Ibid. 2. Νεοκαισάρεια] ΚΟΙΝΟΝ. ΝΕΟΚΑΙ. ΜΗΤΡΟ. vidit in numo Mediceo Holsteinius, cui geminum habet Theobritan. tom. 2 p. 236. Gregorius Nyssenus (in cognominis sibi Thaumaturgi Vita p. 537) communi gentis consensu κορυφήν πάσης τῆς περιουκίδος haberi, ac a Romanorum Caesare, loci amoenitate capto, novo nomine esse donatam refert. Plinius Lycum flumen urbem praefluere 6 3 adfirmat; quod utrum verum omnino sit dubites, praesertim si cum radere Neocaesaream intelligas: nam agrum urbis alluere manifesto ex eadem Thaumaturgi vita p. 557 colligitur. dubitandi causae sunt, quod Nyssenus Gregorius, urbem eiusque situm describens, nihil de Lyco memoret. praeterea Gregorii frater Basilius epist. 210 apud Neocaesarienses in aviae acerbibus et dein in monasterio multum se temporis contrivisse testatur: atqui illud monasterium propter Iridem flumen erat, eodem epist. 223 et Gregorio in Vita Macrinae p. 182 auctore. his adde Neocaesaream et Comana Amasiae, quae Iridi assidebat, vicina perhiberi in Actis Eutychii c. 7. fortasse itaque rectius Iridem inter et Lycum collocabitur.

Ibid. Κόμανα] sita erant ad annem Iridem apud Strabonem 12 p. 547, nec longe a Neocaesarea; unde πόλιν ἀστυγείτονα Gregorius Nyssenus in Thaumaturgi Vita p. 561 et τῆν Κομαναίων ταύτην ἀστυγείτονα πόλιν orat. de Baptismo

p. 220 appellat. quod autem Ch. Cellarius G. A. 3 8 p. 327 Comana ab Iridis fontibus parum distare ex Strabone colligit, id amnis ex intima Armenia ortus et per Pontum hunc decurrens apud eundem Gregorium in Macrinae Vita p. 182 non feret.

397, 2. Τολεμόνιον] rectum est Πολεμώνιον, quod oppidum inter Thermodontem et Cotyora situm obtinebat apud Arrianum in Periplo p. 17. de Cerasunte, maritimo oppido, Xenophon. Exped. Cyr. 5 p. 273 et Tournefort epist. 17 p. 98.

Ibid. 3. Τραπεζοῦς] circa Nicaeni secundi concilii tempora Phasis et Trapezus uni episcopo paruisse videntur; unde Christophorus τοῦ Φάσιδος ἦτοι Τραπεζοῦντος p. 345 subscribit. vide Ant. Itin. p. 216.

Ibid. 4. ὑπὸ ἡγεμόνα] sic mss, quibus praeter Not. Imp. Orient. c. 1, quae praesidiale hanc facit, assentitur Basilius M. epist. 112: nam Andronicum ἡγεμόνα, ad quem illae litterae mittuntur, Armeniae primae praefuisse ex Sebastiae in illis mentione haud obscure colligitur. ceterum primam hanc Armeniam idem Basilius epist. 195 et 268 μικρὰν Ἀρμενίαν vocat.

Ibid. 5. Σεβίστεια] provinciae metropolis est in Theodoret. H. E. 2 25 et Novella 31. sita erat loco ameno, praeterque Halym, qui urbis moenia radebat, mediam secabat alius amnis, qui mox in vicinum lacum abdebatur Gregorio Nysseno orat. 1 in 40 Martyr. p. 501 et orat. 2 p. 510 auctore. vide Itin. Ant. p. 177.

Ibid. Νικόπολις] non longe Colonia dissociata erat, quicum et Sacra Christiana communicaverat; unde τὴν μητέρα ὑμῶν τὴν ἐν Νικοπόλει ἐκκλησίαν Basilius epist. 227, Coloniensibus inscripta, appellat; nec dissimilia tribus sequentibus epistolis reperies. Lycus fluvius in spatio 6 M. P. ab urbeolvebatur, si Actis 40 Mart. tom. 3 Jul. p. 46 fides est. plura Anton. Itin. p. 182.

Ibid. Κολωνία] Κολωνία sive Κολώνεια. Liberatus Breviar. c. 6 Cappadociae secundae, nihil dissidente concilio Chalcedon. p. 557, transcribit: at Basilius epist. 228 ἐν τῇ ἐσχατιᾷ τῆς Ἀρμενίας, et epist. 195 μακρὰν ἀπὸ κείνου τοῦ ὀδευομένου τόπου τὴν Κολωνείαν adfirmat. ergo circa Chalcedonensis concilii tempora Colonia Cappadociae fuit contributa; rediisse dein ad Armeniam primam ante Iustiniani aetatem Novella 31 docemur.

Ibid. Σάταλα] Basilium vide epist. 89. et Anton. Itin.

p. 183. fundes Satalenae civitati contiguos Theodosius secundus in Novella 3 tit. 12 memorat.

397, 5. Σεβαστοπόλις] Novella 31 Armeniae primae itidem tribuit. adde Itin. A. p. 205.

Ibid. 6. ὑπὸ ἡγεμόνα] assentitur Notit. imp. Orient. c. 1. Ioannes Chrysostomus epist. 64. ἀρχοντα τῆς Ἀρμενίας (nam secundae Armeniae praesidem intelligere epistolae argumentum patefact) appellat.

Ibid. 7. Μελιτηνή] Μελιτηνή quam περιφανῆ τῶν Ἀρμενίων μητρόπολιν Illustrem Armeniorum metropolin Cyrillus in Vita Euthymii vocat, ut Anton. Itin. p. 209 adscriptimus. de Arca p. 211.

Ibid. Ἀράβισος] patria Mauritii imperatoris fuit; quorum respiciunt quae in Vita Eutychii c. 7 referuntur: ὁσάκις μνήμην ἐποιεῖτο τῆς Ἀραβισσηνῶν πόλεως, οὕτως ἔλεγεν χαριέντως, ἀκούοντων πάντων ἡμῶν καὶ τῶν ἐκείθεν ὀρωμένων ἀρχόντων, "μεγάλη ἐστὶν ἡ πόλις ὑμῶν. διὰ τοῦτο εἰρηται περὶ αὐτῆς, ἐκ Ναζαρεθ δύναται τι ὑγαθὸν εἶναι." plura ad Ant. Itin. p. 181, quibus Suidam in Εὐδόξιος iunge.

Ibid. Κουκουσός] de eo Chrysostomus epist. 30: οἰκοῦμεν γὰρ χωρίον ἐρημώτατον καὶ πάσης τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης ἐρημώτερον. quae nobis, si addantur ad Anton. Itin. p. 179 ex eodem observata, urbem fuisse desertissimam ostendunt. quod vero epist. 125 Κουκουσός τῆς Κιλικίας, id Montfauconius mss auctoribus recte mutavit: nunquam enim Ciliciae Cucusus fuit.

Ibid. Κόμονα] Κόμονα, de qua et Ariarathia (eo enim nomine utebatur) abunde Itin. Ant. p. 181.

Ibid. 9. Κιλικίας α'.] orditur Hierocles Orientis provincias 15, quarum prima haec Cilicia, postrema Arabia, omnes sub dispositione comitis Orientis, quo de Hear. Valesius in Ammiani l. 14 c. 1 et Th. Bezaeus Class. VI. Inscript. 47. recta vero primam Ciliciarum consulari regendam tradit, prorsus ut Notit. imp. c. 1 et l. 1 c. de General. Abolition.

Ibid. 10. Τύρσος] metropolis dignitatem Leo imperator in epist. tom. 9 Cencil. Labbei et Conciliorum Acta illi adfirmant. sita erat commodissimo loco, ὅστις Ἰσαύρους καὶ Κιλικίας Καππαδοκίας τε καὶ Σύρους δι' ἐναντίας συνάπτειν, auctore Basilio M. epist. 34. idem profitetur alter Basilius, Seleucia episcopus, Miracul. Theclae 2 13, cum de Tarso ἐπὶ τῆς κάλλει καὶ μεγέθει, καὶ οἷς ἂν ἀπλῶς πόλις λαμπρὰ καὶ εὐδαίμων γνωρισθεῖη, πῶσιν ἐπιγαυρουμένη, καὶ τὸ πρῶ-

την μάλιστα τῆς ἐφ᾽ αὐτὴν ἀνίσχαι, καὶ πρώτην πάλιν προσβάλ-
 λειν τοῖς ἐξ ὁποιασοῦν γῆς ὁρμωμένοις πρὸς τὴν ἐφ᾽ αὐτήν : aperte
 enim indicat tali positam esse loco ut, si quis ex vicinis pro-
 vinciiis in Orientis dioecesein pergere aut ex ea in Ponticam
 sive etiam Asianam transire velit, adeunda ea primum sit.
 vide Itin. H. p. 579.

397, 10. Πομπηϊούπολις] mari assidebat, eo nomine a
 Pompeio donata, cum Solorum ante fuisset usa. auctor Vitae
 Arati in Uranologio Petavii: οἱ δὲ Σόλοι πόλις ἐπιφανεστάτη
 τῆς Κιλικίας, ἀφ' ἧς πολλοὶ κάγαθοὶ γέγονασιν ἄνδρες· κα-
 λεῖται δὲ νῦν Πομπηϊούπολις. εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι Σόλοι τῆς
 Κύπρου· ἀλλ' οἱ μὲν Κύπριοι Σόλοι καλοῦνται, οἱ δὲ Κι-
 λίκιοι Σολεῖς. cui gentile nomen distinguenti adstipulatur
 Diogenes Laërtius 1 51, ubi Menagii diligentiam verba ex
 Arati vita non effugerunt.

Ibid. Σεβαστή] olim Elaeussa contra Corycum in in-
 sula nec longe a Tarso, quamobrem conc. Charcedon. p. 126
 Σεβάστη ἢ Τάρσου. est inter Gazae Wildianae numos, qui
 antica parte CABINA TPANKTAA et postica
 CEBACTH. IEP. AC. APT. NATAPXIC. EABTΘEPA
 cum turrato velatoque capite praefert, certoque nobis est ar-
 gumento, Gordiani aetate urbem satis illustrem fuisse et re
 nautica valuisse. adde H. Norisium dissert. 2 de Epechis
 Syro-Maced. p. 136.

Ibid. Κώρυκος] Κώρυκος, ut Lugdun. Oppianus Halicat.
 3 208: ἕσσοι δ' Ἐρμείου πόλιν, ναυσίκλυτον ἄστυ Κωρύκιον
 ναῖουσι· qui versus Valeriani numum, ΚΩΡΤΚΙΩΤΩΝ.
 ACT. NATAPXIC insculptam explicant. Ioannes πόλεως
 Κουρουκουτιῆς τῶν Κιλικίων ἐπαρχίας subscribit Constantinop.
 tertiae synodo p. 670, pro Κωρύκου τῆς Κιλικίων.

Ibid. Ἄδανα] in Actis Theophili, de quibus Lambecius
 Bib. Vindob. 8 p. 75, Ἄδανα τῆς τῶν Κιλικίων δευτέρας
 ἐπαρχίας, et apud Eutychnum in eiusdem Vita c. 1 die IV
 Febr. Oper. S., sed perperam: primae enim Ciliciae in Chal-
 ced. concil. p. 660 atque aliis accensetur.

Ibid. 11. Ἀγούσια] Ἀγούσια, ut bene Ch. Cellarius
 G. A. 3 6 p. 241 correxit; quam urbem Latino nomine de-
 coratam credibile est, ut a Sebaste huius provinciae discerui
 posset. Theodorus πόλεως Ἀγούσιης est in Chalcedon. p.
 660, et numi ΑΤΤΟΓΤΑΝΩΝ in Thesauro Britan. tom. 2
 p. 242.

Ibid. Μάλλος] verum Μάλλος erit, quod oppidum loco
 edito non longe a Pyramo positum erat, neque multum a
 Tarso, cum cuius etiam civibus de vicino litore et agris circa

lacum disceptabant apud Dionem Chrysostomum Tarsica 2 p. 426. reddere urbem Is. Casaubonus eidem Chrysostomo orat. 45 p. 516 voluit. *τί οὖν ἐπὶ δύο ἡμέρας ἢ τρεῖς*, inquit orator, *γενομένης χειρονομίας; ἐξῆλθον, οὐδὲ μᾶλλον παρατυχῶν τοῖς γεγονόσιν.* cum enim τὸ μᾶλλον quid in vulgata vellet lectione, non appareret, *ἐξῆλθον εἰς Μᾶλλον, οὐ παρατυχῶν τοῖς γ.* refluixit, plausibili, nisi Mallos plurimum a Prusa distaret, coniectura. aliter Seldenus in Anecd. Wolfii tom. 1 p. 273 instituit. *mihi parvo molimine, οὐδὲ μέλλων παρατυχεῖν τοῖς γ. cum decrevissem factis non adesse, succurri posse Dioni videtur.*

397, 11. *Ζεφύριον*] in Menaeis VI Iun. de Dula: οὗτος ἦν ἐκ Ζεφυρίου Πραιτωριάδος, ἐπαρχίας τῆς Κιλικίας. unde Praetoriadem dictam fuisse putares. at non ipsa urbs, sed vicus illi vicinus eo cognomine fuit: nam Dulas ipse in Actis tom. 2 Iun. p. 1044 *ἔθρους μὲν εἰμὶ*, inquit, *Κελίκων, κώμης δὲ Πραιτωριάδος.* aberat Zephyrium M. P. 34 Tarso, si iisdem Actis fidere fas est. eius episcopus Petrus πόλεως τοῦ Ζεφυρίου τῆς πρώτης τῶν Κιλικίων ἐπαρχίας in Constantinop. tertio p. 670 dicitur.

Ibid. 12. *Κιλικίας β'*] hanc provinciam, priori abstractam, et Anazarbum metropolin Theodosius secundus fecit, Malala tom. 2 p. 69 auctore: *καὶ Κιλικίαν δευτέραν ἀπομετροπόλεως ἀπὸ τῆς πρώτης ἐποίησεν ἐπαρχίαν, δούς δίκαιον μητροπόλεως. Ἀναζάρβω τῇ πόλει.* cui tamen utrum tuto assentiaris dubites: nam in Notitia imp. Orient. utraque Cilicia memoratur; et praeses Ciliciae, cuiusmodi magistratus huic fuit impositus, est in Actis Claudii sub Diocletiano apud Ruinart. p. 266, et sub Constantio in l. 24 c. Theod. de Appellat. atque in Ammian. 23 c. 2.

Ibid. 13. *Ἀναζάρβος*] hanc metropolin praeter Malalam synodus Mopsuestena frequenter memorat. vide concil. Constantinop. secundum p. 119 et Ant. Itin. p. 213.

Ibid. *Μοψουεστία*] Mopsuestia colonia Christianissima in Actis Constantinop. secundi p. 118, quo titulo quando ornari fuerit coepta equidem ignoro. *ἰσραὶ καὶ ἔλευθέρω καὶ ἄσυλος* in Thes. p. CLV 4 et liberum oppidum Plinio. Vide Itin. H. p. 580.

Ibid. *Αἰγυαί*] civitas Aegea in Actis S. Claudii c. 1, et Aegaea in Synodo Mopsuestana inter concil. Constantinop. sec. decreta p. 118. *Αἰγυαία* Constantino imperatori l. 1 Them. 13, Basilio M. epist. 244 Patrophilus episcopus τῆς ἐν Αἰγυαίς ἐκκλησίας, prorsus ad Hieroclis mentem. vide Anton. Itin. p. 146. situm oppidi Acta S. Zenobii in Lam-

heci. Bibl. Caesar. 8 p. 256 accurate ita describunt: *Αἰγαὶ πόλις ἐστὶν ἐπὶ κόλπῳ μὲν Ἰονίῳ κειμένη, ὑπὸ Κιλικίων δὲ οἰκουμένη. ἧς τὸ μὲν πρὸς ἤπειρον οὐ πολὺ. πλατεῖαν καὶ ἰκανῶς εἰς μῆκος διήκουσαν ὁ τῆς γείτονος θαλάσσης ὄρμος ἐκδέχεται. male tamen κόλπῳ Ἰονίῳ adstruitur, quae Ἰσσικῆ vicina fuit.*

397. 13. Ἐπιφανία] Eriphaniam Ciliciae oppidum Ammianus 22 11 appellat. Basilius πόλις Ἐπιφανείας τῆς δευτέρας τῶν Κιλικίων ἐπαρχίας Constantinop. tertio p. 670 et Nicetas Eriphaneorum civitatis Constantinop. secundo p. 132 subscripsit. de Alexandria Itiner. H. p. 580.

Ibid. 14. Ῥῶσος] assidebat Issico sive Rhosio, ut Polyaeo dicitur, sinui. Theodoretus Philoth. c. 10: Ῥῶσος ἐστὶ Κιλικίσα πόλις, ἐν δεξιᾷ εἰσπλέοντι τὸν Κιλικίον κόλπον. proxi- me urbem saxum erat excelsum, quod Ptolemaeus et Stephanus Ῥωσικὸν σκόπελον vocant. eiusdem meminit Polyaeus 4 6 9, etsi nunc vitio deformati. ὁ μὲν Σωσιγένης, inquit, ἐπὶ Ὀρθιουμάγου διέτριβεν, ἀποσκοπῶν τὴν τοῦ πελάγους κίνησιν: nihil enim hic est Ὀρθιουμάγου, Celticum quid spirans, vocabulum. Abr. Ortelius de Orthosiade, Phoenices oppido, cogitavit; quod cum longius a Rhoso et vocabuli ductibus distet, ὄρθιου πάγου malim, quo modo ὄρθιους πέτρας 4 3 23 dixit. posses etiam ὄρθοπάγου legere ob haec Plutarchi in Sylla p. 463: ἐστὶ δὲ κορυφὴ τραχεῖα καὶ στρωβιλῶδες ὄρος, ὃ καλοῦμεν ὄρθοπάγον.

Ibid. Εἰρηνοῦπόλις] Paullus Εἰρηνοῦπόλις τῆς δευτέρας τῶν Κιλικίων ἐπαρχίας est in Constantinop. tertio p. 670, et in Hilarii Fragm. Operis histor. Narcissus Irenopolis, qui cum Νάρκισσος ἀπὸ Νερωνιάδος Athanasio Apolog. Arian. p. 155 sit, monuerunt Benedictini Neropolis in Hilario olim fuisse, parum sane considerate, siquidem Neronias et Irenopolis eadem urbs est, et Narcissus Sozomeno H. E. 3 10 praesul Εἰρηνοῦπόλιος τῆς Κιλικίας dicitur. videtur Neroniadis nomine donata a Claudio, quod sub Domitiano imperatore iam deposuerat: discimus hoc ex egregio Gasae Wildianae numo, qui una parte ΑΥΤΟΚ. ΚΑΙΣΑΡ. ΔΟΜΙΤΙΑ . . . et altera ΕΙΡΗΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ET. ΒΜ. cum figura turribus ornatae mulieris, rupibus insidentis, e quorum pede amnis emergit. aera in Claudii principatum, si conferantur numi quos Vaillantius habet, incidet.

Ibid. Φλαβιάς] Φλαυτιόπολις Ptolemaeo et numis Φλαυτιοπολιτεῶν in Thes. Britan. tom. 2 p. 250 et Vaillantio p. 378, e quorum signata epocha a Vespasiano imperatore instauratam dicere oportet. Flavius Itin. Anton. p. 212 et Chalcedon. concil. p. 660, ubi Ioannes ἐπίσκοπος Φλαβιάδος.

397, 14. *Καστάβαλλα*] *Καστάβαλα*. Appianus Mithridat. p. 403 τῆς Κιλικίας πόλιν Καστάβαλα, quam ego Καστάβαλα credo, memorat. adfuit concilio Constantinop. tertio p. 670 Theodorus πόλεως τῶν Καστευλῶν, pro Κασταβάλων. vide Itin. A. p. 146.

Ibid. 15. ὑπὸ κενουλάριον] sub Augusto provincia erat στρατηγική sive praetoria, teste Strabone l. 14 p. 684 et sine l. 17, etsi postea ad ius populi redierit, ipso concedente Augusto, et proconsuli paruerit, ut ex Dione 54 p. 589 Io. Alberti in Act. Apost. 13 7 ostendit, recte ergo Sergius Paullus ibi ἀνθύπατος dicitur, praesertim cum et Cominius Proclus in Cypriorum apud Vaillantium numo ἀνθύπατος, et Caius Antius Quadratus Κρητης καὶ Κύπρου ἀνθύπατος in lapide Sponii tom. 1 Itiner. p. 413 appelletur. post dein consulari subdita est, cuius et Notitia imp. Or. c. 1 meminuit.

Ibid. 16. πόλεις 16.] L. Holsteinius in ms Farnesiano, cui et duae ultimae urbes manu recentiore erant additae, πόλεις 17' reperit. idem in pristinis Constantini l. 1 Them. 15 editionibus inerat, sed et aliis dein ex mss 15 urbes in Constantino sunt expletae; cumque ultimae urbes ante Hieroclis aetatem fuerint satis celebres, nihil causae video quam ob rem quid mutetur.

Ibid. *Κωνσταντία*] Salamis est, quam insulae metropolitin Ephesina synodus p. 779 et Imp. Leo in epist. tom. 9 concil. Labb. p. 267 imponunt. de ea abunde Io. Meursius l. I Cypri c. 20.

Ibid. *Ταμασός*] sic praeter Ptolemaeum Strabo. Constantino imperatori *Ταμασός*, cui Nonnus Dionys. 13 445 et Epaphroditus πόλεως *Ταμασοῦ* concil. Chalcedon. p. 670 ad stipulantur. cum vero *Ταμασιωτῶν* sit apud Goltzium nomen, non dubium est quin id praestet. adde Ovidium Metamorph. 10 644.

Ibid. *Κίτιον*] aberat stadiis 200 Salamine apud Diodorum 20 p. 785. de eo praeter Meursium l. 1 c. 10 Bochartus Phalég. 3 5.

Ibid. *Ἀμαθούς*] hoc malim ex mss Lugdun. et Constantino: nam *Ἀμαθουσία* gentile est, cui si πόλις addatur, ferri poterit. Helioderus πόλεως *Ἀμανθούωνος* est in Chalcedon. p. 670.

Ibid. 17. *Κούριον*] et hoc ex Constantino praefero, cuius episcopus Curiensis in Ephesino p. 779 appellatur. Ch. Cellarius G. A. 3 7 p. 273 nostri *Κόριν* cum Plinii Corineo

aliquid commune habere suspicabatur, quod ego, cum dubiae sit fidei, et Constantinus *Κούριον* hinc depromserit, hac accessere nolim.

397, 17. Πάφος] Cyprum insulam huic urbi cognominem fecisse Servium Isidorum atque alios, Anton. Itiner. p. 526 adscriptus. Ovidium addo *Metamorph.* 10 297: *illa Paphon genuit, de quo tenet insula nomen.*

Ibid. Ἀρσινόη] recte Constantinus. olim haec urbs Marium erat, Stephano teste; estque eius rex apud Diodorum 19 p. 701: ὁ δὲ Κιτιεύς καὶ Λαπίθιος, ἐπεὶ δὲ Μάριος καὶ Κερωνίτης τὴν πρὸς αὐτὸν φιλίαν συντίθεινται. ubi tamen *Μαριεύς* oportuerat: id enim urbis gentile. eundem *Στασιόικον τὸν βασιλέα τῶν Μανίων* p. 704 et *Στασιόικον τὸν τοῦ Μαλιέως* p. 719 vulgo libri appellant, rectius utrobique *τῶν Μαριέων* nuncupaturi. scio Ch. Cellarium G. A. 3 7 p. 273 posteriorem advocasse, ut *Μάλον* eiusdem Diodori 12 p. 73 tueretur; quod cum nusquam alibi sit lectum et *Στασιόικος* Mario imperaverit, putem ad eandem formam esse reāgendum. nam Arrianus, cui testimonium Io. Meursius 1 13 denuntiavit Mali caussa, nihil prodest: meminit sano de *Exped. Alexand.* 3 20 Solorum et Malli, quae Ciliciae oppida fuisse nemo ignorat. adde Iac. Gronovium, mihi consentientem, in *Scylacem* p. 98.

Ibid. Σόλοι] Acta Auxibii c. 1 pagum Limna M. P. 4 ab urbe semovent et *Σολίων πόλις* appellant, et iure: nam *Σόλιοι* ab hac urbe, sicuti ab eiusdem nominis in Cilicia *Σαλεῖς*, appellabantur, qua de re supra ex Arati Vita. Galenus *ἀπλ. φαρμακ.* 9 p. 125. τῶν ἐν Κύπρῳ Σόλων meminit et metallorum, quae stadiis 30 ab oppido aberant.

Ibid. Λαπίθος] non aliter Acta Auxibii c. 1, Ptolemaeus, Didymus *πόλεως Λαπίθου* in Chalcodon. concil. p. 670, et βασιλεὺς *Λαπίθιας* apud Diodorum 19 p. 719 et *Λαπίθιος* p. 701. tamen cum *ΛΑΠΗΘΕΩΝ* numus sit apud Goltzium, et veterum plures, a Meursio 1 12 conducti, *Λαπηθον* vocent, id malim.

Ibid. Κιρβοσία] Constantino l. 1 Them. 15 *Κερμία*, quam Io. Meursius 1 9 a Ceronia sive Cerunia haud differre autumat. at eam post deinde Hierocles et Constantinus recensent; quare, donec felicior manus vitium deteraserit, *Cremascan* arbitrabor, qua de Nonnus 13 455:

οἱ τ' εἶχον *Κρεμάσιαν*, ἀλυστὰς οὐδας ἀρούρης.

Ibid. 18. Κύθροι] *Κυθηρία* Carolus a S. Paulle margini editionis suae adscript, favetque Constantinus; quae tamen conjectura, quoniam hoc nomine urbem Cyprum igne-

ravit, ut bene contra Meursium Ch. Cellarius G. A. 3 7 p. 382 asseruit, relicula esse debet. intelligitur mediterranea insulae urbs, quae *Χύθροι* aliis et concilio Chalcedon. p. 671. cum nostro facit Spyridon praesul *Παλαίας ἤτοι Κύθρων* in Nicaeno secundo p. 351 et 571.

397, 18. *Καρπύσιον*] ex Constantino recepimus, sententiam L. Holsteinii in Stephanum secuti ob Plinii 5 31 *Carpasium*. ceteri *Καρπασίαν* probant.

Ibid. *Κυρήνια*] *Κυρήνεια* Constantino, Stephano in *Πηγή* dicitur *Κυρήνια*, quam Berkelius imprudenter *Κυδωνίαν* esse iussit, Cretam cum Cypro confundens. nec dissentit Menologium Carisianum VI Maii. verior tamen, nisi diversa fuerint urbes, erit *Καρυνία*, cuius rex *Κερυνίτης* Diodoro dicitur 19 p. 701, etsi male p. 704 *Κερυνία* et p. 719 *Κερυνία*. putarem non aliam etiam esse 20 p. 788 *Ούρανίαν*, nisi illius patrocinium Nonnus profiteretur 13 452: *καὶ Ούρανίης πέδον ἔδρης, αἰθέριον κενεῶνος ἐπιώνυμον*. ubi cum aetherium ventrem vertunt, non bene ad Nonni consuetudinem dictionemque animum advertisse videntur. *αἰθέριον κενεῶνα* ipsum appellat coelum, ut 9 82 *χθόνιον κενεῶνα* terram, et 41 3 *ὄλης κενεῶνας ἀρούρης* agros, quamquam, ut vere dicam, satis insolenter.

Ibid. *Τριμιθούνητων*] Ch. Cellarius G. A. 3 7 p. 276 *Τριμιθούνητων* legi posse arbitratur, sicuti ex *Hydras* fit Latinae *Hydruntum*, ex *Sipus* *Sipuntum*; cui, si usquam *Τριμιθούνητων* legeretur, haud difficulter adstipularer. videntur librarii ὁ *Τριμιθούνητων* dedisse, ut eius episcopus, sicuti in aliis *Notitiis* assolet, intelligeretur, male tamen, siquidem haec ab ecclesiastica distat.

Ibid. *Λευκωσία*] diversis haec nominibus fuit usa. Hieronymus *Catal. Script. Eccles.* c. 92: *Triphyllius, Cypri Ledrensis sive Λευτεῶνος episcopus, eloquentissimus suae aetatis et sub rege Constantio celeberrimus fuit*. Sozomeno H. E. 1 10 *Triphyllius τῶν Λεδρῶν* dicitur; quem hinc fuisse ex *Actis* eius c. 1 colligo, ubi *Τριφύλλιος ἐπίσκοπος Λευκωσίας, τῆς νῦν μητροπόλεως Κύπρου*. et c. 3: *ψῆφφ θεία τῆς Καλλινηκῆσεων μὲν πρὶν, νῦν δὲ Λευκωσίας προχειρίζεται*. non diffiteor Papebrochium tom. 2 Iul. p. 682 duos nobis *Triphylios* esse commentum, quorum alter *Ledrorum* alter *Leucosiae* fuerit praesul; qui si ad ea attendisset quae ex *Actis S. Spyridonis* *Lambecius Bibl. Caesar.* 8 p. 311 excerpit, eam haud dubie coniecturam damnasset: inibi enim *Τριφύλλιος ἐπίσκοπος τῆς Καλλινηκῆσεων πόλεως ἤτοι Λευκῶν θεῶν ἀγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας*, quae perspicue docent in *Triphyl-*

Num Spyrthoensis aequaltem ea omnia convenire, atque eandem proceris esse Ledrorum Callinicensium et Leucosiae urbem, imo vero in Hieronymi catalogo non *Λευκοῦ* sed *Λευκῶν* *θεῶν* rectam esse.

397, 19. *ὁπὸ ἡγεμόνα*] praesidem Diocletiano imperatore Isauriam habuisse Theodorus Iconiensis in epistola, quae tom. 3 Iul. ab Antwerpiensibus est vulgata p. 26, ostendit. Notitia imp. Orient. eum non habet, sed comitem rei militaris Isauriae, cuius etiam Ammianus 14 2 et 19 13 commemorat. puto et praesidem et comitem habuisse, quorum hic rei militaris curam gereret et Isaurorum atrocinita compesceret, ille vero rem civilem curaret. Iustinianus dein Novella 28 utramque administrationem coniunxit et uni comiti mandavit.

Ibid. *Σελύκεια*] provinciae metropolin Theodoretus H. E. 2 26 facit, et maxime Basilius Seleuciensis extremo l. 1 de Vita S. Theclae: *πόλις δὲ ἐστὶν αὐτῆ τῶν τῆς ἐρίας ὁρίων ἐν προσιμῆ κειμένη, προεδρεύουσα δὲ καὶ προκαθεζομένη πάσης Ἰσαυρίδος πόλεως, πρόσσικος θαλάττῃ, ποταμοῦ γειτῶν. Κάλυδνος ὄνομα τῷ ποταμῷ, ἐρχομένη μὲν ἀνωθεν ἀπὸ τῶν τῆς Κητίδος μυχαιάτων χωρίων.* quae et metropolin fuisse et maritimam ac Calycadno, quem Calydnium appellat, id quod Stephanus in *Ἰσρία* prodit firmans, vicinam. addit dein tanto splendore atque amoenitate esse ut multas exsuperet et quibusdam exaequetur, cum Tarso autem, elegantissima urbe, montibus, situ, aëris temperie, fructuum copia et rerum venalium abundantia aliisque ad elegantiam et utilitatem rebus de palma certet. celebrari in urbe quotannis varia ludorum genera, quae Olympia appellent, et in quae non immerito *orat.* 27 p. 148 invenitur. Zosimus 1 27 *Σελύκειαν τὴν μετὰ Κιλικίαν* vocat, et Apollinis Sarpedoni, in quo oracula redderentur, templo insignem fuisse, cuius et Basilius Vitae Theclae 1 p. 275 et de Mirac. Thecl. 2 2 et 26 mentionem fecit. perperam *Σελύκεια ἢ ἐν Καισαρεία* in Symeonis Stylitae Actis c. 25 tom. 5 Maii p. 384. rectius *Seleucia Τραχίτια* aliis, quod in Isauria *Τραχίτια*, de qua Candidus apud Photium cod. 79, esset.

Ibid. 20. *Κλεοθέρη*] *Καλένδορις* est, quae Celenderis Melae, quamquam Citandaris ms D'Orvilliani ad Celenderim propter est. condita est a Sandoco sive Sandaco, si Apollodorus Bibl. 3 p. 193 ad eum meretur, patre Cinyrae, quam ex Pharnace, quam Apollodorus *Θανάκη* vocat, genuit. vide Hesychium in *Κενύρας* et Suidam in *Καταγγήσας*, ubi mallem nihil a Kastero mutatum.

397, 20. Ἀνεμούριον] sita erat in eiusdem nominis promontorio, olim Ciliciae contributa. meminerunt urbis Acta S. Barnabae, quae Ioannes, eius comes, videri vult digressisse, tom. 2 Iun. p. 432: refert se cum Barnaba Laodiceae in Syria navim, ut Cyprum peterent, conscendisse, adversoque conflictatus fuisse vento. sed ipsum quid dicat audire est operae pretium. ἤλθομεν ἐν τῷ Κορασίῳ. ἐκεῖθεν δὲ ἤλθομεν εἰς Παλαιάς τῆς Ἰσαυρίας, καὶ ἐκεῖθεν ἐλθόντες ἐν τῇσιν τινὶ Πιτυουσίᾳ καλομένῃ. ἐκεῖθεν δὲ παρεπλευσαμεν τὰς Ἀκονησίας, καὶ ἤλθομεν ἐν πόλει Ἀνεμουρίῳ. ubi observari velint insulas Pityusam et Aconesias, vix alibi obvias; praeteres Corasium idem ac Pseudocorasium esse Stephani et Παλαιάς Palaeas ab Ammiano bene describi, etsi male eius libri Palaeas vocent, 14 2.

Ibid. Τιτιουπόλις] habet urbem Constantinus I. I Theod. 13, quam Domitius praesul Τιτιουπόλεως τῆς Ἰσαυρῶν ἐπαρχίας concilio Constantinop. tertio p. 671 firmat.

Ibid. 21. Λάμος] situm ad eiusdem nominis amnem habebat, unde et vicina regio Λαμοῦτις apud Stephanum in Ἀντιόχεια. vide Nicaenum secundum p. 599.

Ibid. Ἀντιόχεια] posita in Lamotide erat, quamobrem Ἀντιόχεια τῆς Λαμοῦτιδος in concilio Chalcedon. p. 528 dicitur, et quidem in colle circa mare, ut Theophanes Chronograph. p. 119 docet: τοῦτῳ τῷ ἔτει, inquit, Λογγίνος τις ὁ λεγόμενος Σελινοῦντιος, τὴν Ἀντιόχειαν τῆς Ἰσαυρίας οἰκῶν, ἐπὶ τινος ὄρους κειμένην ὑψηλοῦ κατὰ τὴν μεσημερινὴν τῆς χώρας θάλασσαν, εἰσήγεν τοὺς Ἰσαυροὺς τὰ τροφίμα. mons, cui imposita erat, Cragus dicebatur, ut Ptolemaeus docet.

Ibid. Ἰουλιουσεβαστή] huius episcopus in Synodica provincialium epistola tom. 9 Concil. Labb. p. 319 Sebastianus Sebastiae dicitur: nam quod Carolus a S. Paulo vitium ibi suspicatur, atque ex Cilicia prima eam inter Isauros migrasse, id hac Notitia falsi arguitur.

Ibid. Κέστροι] Epiphanius πόλεως Κέστρων est in Chalcedon. p. 659, qui pessime p. 573 Κέστρων τῆς Συρίας, pro Ἰσαυρίας, scribitur. Ptolemaeo Κλῦστρος, et in Palatino et Coislin. mss Καῦστρος, unde Κέστρος formari oportet.

Ibid. Σελινοῦς] Traianopolin, quod Traianus ibi vitae finem habuisset, dictam fuisse ex Ulpiano Xiphilinoque compertissimum habemus. rediit dein pristinum urbi nomen, cuius situm egregie describit Basilius Seleuciensis Mirac. S. Theclae 2 11: Σελινοῦς ἐστὶ πόλις μικρὰ μὲν καὶ θφάλιος, μεγίστη ποτὲ καὶ εὐδαιμονοῦσα τὸ πρὶν ἐπ' εἰρήνης, ἐπίφθορος δὲ καὶ τότε καὶ νῦν οὖσα τοῖς πολεμίοις. parvam suo tempore ait urbem esse et maritimam, olim cum pax esset,

magnam et felicem et propterea hostium invidiae expositam. ταύτην, περγίτ, τοιγαρουν και θάλαττα μὲν ὑποζώνουσι ὡσπερ τις περιεληλαμένη τάφρος ἀχειροποίητος, και κρημνός δὲ ὑπερανεστηκώς, καθάπερ τι κρήνος κεφαλὴν, φυλάττει τε και οὐ ποιεὶ πολεμίοις ἐπιδρομον. itaque cum mari, tamquam a natura facta fossa, fuerit incincta, et prærupta rupes eam, ut caput galea, defenderit, apparet munitissimo fuisse loco. vide Corn. van Binkershoek Observ. Iur. 5 21.

397, 21. Ἰωάνη] ita mss. Ptolemaeo Ἰωάνη et Chalcedon. concil. p. 659. vide H. Norisium dissert. 2 de Epochis p. 135.

Ibid. 22. Διοκαισάρεια] eius episcopus Ioannes πόλεως Διοκαισαρείας in Chalcedon. p. 659 dicitur. vide Norisium dissert. 5 de Epoch. p. 562.

Ibid. Ὀλβη] non multum a Seleucia separatam fuisse Basilius Mir. S. Theclae 2 8 significat, ἀστυγείτονα πόλιν, ἣ ὄνομά ἐστιν Ὀλβα, appellans. Theodorus πόλεως Ὀλβης τῆς Ἰσαύρων ἐπαρχίας Constantinop. tertio subscripsit. plura in Anton. Itin. p. 212.

Ibid. Κλαυδιούπολις] colonia erat a Claudio deducta, Ammiano teste 14 8, olim, si Theod. Ruinartus ad epist. Theodori Iconiensis Act. Sincer. p. 478 non fallit, Isaura. falsum tamen puto, et Ammiani verbis non ut oportuerat intellectis deceptum: nam et Ptolemaeus et Hierocles et ipse Ammianus utramque distincte memorant. vide quem signavi locum cum Valesii nota. sita Chaudiopolis erat in Isauriae mediterraneis inque planitie inter duo Tauri iuga, μεταξὺ τῶν δὲ Ταύρων ἐν πεδίῳ κειμένη, inquit Theophanes Chronograph. p. 119.

Ibid. Ἰεράπολις] novit hanc Isauriae Hierapolin Chalcedon. concil. p. 674. fortasse et huc pertinet rarissimus Ἰεροπολιτῶν τῶν πρὸς τῷ Πυράμῳ numus Thes. Britan. tom. 2 p. 114: etsi enim Pyramus Ciliciae sit flumen, nihil impediet si ad eius fontes, unde et iuvenis specie in numo emergit, hanc urbem quaeramus atque extra eius provinciae terminos, praesertim cum plura veteris Ciliciae oppida Isauriae deinceps sint transcripta.

Ibid. Δαλισανδός] apposita erat monti excelso sed amoeni et irriguo, ad vilem et miseram conditionem redacta Basilii tempore. Δαλισανδός ἐστι πόλις, inquit Mirac. S. Theclae 2 10, ἣ πόλεως εἶδωλον, ἐν τοῖς ἀφανέσει μὲν και ἀνωρύμοις ἀπερριμμένη. Credebatur a Sanda Herculis filio et Damalide esse dicta. idem Basilius Mir. S. Thecl. 2 15, de Eusebio et Hyperechio: και γὰρ ἐκ μιᾶς πόλεως ὄρημητο

της Δαμιλλίδος τε καὶ Σάνδα τοῦ Ἡρακλέους τοῦ Ἀμφικρότωνος. ad hanc enim urbem ea pertinere cum Tl. Hemsterhusio existimo, non ad Tarsum, quae Henr. Valesii in Ammiani. 14 8 erat sententia: etsi enim Ammiani Sandan viri doctissimi opinionem quodammodo patrocinetur, obstat tamen Damalis, quae cum Sanda coniuncta Δαμιλλισανδὸν et contracto Δαλλισανδὸν format: ne dicam Basilium Tarsi cum meminit semper honoris titulos addere, ut Vit. Theclae 1 p. 275 Τάρσος ἢ καλῆ, 2 10 ἢ μεγάλη, et 13 ἢ κάλλι καὶ μεγέθει λαμπρὰ καὶ εὐδαίμων. ad hoc, urbis apud Basilium conditor Sandas Herculis filius fuit, cum Ammiani Sandan ex Aethiopia sit profectus, vir opulentus et nobilis, et diversae propterea originis videatur. quod tamen urgere nolim, cum in heroum genere secum invicem saepe dissentiant veteres; certo non laudavero nec Valesii, qui pro *ex Aethiopia*, quoniam miss quidam *ex Aechio* scribunt, *ex Chio profectus* emendavit, conatum, nec Gronovii *ex Metachio* vel *Metachio* corrigentis. Sandes enim sive Hercules seu Herculis filius peregrinus fuit, et ex ultimis Indiae locis, quam cum Aethiopia saepe permisceri notum est, in Ciliciam invasit. docemur hoc a Nonno 34 198, cum Morrhœum, Indorum regis generum et copiarum ducem, Ciliciam domuisse ac Sandam inibi appellari perhibet: ὄθεν Κιλίκων ἐνὶ γαίῃ Σάνδης Ἡρακλέης κικλήσκειται εἰσέτι Μόρρηυς, ubi, ut a doctissimo Cumanæo quid mutaretur, nihil fuerat necesse, uti nec ad Harduino in Plinii 6 20: Indus enim fluvius, incolis Sandus appellatus, Herculi huic Indico videtur merito cognominis. nec Indis tantum Sandes in honore erat, verum et Persis, quos Agathias, cuius mihi indicium fecit Hemsterhusius noster, 2 p. 62 Herculem Sanden nuncupare testificatur. itaque si a Damalide et Sanda Dalisandus sit, vix mihi persuaderi poterit Δαλλισανδα urbem fuisse, tametsi testem citet Stephanus Capitonem l. 1 Isauricorum, unquam dictam. novi quid Victorinus Grammat. p. 2470, quid alii de *A* et *Δ* inter sese commutatis scripserint: sed alia hic et multo diversa est ratio: neque enim Damalin et Lamalin dixisse credibile est. potius arbitror in Capitonis Isauricis conformatione literarum *A* et *Δ* errasse librariorum, eaque ratione Δαλλισανδα esse nata.

397, 23. Γερμανικόπολις] inter Isauriae mediterraneas Constantinus l. 1 Them. 13 locat. Γερμανικούπολις τῆς Ἰσαυρίας concil. Chalcedon. p. 659.

Ibid. Εἰρηνόπολις] distinguenda haec est ab eiusdem nominis in Cilicia secunda urbe, ut studiose fit in Constantinop. secundo p. 670 et 671: nam et Paullus Εἰρηνονόπολις τῆς δευτέρας τῶν Κιλίκων ἐπαρχίας, et Georgius Εἰρηνο-

πόλεως τῆς Ἰσαύρων ἐπαρχίας subscribunt. Basilus Mirac. S. Thecl. 2 18 τὴν καὶ ἡμῶς Εἰρηνούπολιν, ut a Cilicia urbe distinguat, nuncupat.

397, 23. Φιλαδέλφει] est in Ptolemaeo et concilio Chalcedon. p. 650. sequentem legere non memini. habet Stephanus Isauriae urbem Μονόβας ex Capitone, quam nostram esse non finivero.

Ibid. 24. Λαρασός] puto Carolum a S. Paulo Ἀδρασὸν recte correxisse. Stephanus πόλεως Ἀδρασοῦ τῆς Ἰσαύρων ἐπαρχίας. eam urbem, male in Geographia S. neglectam, requirit Concil. Constantinop. tert. p. 671.

Ibid. Ζεῶδη] Σβίδη aliis Notitiis, Βίδη Chalcedon. Synodo p. 674.

Ibid. Νεάπολις] de hac nihil dixero, nisi Suidam eius nobis memoriam servasse in Ἰνδακος.

Ibid. Λαύζαδος] ita Constantianus l. 1 Them. 13, ubi eam in Isauriae mediterraneis fuisse adfirmat.

Ibid. 25. ἐπὶ κοινουλάριον] inscripta est Io. Chrysostomi epist. 139 Theodoro τῆς Συρίας κοινουλαρίῳ. vide et Enc. Gothofredum in l. 11 c. Th. de Cohortal.

Ibid. 26. Ἀντιόχεια] Coeles Syriae metropolin agnoscunt omnes. vide Spanhemium Dissert. 9 de Usu et Praest. Num. p. 586. hinc Eunapio in Libanio ἡ τῆς κοίλης καλουμένης Συρίας πρώτη πόλεως. quam illi dignitatem Theodosius primus ob motam seditionem, prorsus ut olim Severus imperator, abstulit et Laodiceae transscripsit, teste Theodoro H. E. 5 20, cui egregiam Io. Chrysostomus Homilia 17 ad Antiochen. p. 175 edit. nov. lucem feret.

Ibid. Σελεύκεια] auctori l. I Maccab. c. 11 8 Σελεύκεια παραθαλάσσια, cuius situm accuratissime descripsit Pelybius 5 59. Libanius τὴν Σελεύκου appellat, quod cum non animadverteret interpres, turpiter lapsus est in Antiochico p. 363, τὸν ἐκ τῆς Σελεύκου τυραννον (sic enim scripsit Libanius) tyrannum a Seleuco vertens. Eugenius intelligitur, qui Seleucia, cum imperio Diocletianus praeesset, tyrannidem invaserat; quo de egregie, ut solet, Henr. Valesius in Eusebii H. E. 8 6. Seleucensium numi superant plures, e quibus hic Gazae Wildianae notandus est; ΑΤΤΟΚΡ . . . ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟC. ΑΡΙCΤ. CΕΒ. ΓΕΡΜ. ΔΑΚ. et parte altera CΕΑΕΤΚΕΩΝ. ΠΙΒΙΕΡΙΑC. B. cum templo quattuor columnis suffulto, in cuius medio mons, infra quem ΖΕΤC ΚΑCΙΟC. huic similem in Thes. Frider. c. IX 11 cum Δ et in Num. Impp. Graec. Vaillantii p. 30 cum nota senarii re-

peries; quae litterae nec Traiani annos (obstant quippe Dacici atque Optimi tituli) nec novam designant aeram, cuius initium repetendum foret a Traiani pietate, quam Iovi Casio in iis partibus probaverit, quae cl. Liebe sententia: vetant Beroënsium numi, isdem Traiani titulis inscripti, inter Wildianos, quorum unus *ΒΕΡΟΛΑΙΩΝ. Β*, alter *Γ*, tertius, quem vir egregius Select. Numis. tab. XVII vulgavit, *Η* praefert, et Chalcidensium apud Vaillantium cum signis *Α* et *Δ*. neque enim, puto, vir doctus arbitrabitur ad omnes Syriae urbes eam aeram pervasisse, et passim Syros ex cultu Casii apud Seleucienses Iovis annos sub Traiano numerasse. forte verius monetariorum notae credentur, nobis nunc ignotae. de Laodicea dictum alias est.

397, 26. *Γάβαλα*] πόλις τῆς πρώτης Συρίας Io. Malalae tom. 2 p. 68. Theodoretō πόλις σμικρὰ καὶ χαρισιστάτη Hist. Religios. c. 28. vide Ant. Itin. p. 148.

Ibid. 27. *Πάλτος*] aberat 20 M. P. Laodicea. vide Ant. Itin. p. 147. Iustinianus hanc et Laodiceam et Gabala, Antiochiaē quodammodo adeptas, novae provinciae, cui Theodoriadis nomen fecerat, praetereaque ex Syria secunda Bala-neas contribuit apud Io. Malalam tom. 2 p. 163.

Ibid. *Βέροια*] de hac et Chalcide disputavimus ad idem Itiner. p. 193. obiter hic Socrati auxilium feremus § 16. ἐν Ἰμμοστάρ, inquit, οὗτω καλουμένῳ τόπῳ, ὃς κείται μεταξύ Χαλκίδος καὶ Ἀντιοχείας τῆς ἐν Συρίᾳ, Ἰουδαῖοι συνήθως ἑάντοῖς παίγμα ἐπιτέλουν τινά. flagitiose enim corruptum est vici nomen, in quo scelus quod Socrates enarrat Iudaei patrarunt. lege ἐν Ἰμμοῖς γάρ, et vicum habebis, 20 M. P. a Chalcide disiunctum apud Theodoretum Hist. Relig. c. 7 atque in Tabula Peutingerorum. firmat coniecturam, etsi in vocabuli numero et genere dissentiens, Theophanes Chronograph. p. 71: τούτῳ τῷ ἔτι Ἰουδαῖοι εἰς τὸ Ἰμμον παιδίον Χριστιανὸν συλλαβόντες, et Cedrenus, quamquam per παιδίον Theophanis in errore impulsus, p. 276: Ἰουδαῖοι εἰς τὸν Ἰμμον πεδίον Χριστιανὸν παῖδα συλλαβόντες. fecit ex vicinia soni τοῦ παιδίου et πεδίου Immu campum, quem, si ad haec attendisset Abr. Ortelius, circa Byzantium non quaesivisset.

Ibid. 28. ἐπὶ ἡγεμόνα] distracta haec est provincia a Coele Syria, ut Euagrius H. E. 3 §2 docet, et quidem, si qua Malalae tom. 2 p. 69 fides, a Theodosio secundo, quem et Apamiae ius metropoleos dedisse adfirmat, praesidi paruisse Notitia imp. Orient. c. 1 monere haud neglexit.

Ibid. Ἀπάμια] provinciae erat metropolis, quamobrem

τοὺς ὑπὸ Ἀπάμειαν ἱερέας, episcopus huius urbis metropolitanae subditos, Euagrius H. E. 3 34 appellat. erat circa urbem vicus, χωρίον, cui Μάρατος Ζαβδύλης erat nomen, tom. 11 Concil. Labb. p. 403 et 408 memoratus: vicinos ille habuisse videtur Maratocuprenos, de quibus in Ammian. 28 2, adfirmatque primam tituli grassatorum illorum, de qua dubitatum vides, partem. sequentes tetigimus in Anton. Itiner. p. 187.

397, 29. Μαριάμη] sic et Ptolemaeus. Arrianus Exp. Alex. 2 13 Μαριάμμη, Concil. Acta Μαριάμμη vocare ad-sueverunt. vide Synod. Constantinop. sub Menna tom. 11 Conc. p. 402 et Chalcedon. p. 659. L. Holsteinus et Ch. Cellarius ex Alexandrino Chron. Κώμην Μαριάμμη, in qua Gelasius martyr fuerit contumulatus, cum hac urbe componunt; quod ut recte fecerint, vereor. plane proxime Heliopolin ibi collocatur, a qua Ptolemaeus hanc longius removet. provinciae quoque diversae sibi vindicant, hanc Syria secunda, illam Phoenice ad Libanum. de sequente Ant. Kin. p. 148.

Ibid. 30. Παφαναί] Παφαναί Ptolemaeo et Stephano, qui urbis gentile Παφανσώτης esse addit. Lampadius Παφαναίων πόλιος est in Chalcedon. p. 660, et Zoilus Παφανης in Constantinop. sub Menna p. 402, satis vitiose.

Ibid. Σελευκόβηλος] Seleucia est ad Belum sive amnem seu montem: neque enim alterutrum pro comperto est. vide Ch. Cellarium. G. A. 3 12 p. 420. sita erat in finibus Apamiensium. Theophanes Chronogr. p. 289: οἱ δὲ Σκλαβῖνοι τοῦτη προσρύντες ἀνὰ αὐτῷ ἐν Συρία κατήλθον, χιλιάδες πέντε, καὶ ᾤκησαν εἰς τὴν Ἀπάμειαν χώραν ἐν κώμῃ Σελευκοβόλῃ. Vertit Miscellae Hist. l. 19 auctor: porro Scлавини ad hanc confluentes cum ipso descenderunt in Syriam, numero quinque millia, et habitabant in Apamiensium regione in castello Seleucobori. unde vides legisse cum εἰς τὴν Ἀπαμείων χώραν, et bene; dein Σελευκοβόρα, quod ex Σελευκοβήλω natum est. Stephanus Σελευκόβηλον et Σέλευκον, περὶ τῆ ἐν Συρία Ἀπαμεία ἀρσενικῶς λεγομένην πόλιν, distinguit, perverse, si quid in his video: eadem enim est, et Σελευκόβηλος et Σέλευκος πρὸς τῷ Βήλω appellata, ac, uti vidimus, Apamiae, unde longius Seleucia Pierinae distabat, vicina.

398, 1. Εὐφρατησίας] olim Comagene erat. Procopius B. Pers. 1 17: χώρα γούν, ἣ ἐν Σαμοσάτων ἐκτὸς Εὐφράτου ποταμοῦ ἐστὶ, πάλαι μὲν Κομαγηνὴ ἐκλήθη, τὰ νῦν δὲ καταμῶ ἐστὶν ἐπώνυμος. et 2 20: ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν Κομαγηνῶν χώραν ὁ Χοσρόης ἀφίκετο, ἣν καλοῦσιν Εὐφρατησιαν. Augusto - Euphratesia in Chalcedon. p. 565 dicitur, et Leonii imperatori l. 10 c. de Divers. Offic. provincia facta est et a

Syria et Osdroëna dissociata iussu Constantini M., teste Malala tom. 2 p. 3. praeses eius est in Notitia imp. Orient. c. 1 et praesidiale officium Euphratense l. 2 c. Th. de Venat. Fer.

398, 2. Ἱεράπολις] metropolin huic provinciae fuisse praeter Imp. Leonem atque alios testis est Euagrius H. E. 6 19. quo nomine Arabibus et Syris sit, Imp. Constantinus Porphyrog. orat. de imagine Edess. p. 51 edit. Combesisii docet: εἰς τὸ κάστρον Ἱεραπόλεως ἐφθάσεν, ὃ τῇ μὲν Σαρακηνῶν φωνῇ Μεμμίχ λέγεται, τῇ δὲ τῶν Σύρων Μαβούκ. unde egregia Hydii in Itin. Peritz, p. 43 coniectura constabillitur, qua in Plinio 5 23 *Bambyce*, quae alio nomine *Hierapolis* vocatur, Syris vero *Mabog*, expulso atque ad tenebras damnato *Magog*, emendat. vide Alb. Schultens indicem Bohadino annexum, in Manbesium.

Ibid. Κύρος] Cyrestana civitas Imp. Iustiniani epistolae Collat. 7 Concil. Constantinop. sec. p. 219. cives D. Pappbrochius Cyropolitano, qui Actis Iuliani οἱ τῆς πόλεως Κύρου, tom. 2 lun. p. 178 appellat, haud recte. vide Ant. Itin. p. 189.

Ibid. Δολίχη] πολίχνη μικρὰ Theodoreto H. E. 5 4, Δουλικία Theophani Chronogr. 354; ad quem modum Philoxenus Dulichii episcopus in Collat. inter Catholicos et Severianos tom. 11 Concil. Labb. p. 137. plura supra p. 184, ubi de Zeugmate etiam et Germanicia.

Ibid. 3. Περρῆ] Liberatus Diaconus Breviar. c. 13 ecclesiae Parensium Sabianum fuisse ait episcopum, quem Perrensiensis fuisse Acta concilii Chalcedon. tom. 9 Conc. Labb. p. 106 clamant. v. Ant. 1 p. 210.

Ibid. Νικόπολις] non aliam esse puto atque eam quam Iosua Stylites in Chron. Syriaco sub Imp. Anastasio vehementi terrae tremore corruisse refert tom. I Bibl. Orient. Assemani p. 271, nec diversa fortasse est Itin. Ant. p. 190.

Ibid. Σενναρχαία] Σηνή ἀρχαία. viderint peritiores an loco nomen venerit a tentoriorum copia, et quid Σαλυενορατίξενον sibi velit.

Ibid. Σύριμα] putares Συρά sive Σούρον, ut Euagrius H. E. 4 25, urbem in Euphratis ripa positam (Vita Symeonis Stylitae c. 26: ἦν τις ἐν Συροῖς στρατιώτης, πολίχνην δὲ τι τοῦτο τῶν ἐπευφρατιδίων), nisi propius abessent Οὔριμα, pro quibus Οὔρημα editus Ptolemaeus, sed hinc et ex Coislin. ms adiuvandus. Ὅριμα et Ὀριμα Chalcedon. concil. p. 676. erat Euphrati adsita, unde *castellum Urima Euphrati accubans* in veteri codice Syriaco tom. 1. Biblioth. Orient. p. 172 Assemani.

378; 4. *Ἐβρωπός*] *Iosua Stylites castrum* ait *Europus*, quod in provincia *Mabugensi*, sive *Hierapolitana*, ad occidentem *Euphratis* est positum *Bibl. Orient. tom 1 p. 232*; cui *Procopius Fabr. Iustinian. 2 9* et *B. P. 2 20* adscitur. merito ergo *Lucianus* insulsum scriptorem *historiarum* taxavit, qui de urbe hac ἡ δὲ *Ἐβρωπός* κείται μὲν ἐν τῇ *Μεσοποταμίᾳ* σταθμούς δύο τοῦ *Ἐβρωπίου* ἀπέχουσα, ἀπὸ τῆς αὐτῆς *Ἐδεσσαίου*. *Europus sicut quidem est in Mesopotamia, mansionibus ab Euphrate duabus disiuncta, et ab Edessenis condita.* nomen est a *Macedonibus*, qui urbium patriae suae nomina oppidis *Syriae* indiderunt. vide *Appianum Syriac. p. 201* et *Abr. Berkelium in Stephan. Ἐβρωπός*, ubi commixta videbis quae longo terrarum situ distinctissima fuere.

Ibid. 5. Ὀσροήνης] *Ὀσροήνης* nomen provinciam ab *Osroë* *Procopius B. P. 1 17* accepisse memorat, nec multam, ut alias observavimus, ab eo dissidet *Dionysius Patriarcha* provincia post *Constantinum* a *Mesopotamia* videtur divisa, qua de re *Norisius diss. 2 de Epoch. p. 110.* praeses *Osroënes* est in *l. 105 c. Th. de Decur. et Notitia I. O. c. 1.*

Ibid. Ἐδεσσα] provinciae metropolis fuit, περιβόητος τῆς *Ὀσροήνης* ἐπαρχίας μητρόπολις *Theophani Chronograph. p. 146. Acta S. Thaddaei apud Lambecium Bibl. Caesar. 8 p. 202: ἦν μὲν ἀπὸ Ἐδέσσης τῆς πόλεως, μητρόπολις δὲ ἐπάρχου αὐτῆς, Ὀσροήνη καλουμένη, Ἀρμενοσύρων μεσόγειος: quae cum urbem Osroënem vocitant, videri possent vitiosa, nisi et *Syri Orrhoam* et *Osrhoam* appellarent. vide *Anton. Itin. p. 165.**

Ibid. 6. Κωνσταντία] *Κωνσταντίνη* aliis, *Suidae Κωνσταντία*, cuius episcopus *Sophronius* est in *Actis synodi Antiochenae*, intextis *Actioni 14 concilii Chalcedon. tom. 9 Concil. p. 120:* olim *Nicephorium* dicebatur, *Stephano teste, Syris autem Tela κῆρη*, quod utrumque nomen mutavit *Constantii imperatoris* iussu, quemadmodum *Chron. Edessenum tom. I Bibl. Orient. p. 395* refert, quod vero a *Chronici* auctore additur, quae olim *Antipolis* dicebatur, non mihi satis rectam videtur. succurrit *Ammianus 18 9*, ubi *Amidam* et *Antoniopolin*, prorsus ut scriptor *Edessaeus*, eodem tempore a *Constantio* instauratas fuisse memorat. male itaque *Assmann* dissert. de *Monophysitis tom. 2 Bibl. Orient. ex Antipoli* facit *Anthemusiadem Taciti* sive *Anthemusiam* aliorum, reprehenditque *Ch. Cellarium*, qui *Stephanum Suidamque* sciat *Nicephorium* a *Constantina* nihil differre recte affirmaverat. aberat ad occasum *Nisibis* et septentrionem *Amidae* stadiis 56, si quae fides *Theophani Chronogr. p. 124; quae sac,*

nisi culpa recidat in librariorum, exigua esse debet: longius enim intervallum in eas urbes interiectum fuisse Peutingerorum Tabula vetat dubitare. vide etiam Procopium Aedif. Iustin. 2 5.

398, 6. Θεοδοσιούπολις] posita erat ad flumen Chaboram loco munito. Procopius Fabr. Iustin. 2 5: Θεοδοσιούπολις ἢ παρὰ ποταμὸν Ἀβόρραν γῆς τῶν Ῥωμαίων προβεβλημένη. distinguenda ergo ab altera eiusdem est nominis urbe in Armenia, qua de Fabr. Iust. 3 5.

Ibid. Κάρραι] recte ita codex Laodamensis. urbem Christiani, quod cives sacris paganorum deditissimi essent, Ἑλλήνων πόλιν vocarunt. libellus Samuelis et reliquorum presbyterorum contra Ibam tom. 9 concil. Labb. p. 37: οὗτοι ἐχειροτόνησαν Δανιῆλον τὸν αὐτοῦ ἀδελφίδου ἐπίσκοπον τῆς Ἑλλήνων πόλεως. ubi eos Carras intelligere libelli principium ostendit: συνήλασαν ἡμᾶς, inquit, ἐπὶ τῆνδε τὴν κατηγορίαν εἰσεῖν αὐτοῦ τε καὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Δανιήλου, καὶ αὐτοῦ ἐπισκόπου Καρρήνων πόλεως, tametsi male ἀδελφός Ibae frater Daniel vocetur, qui ἀδελφίδου sive fratris Ibae filius fuit. peius vero commonitorium Damascio tribuno missum p. 26 Δανιῆλον τὸν εὐλαβέστατον Θεοδοσιουπόλεως ἐπίσκοπον nuncupat: neque enim ille Theodosiopolitanus fuit praesul, sed Ioannes; quare verius vetusta versio et *Danielem Car-rhenorum civitatis episcopum, et Ioannem reverendissimum Theodosiopolitanum episcopum* praefert. consentit in Carrarum illo titulo scriptor Syrus Vitae S. Ephraëmi, qui tom. I Bibl. Orient. p. 51 de Iuliano: *et divertit Carras, urbem paganorum refertamque simulacris.* vide itaque hucine referri oporteat l. 8. c. Th. de Pagan, qua Theodosius duci Osdroënae scribit: *aedem olim frequentiae dedicatam, coetui etiam, populo quoque communem, in qua simulacra feruntur posita, artis pretio quam divinitate metiendā, iugiter patere publici concilii auctoritate decernimus.* mihi sane, tametsi pro Edessa Gothofredus disputaverit, aedes illa Carris fuisse videtur, praesertim quod Edesseni, ut ex eorum chronico Syriaco patet, Theodosio imperatore sacrorum Christianorum essent studiosissimi atque a simulacris aversissimi. plura Ant. Itin. p. 193 et de Batnis p. 190.

Ibid. Νέα Βαλεντία] nusquam, quod quidem recordor, hanc Valentiam reperire potui. videtur e castellis fuisse quae Euphrati assidebant.

Ibid. 7. Λιοκόπολις] praestiterat ἢ καὶ Καλλίνικος, quomodo Libanius Theodoretus Procopius atque alii, iam ante ad Ant. Itin. p. 191 appellati. urbem restauravit Imp. Leo

circa a. 466, suoque nomine insignem esse voluit, uti Chron. Edesseno tom. I Bibl. Orient. p. 405 perscriptum. adde Assemano notata tomi eius p. 258.

398, 7. Βίρθα] *Virta munimentum valde vetustum, in extremo Mesopotamiae situm* Ammianus 20 7 memorat, quod cum BIRTHA videatur Ptolemaei ad Tigrim, nostra esse nequit. forte haec latet in Binta, cui in Osdroēna locum dedit Notitia imp. Orient. c. 169.

Ibid. 8. ἐπαρχία Μεσοποταμίας] praesidi quoque partem in Notitia imp. Orient. c. 1. quod vero una illi urbs Amida datur, id ne librariis acceptum referri oporteat vereor: erant quippe Hieroclis aetate plures in ea provincia urbes et castratella. Daras paulo ante muniverat Imp. Anastasius apud Euagrius H. E. 3 37, ne de arcibus dicam, quas Procopius de Fabr. Iustina. 2 4 describit.

Ibid. 9. Ἀμιδα] πόλιν δρυρὰν τῆς μέσης τῶν ποταμῶν Euagrius H. E. 3 37 appellat. situm signat Ammianus 18 9, Procopius atque alii, quos nunc praeterco. id quaeram, tametsi ab instituto recedat, verumne sit Nisibin, celebrem olim huius provinciae urbem, Σιβάνοлин fuisse nuncupatam. abiit in hanc opinionem D. Papebrochius tom. 5 Iun. p. 15 ad vitam S. Febroniae, in cuius Actis c. 1 Σιβάνολις, ἧτις δέκαται ἐν ὁρίοις τοῖς πρὸς τοὺς Ἀσσυρίους. censet vir doctus Syrorum sermone Nisibin et Sibapoliū rem eandem significare; quod, puto, nunquam probabitur. nihil quoque in Actis, unde Nisibin intelligendam esse colligas. ego τὴν Σιβάνοлин non aliam esse autumo atque eam quae Syris Sibabarech, cuiusque haud obscura mentio in Bibl. Orient. tom. 2 p. 361; Actorum autem Febroniae interpretem Sibacarech legisse et propterea Σιβάνοлин vertisse: Syris enim ܒܪܝܘ seu ܒܪܟܐ oppidum significat, et proxime a productione urbis Sibabarech, unde facilis errori via, distat. posita urbs erat intra Mesopotamiam, ut ea Acta ostendunt; quae res Assemano in disert. de Monophysitis tom. 2 Bibl. Orient. dubia atque incerta visa est. hoc obiter: nunc in viam redeamus.

Ibid. 10. Φοινίκης] haec est Φοινίκη παράλος, uti Euagrius 3 33 et Io. Malalae tom. 2 p. 73 dicitur. subditam fuisse viro consulari I. 52 de Decurion. et Notitia imp. Orient. c. 1 testantur. facta provincia est, sed multo amplior et Phoenicem secundam complexa, ab Hadriano apud Spartian. c. 14.

Ibid. 11. Τύρος] provinciae erat metropolis, quo titulo etsi in numis ante Hadrianum insignis est, Phoenice tamen a Syria devulsa, provinciae caput est imposta, ut Suidas in

Παῦλος Τύριος significat. vide Norisium diss. de Epoch. 5. p. 396 et Spanhem. Dissert. 9 de Us. de Praest. N. p. 588.

396, 11. *Βηρυτός*] metropolitano nomine ac dignitate civitatem Berytum exornaverat Theodosius secundus l. un. c. de metrop. Beryt.; qua re Eustathius urbis eius praesul accensus Phoenices urbes Byblon Botryn Tripolin Orthosiadem Arcas atque Antaradon sibi, utpote novae metropoli subiiciendas, vindicavit. contra venit Photius Tyriorum praesul, questusque est patribus Chalcedonensibus ab Eustathio iniuriam sibi illatam canonemque Nicaeni primi concilii quartum proterve esse proculcatum. patres secundum Photium litem dedere, iusseruntque Tyrum esse metropolin, Berytum vero nihil praeter ceteras provinciae urbes sibi sumere p. 622. adde Balsamonem in can. 29 Chalcedon. concilii apud Beveregium tom. I p. 148. plura Itin. H. p. 583 et de sequentibus Ant. Itin. p. 148.

Ibid. *Βόστρυς*] lege *Βότρυς* et *Βύβλος*, etsi *Βίβλος* sit in Actis Chalcedon. p. 618, *Βόστρυς* in Chronogr. Theophanis p. 193.

Ibid. 12. *Ἀρκαί*] recte mss, ut alias diximus. Aurelius Victor duplex illi nomen fuisse Arcae et Caesareae in Alexandro Severo asseverat; cumque urbs Libano fuerit vicina, uti Gesta Tancredi c. 105 indicant, haud spernenda videtur N. Haymii coniectura, qua numum *Καισαρίας Λιβάνου* huic tribuit tom. I Thes. Britan. p. 252.

Ibid. *Ὀρθωσιὰς*] *Ὀρθωσιὰς* vicina fluvio Eleuthero apud Strabonem 16 p. 758. vide Noris. Epoch. diss. 2. p. 103.

Ibid. *Ἀραδος*] uni episcopo Aradum atque Antaradum subditas fuisse Acta concil. Ephesini et Chalcedon. vetant dubitare; nec iusta tamen propterea haec Harduini animaversio. in Notitia, ait in Num. Ant. Illustr., *Hieroclius Aradus et Antaradus ceu duo diversa oppida, episcopati decore insignia, appellantur in provincia Phoeniciae paraliae sive maritimae, credo mendose, cum utriusque oppidi amicum fuisse antistitem merito suspicemur ex epistola Orientalium* 13 in auctario Theodoretii p. 564. neque enim ecclesiastica haec Notitia; nedum omnia oppida, quae Synecdemo comprehensa sunt, suos sibi episcopos hubuerunt. plura Itin. Ant. p. 148.

Ibid. *Κωνσταντίνα*] nusquam eam reperio, vereorque ne quid hic a librariis sit neglectum. si *Ἀντάραδος ἢ καὶ Κωνσταντία* legeretur, salva res foret: Constantius enim urbem instauratam suo nomine donavit. Theophanes Chronogr. p. 31: *καὶ πόλιν ἔκτισεν ἐν τῇ Φοινίκη, ἣν Κωνσταντίαν κέκληκεν, τὴν πρότερον καλουμένην Ἀντάραδον.* atque hinc

Atticus episcopus Aradiae Constantiae provincialium ad Leonem imperatorem epistolae tom. 9 Concil. p. 812 subscribit, ut iam ante diximus.

398, 13. Πρωιάς] codex Leidensis Πρωιάς, quo ego nomine oppidum in hac ora ignoro. si rectam est, potuit ex simili causa locus dici quo portus Troezenius Πρωίων, de quo Suidas. fortasse tamen Saltus Gonaticus, quem altae Notitiae in hac provincia agnoscunt, et cuius possessionum imp. Xen. l. 2 c. de Praed. Tamiac. meminisse, sub vocabuli involucre latet. vide Jac. Rhenferdii diss. de Angulo Arab. p. 821, nec crede tamen saltum Gonaticum esse angulum illum cavum ex concursu Libani et Antilibani ortum, de qua Strabo agat, ut ait: nihil enim huius in Strabone reperies. habet sane Bonfrerius ad Antilibanum Hieronymi, atque ex eo Rhenferdii, haec Strabonis e l. 16: *duo sunt montes, qui eam faciunt, quae Concavus Angulus dicitur, quasi inter se pares Libanus et Antilibanus, paullo ultra mare incipientes.* at si l. 16 p. 754 inspexeris, cavam quidem Syriam, nusquam eam angulum, invenies.

Ibid. Πανειάς] vitiose Σπανιάς in Vita S. Sabae, quam a Cyrillo conscriptam Cotelerius tom. 3 Mon. Gr. inseruit, p. 252. multo pelius in Actis Procopii, seu fabula potius, cum Caesarea Palaestinae metropoli sive Stratonis turre confunditur c. 3: *Καισαρείαν δὲ ταύτην φασὲν ἦν καὶ Φιλίππου καλεῖν εἰδώμεν. αὕτη δὲ καὶ Σράτινος μὲν πύργος τὸ πρότερον ἐκαλεῖτο: Φοινίκης δὲ Πανεία κατὰ νομᾶζουσι, ἀπὸ τοῦ γείτονος αὐτῆ ὄρους Πανέου τὴν ἐκωνομίαν θέμενοι.* quem eundem errorem scriptor Vitae Epiphanii erravit, dum c. 44 ex Cypro se navi Caesaream Philippi traiecissee narrat: *ἀπάραντες δὲ ἀπὸ Κύπρου ἀπεπλευσαμεν ἐν Καισαρείᾳ τῇ Φιλίππου.* neque enim Pancadem sive Caesaream Philippi appellere potuit.

Ibid. 14. Φοινίκης Ἀβανησίας] fuit provincia haec coniuncta superiori, donec a Theodosio M. distraheretur et suam sibi praesidem acciperet. vidit hoc H. Norisius ex conciliorum Actis dissert. 4 de Epochis p. 356, tametsi per errorem Arcadio originem huius provinciae tribuerit: Theodostum enim auctorem esse Io. Malala tom. 2 p. 39 perspicue docet. ὁ δὲ αὐτός, inquit, βασιλεὺς ἀπεμέρισε καὶ τὴν Φοινίκην Ἀβανησίαν ἀπὸ τῆς Πρωιάλου, καὶ ἐποίησεν ἐπαρχίαν, δοὺς δίκαια μητροπόλεως καὶ ἄρχοντα ὀρθοτάτην Ἐμεσση τῇ πόλει. quamquam quae de Emessa addit, a vero abeunt: neque ea enim metropolis provinciae, sed Damascus fuit. nec succurres homini, si civilem metropolin eam urbem factam dixeris, quo-

niam iura et dignitatis civilis privilegia ecclesiastica secum trahebant. sic cum Tyanis Valens ius metropolitanum contribueret, eius urbis antistes iura ecclesiastica statim sibi arrogavit; quae eadem res Eustathium Berytensem, postquam Berytus a Theodosio secundo metropolis esset constituta, ut sibi vicinas urbes subiceret, impulsisse videtur. id superest, ut honorariam metropolin Emesam, etsi verbis Malalae non satisfaciatur, creatam praefectis praesidem huic provinciae praefuisse Notitia imp. O. c. 1 ostendit. cave tamen haec referas cum Pancirolo c. 112 Notitiae eius praesidem provinciae Phoeniciae, ad quem Diocletianus l. 3 c. de Divers. Rescript. et Constantinus l. unico c. de Form. et Impetrat. sublat. mittunt. is totius Phoenices, antequam in duas secaretur, curam gessit, propterea PRAESES PROVINCIAE SYRIAEE PHOENIC. in inscriptione Sponissae Miscellan. p. 270, quae in paucis diversa et inter Gudianas p. LXLX 1 legitur, appellatur.

898, 15. Ἐμισσα] Ἐμισσα τῆς τοῦ Λιβάνου Φοινίκης πόλις Io. Malalae tom. I p. 391. vide Ant. Itin. p. 188.

Ibid. Λαοδίκεια] Laodicea est ad Libanum, de qua Ant. Itin. p. 198.

Ibid. Δαμασκός] provinciae erat metropolis, unde Theodorus episcopus τῆς μητροπόλεως Δαμασκῶ in Chalcedon. concil. p. 676, et in Actis Stephani Sabaitae c. 6 tom. 3 Iul. p. 555 ἡ ἐπίσημος καὶ πανευδαίμων μητρόπολις. plura alias.

Ibid. Ἐλιούπολις] diutissime huius cives paganicae superstitioni studuerunt. urbs ipsa altissimis montibus undique erat incincta. vide Theodoretum H. E. 4 22 p. 183 et Ant. Itin. p. 189, ubi et de Abila.

Ibid. 16. Παλμύρα] Theophanes πάλιν Φοινίκης Λιβανισίας Chronogr. p. 148, Procopius de Fabr. 2 11 Φοινίκης τῆς παρὰ Λιβανόν, et ab imp. Iustiniano instauratam prodit. Palladius Vit. Chrysostom. p. 194 Παλμύραν τὸ τῶν Περσῶν φρούριον, quod ad Persas compescendos commodissima esset, appellat, 80 ML. P. Emesa removens. fuit itaque in finibus Romanae Persicaeque ditionis, nec longe ab Euphrate, ut Appianus B. Civil. 5 p. 1079 ostendit. quare Ulpianus l. 1 D. de Censib. §. 5 prope barbaras gentes et nationes collocatam in provincia Phoenice ait, gentium et nationum nominibus vicinos Arabes Parthos ceterosque eius orae barbaros complexus. Cicero in simili re voces iungit de Provinc. consul. c. 9: celebrantur aures quotidie meae novis nominibus gentium, nationum, locorum. et c. 13: ceterae partes a gentibus aut inimicis huic imperio aut infidis aut incognitis aut

certe immanibus et barbaris et bellicosis tenebantur; quas nationes nemo unquam fuit qui non frangi domarique cuperet. neque aliter Velleius 2 110: gentium nationumque, quae rebellaverant, omnis numerus amplius 800 milia explebat. vide et c. 98 et Curtium in Sallustii Catilin. c. 10.

398, 17. *Παλαιστίνης]* excidit *πρώτης*: tres enim ordine recensentur Palaestinae, quarum et Imp. Theodosius in 1.30 c. Th. de Eroгат. milit. et Notitia imp. Orient. c. 1 meminit; quae res parum animadversa saepe doctis, quos Jac. Rheinfertius dissert. II in Euseb. Onomast. p. 788 ab errore revocare admissus est, negotium facessivit. iunctae fuere ad Arcadii usque tempora: nam quod Io. Malala tom. 2 p. 5 Constantinum M. Palaestinam tertiam provinciam constituisse asseverat, id Hieronymus Quaest. in Genes. c. 21 convellit, ante non grande tempus Palaestinam Salutarem, quae eadem ac tertia, ex divisione praesidum esse factam et dictam adfirmans. idem et hinc statuminatur, quod omnis Palaestina sub Theodosio M. uni proconsuli paruerit, quemadmodum ex Zosimo 4 41 liquet. vide H. Norisium diss. 5 de Epoch. p. 474. consularis Palaestinae primae est in Notit. imp. Orient. c. 1 et apud Palladium Histor. Lausiaca. c. 65.

Ibid. 18. *Καισάρεια]* metropolin huius provinciae caesus 7 Nicaeni primi apud Beveregium tom. I p. 68 et Hieronymus in epist. ad Pammachium agnoscunt; quae dignitas urbi mansit, postquam tres Palaestinae episcopo Hierosolymitano in Synodo Chalcedonensi tom. 9 p. 2 subditae, atque eidem iura patriarchalia fuerunt aucta, uti Novella 103 ostendit.

Ibid. *Δῶρα]* Stephanus maritimam hanc urbem egregie illustrat in *Δῶρος*. adde H. Relandum Palaest. 3 p. 739 et Probabil. nostrorum c. 25.

Ibid. *Λιόσπολις]* Lydda est. Cyrillus Hierosolymitanus Catech. 17 p. 204: *Λύδδα ἡ νῦν Λιόσπολις*. vide Itin. H. p. 600, ubi et de Antipatride.

Ibid. *Ἀζωτος παράλιος]* duplicem Azotum, si Notitias exceperis, vix alibi reperies. videtur Azotus mediterranea ea esse cuius Sacrae literae, Herodotus, Diodorus, Iosephus atque alii meminerunt. posita illa non longe a mari erat, nec illi tamen iuncta. Iosephus inde B. I. I 7 § 7 inter *ταῖς ἐν τῇ μεσογείῳ πόλις* recenset, et *ταῖς παραλίους* ab ea distinguit. idem facit Wilh. Tyrius Hist. Hieros. 12 6 et 15 24. nec dissentire videtur Fulcherius Carnotensis c. 52, qui praeterea suo tempore vicinam fuisse, quam Ibenum indigenae vocabant: forte is non alius est ac Iebna, qui H. Relando Palaest. 3 p. 608 molestus fuit. maritima Azotus prioris esse portus potest: quomodo Ascalon, etiam mari praetenta apud Wilh. Tyrium

17 22, suum sibi portum habuit, episcopo aequae ac Ascalon subiectum: subscriptum enim rescripto Ioannis Hierosolymitani ad Ioannem Constantinop. et Antonius Ascalonis et Stephanus Maiumae Ascalonis tom. 11 Concil. Labb. p. 376. Maiuma autem Ascalonis eius portus est, ut Maiuma Gazensium et Maiuma Alexandriae, quam alias, hactenus minus notam, illustrabo. de Eleutheropoli et ceteris, quas intactas praeterco, vide H. Relandum.

398, 19. *Αἰλία ἢ καὶ Ἱεροσόλυμα*] recte ita ms Lugdunensis. Aeliae nomen diutissime Hierosolymis haesit. Ioannes Chrysostomus orat. 5 in Iudaeos p. 645 ed. novae: ἐπειδὴ γὰρ Αἰλίος ὁ Ἀδριανὸς ἐχρημάτισεν, οὕτω καὶ τὴν πόλιν καλεῖσθαι ἐνομοθέτησεν, ἐκεῖθεν τε Αἰλία μέχρι καὶ νῦν ὀνομάζεται. plura, quae in Iustiniani usque aetatem eum urbi titulum durasse adfirmant, Beveregius in can. 7 Nicaeni primi coacervavit. adde Vales. in Euseb. H. E. 7 5.

Ibid. 20. *Λιβιάς*] olim Betharam, teste Eusebio, sed in Liviæ Augustae honorem novo titulo decorata. erant circa eam, trans Iordanem et 12 M. P. ab Hierichunte positam, balnea aquarum calidarum. Gregorius Turonensis Miracul. 1 18: *sunt autem et ad Liviada civitatem aquae calidae, in quibus Iesus Nave lavare solitus erat; ubi similiter leprosi mundantur. est autem ab Hiericho duodecim millibus.* qui locus situm egregie firmat.

Ibid. *Σεβαστή*] urbem hanc in Trachonitidem transportavit Io. Malala apud Io. Damascenum orat. 3 p. 368, ubi de Ioanne Baptista *καὶ ἀπέτεμεν αὐτὸν Ἡρώδης ὁ τοπάρχης, εἰς τὸ βασιλεῖον τῆς Τραχωνίτιδος χώρας, ἐν Σεβαστῇ τῇ πόλει.* paullo melius, nec tamen sine errore, in Chilmead editione tom. 1 p. 305 legitur *ὁ Ἡρώδης ὁ βασιλεὺς, ὁ Φιλίππου, ὁ τοπαρχῶν ἦτοι βασιλεύων τῆς Τραχωνίτιδος:* neque enim Herodes Trachonitidi, ut bene vir doctus, praefuit; et cui bouo ὁ βασιλεὺς ὁ τοπαρχῶν ἦτοι βασιλεύων coacervantur? forte ex Damasceno ita refingenda omnia: *Ἡρώδης ὁ τοπάρχης ἦτοι βασιλεύων τῆς Τραχωνίτιδος κ. λ.;* quo quidem modo erroris non absolvitur Ioannes, eripitur tamen graviori.

Ibid. *Ἀνθηδών*] Gaza stadiis 20 aberat, Sezomeno H. E. 5 9 auctore, mari proxima. Diocletianopoleos, si Notitias et Conciliorum Acta exceperis, rara mentio. vide H. Relandum Palaest. 3 p. 736.

Ibid. 21. *Συκαμάζων*] *Ἐύκομάζων* in Notit. Iac. Goari, Estomason in Notitia quae Wilh. Tyrio adiuncta est, Ascotom Gervasio Tilbergiensi tom. 2 Script. Brunsvicens. p. 760. nostrum rectum est, etsi situs eius ignotus.

396, 21. Ὀνοῦς] creditur esse Ono, de qua 1 Chronic. 8 12. sequentem habet Staphanus, quamquam nihil de loco quem occupaverit.

Ibid. 22. Γάζα] duplicem olim fuisse Gazam, quarum vetustior Apostolorum aetate fuerit eversa et deserta, ad Anton. Itin. p. 151 disputavimus. mecum sentit Hieronymus de Loc. Sac. quaeritur, inquit, *quomodo in quodam propheta dicatur Gaza futura in tumultum sempiternum. quod solvitur ita, anti- quae civitatis locum vix fundamentorum praeberere vestigia; hanc autem quae nunc cernitur, in alio loco, pro illa quae corruit, aedificatam.* cui oculato testi, et hac in parte aliis consentienti, cur fidem negemus? erat urbs Gordiasi imperatoris aetate sacra, sui iuris et admodum splendida, ut egressus hoc epigrammate inter Doniana Class. III. 45 docemur: ἀγαθῇ τύχῃ αὐτοκράτορα Καίσαρα Μ. Ἀντωνίου Γορδιανόν, εὐσεβῆ, εὐτυχῆ, σεβαστόν, κοσμοκράτορα, ἡ πόλις ἡ τῶν Γαζαίων, ἱερὰ καὶ ἄσυλος καὶ ἀυτόνομος, πιστῆ, εὐσεβῆς, λαμπρὰ καὶ μεγάλη, ἐξ ἐκκλύσεως τοῦ πατρῖου Θεοῦ, τῆν ἑαυτῆς εὐεργέτην, διὰ Τιβ. Κλ. Παπείρου ἐπιμελητοῦ τοῦ ἱεροῦ. id mirere, virum eruditum, qui inscriptionem Latinam fecit, in ea deum Enclyseum invenisse: vertit enim media ex *Enclyseo patrio deo*; qui nullus fuit et ex corrupta EN-ΚΑΥΣΕΩΣ voce natales accepit. fuit in marmore ENΚΕ-ΑΕΥΣΕΩΣ, certe esse debuit; quod ex iussu, ut saepe in his monumentis, notat. κατὰ κέλευσιν Θεοῦ in simili re habes in Thes. p. XXI. 1. deus autem patrius Gazensium est Mar- nas, cuius iussu lapis est dedicatus. vide de eo H. Norisium dissert. Epoch. 5 494.

Ibid. Ἀριζα] nisi erro, Γάδαρα sive Γάζαρα, quam urbem seu vicum Notitiae in Palaestina prima non longe ab Azoto agnoscunt, praestiterit. de ea Relandus Palaest. 3 p. 679. quae sequitur Βιτύλη, Bethelne an Betulia sit, in dubio est. aliis Notitiis dicitur Βιτέλιος.

Ibid. 23. Παλαιστίνης β] huius et superioris provinciae incolas totiusque caevae Syriae audaces atheos atque insidiosissimo ingenio perhibet Proclus Diadochus in Paraphrasi Tetrabibli Ptolem. p. 95: ὡς ἐπὶ πολὺ θρασεῖς εἰσὶ καὶ ἄθεοι καὶ ἐπιβουλευτικοί. idem Anonymus scholiastes, Basileae editus, in eandem Tetrabibl. p. 62, sed verbis mire turbatis, profertur. ὁ γὰρ, inquit, τῆς Ἀρροδίτης τῆς Ἀρεὶ συμπλακεῖς τῶν οὐτόνους ποιεῖ (καὶ ἄθεους ἡμέλει Ἰουδαίους) τοὺς Ἰουδαίους ἐκ ταύτης ὄντας τῆς θέσεως φησὶν. ὅθεν κατὰ τὴν προσεγορίαν σημεῖον σοὶ γινέσθω τῆς κατὰ τὴν χώραν εὐθρησίας γόητος γὰρ ὁ τοῦ Διὸς υἱὸς ἐν τοῖς φθιάσασιν ἐλέγεται. να-

ria enim scholia in unum sunt conflata; quae facile distinguas, si observaris καὶ ἀθέτους esse Ptolemaei verba, eaque breviori scholio explicari ἀμέλει Ἰουδαίους: mox alium idem paullo pluribus interpretari. quae vero adduntur ὅθεν κατὰ τὴν προσηγορίαν κ. λ. ea Iudaeam non spectant, sed Arabiam εὐδαίμονα, quem eius titulum haud obscure respiciunt. vide Proclum 2 p. 95, et me falsum negabis. nata ea persuasio paganis est, quod Iudaei in summi numinis cultu cum reliquis omnibus dissiderent. hinc et Lucanus 2 593: et dedita sacris incerti Iudaea dei. et Aristides tom. 3 p. 514: τοῖς ἐν Παλαιστίνῃ δυσσεβέσι παραπλήσιοι τοὺς τρόπους· καὶ γὰρ ἐκείνοις τοῦτ' ἐστὶ σύμβολον τῆς δυσσεβείας, διὰ τοὺς κρείττους οὐ νομίζουσι. quo tamen loco si et Christianos notari cum Iebbio velis, nihil intercedam. ceterum praesidem huic provinciae etiam Notitia imp. Orient. c. 1 imponit.

398, 24. Σκυθόπολις] provinciae fuit metropolis; quare ex ea ortus Cyrillus (in Vita S. Sabae c. 80) γυνή τις, inquit, ἐκ τῆς καθ' ἡμᾶς μητροπόλεως ὁμοιωμένη, et c. 75: καὶ ἐλθόντος αὐτοῦ ἐν Σκυθοπόλει, ἐξήλθεν ὁ μητροπολίτης Θεοδόσιος μετὰ παντὸς τοῦ λαοῦ εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ. Aristidi tom. 3 p. 595 Σκυθῶν πόλις, quo de nomine ad Itin. H. p. 586.

Ibid. Σέλλα] imo Πέλλα. quod nomen a Macedonibus accepit, solitis patriae suae oppidis cognomines devictas urbes facere apud Appian. Syriac. p. 201. Pella παρὰ τοὺς πέλας, τοὺς λίθους κατὰ τὴν Μακεδόνων φωνήν, quod Macedones lapides pellas vocarent, est dicta, ut ex Ulpiano in Demosthenis orat. de Legat. Fals. p. 234 Spanhemius diss. 9 de Usu et P. N. p. 654 patefecit. perperam ergo a nescio quo Pella Stephanus nomen derivat, meritoque Ti. Hemsterhusius eorum mutandi libidinem compescit, qui Hesychanum Πέλλα λίθος corrigere instituerunt. sedem urbs, nobilis mora Hierosolymis digressorum Christianorum, in Peraea obtinebat.

Ibid. Γάδαρα] non longe ab urbe fluvius Hieramax decurrebat, quem propterea τὸν λεγόμενον ποταμὸν Γαδάρων Cyrillus in Vita S. Sabae c. 33, et Antoninus Martyr in Itiner. fluvium calidum, qui dicitur Gadara, appellat. de sequentibus Relandus et nos alibi.

Ibid. Ἴππος] aberat stadiis a Tiberiade 30. Iosephus Vitae suae c. 65: ἡ δὲ σὴ πατρίς, ὃ Ἰουδαίαι, κειμένη ἐν τῇ Γεννησαρίτιδι λίμνῃ καὶ ἀπέχουσα Ἴππου μὲν στάδια τριάκοντα, Γαδάρων δὲ ἐξήκοντα, Σκυθοπόλεως δὲ εἴκοσι καὶ ἑκατόν.

Ibid. 25. Ἐλείου πόλις] Magni Constantini matri hoc

nomen debet, teste Sozomeno H. E. 2 2. si pristinum, quo ante utebatur, notius esset, de situ, qui obscurissimus, fortasse certiora haberemus.

398, 25. Διοκείσα] lege Διοκαισάρεια, quae in media Galilaea posita (apud Iosephum Vitae suae c. 65) olim Sephoris erat. Hieronymus de Loc. Sacris: *parro et alia villa Araba nomine in finibus Diocaesareae, quae olim Sephorine dicebatur.* vide Palladium Histor. Lausiac. p. 65 et H. Norisium dissert. 5 de Epoch. p. 563, et de Maximianopoli Itin. H. p. 586.

Ibid. 26. Γάβαι] hinc fuit Anastasius, qui Γαβῶν sive Gabenorum antistes in synodo Hierosolymitana dicitur. aberat urbs M. P. 16 a Caesarea, ut Eusebius et Hieronymus in Onomastico monuerunt. vide eundem Norisium dissert. 4 p. 460.

Ibid. 27. Παλαιστίνης γ'] olim haec Arabia erat, sed Palaestina in plures divisa provincias, illis accenseri coepta est. Procopius de Fabric. 5 8: *ἐν δὲ τῇ πάλαι μὲν Ἀραβία, νῦν δὲ τῇ Παλαιστίνῃ τρίτῃ καλουμένη, χώρα μὲν ἔρημος ἐπὶ μακρὸν κατατείνει.* notitia Imp. Orient. Palaestinam Salutarem, praesidi subiectam, appellat.

Ibid. 28. Πέτρα] Ἀδριανὴ Πέτρα μητρόπολις in nemis: Πέτρας πρὸς ἐσχατιαῖς τῶν Παλαιστίνων κειμένας Eusebius H. E. 3 32 vocat, quod in ultimis Palaestinae finibus essent. Sozomenus Πειραιῶν et Ἀρεοπολίτας H. E. 7 15 in Arabia, ad quam olim pertinuerunt, locat. passim alii in Palaestina tertia, ut Stephanus. vide Renferdii dissert. 2 in Euseb. Onom. et Relandi Palaest. 3 p. 927.

Ibid. Ἀγουστοῦπολις] Ioannes Ἀγουστοῦπόλεως subscripsit synodo Ephesinae p. 529.

Ibid. Ἀρίνδηλα] Stephanus Ἀρίνδηλα τρίτης Παλαιστίνης, cuius nomen in Actis conciliorum varie esse vitiatum admonuit L. Holsteinus. vide Ephesin. p. 487 et 530.

Ibid. Χαραμοῦβα] illustris urbs in Actis S. Stephani Sebaitae c. 4 tom. 3 Iul. p. 545: memorant enim Ioannem τῆς περιφανοῦς καὶ ἐνδόξου πόλεως Χυραχμόβων. adde Stephanum in Χαραμοῦβα.

Ibid. Ἀρεοπολις] olim Ar et Moab dicebatur, ut Eusebius in Onomast. et Hieronymus in Esai. c. 15 testantur. Polychronius Areopolitanus subscripsit rescripto Ioannis Hierosolymitani tom. 11 Concil. Labb. p. 376.

Ibid. 29. Ζωάρα] Hebraeorum נַחַשׁ est, sita ad lacum Asphaltiten. Cyrillus in Vita S. Sabae c. 22: καὶ περὶ τῆς

νεκρὰν θάλασσαν ὀδεύων τὴν ἐπὶ Ζώορα ἴδεν ἐν θαλάσῳ, νῆσόν τινα χέρσον καὶ μικροτάτην. adde H. Relandum Palaest. 3 p. 1065.

398, 29. Μάμφις] aliis Notitiis Μάμφης, quo nomine Ptolemaeus Idumaeae urbem ad Iordanis occasum agnoscit, Μάψ tamen scribens.

Ibid. Βιταροῦς] in Iac. Goari Notitiis Βιροσάμων et Βιροσάβων hac in provincia recensetur; quae mihi acque est obscura. fortasse nostri Βιταροῦς est Notitiae imp. Orient. c. 145 Bethora, quae sub dispositione ducis Arabiae praefecturam legionis quartae Martiae habet; quorsum et Gothofredus eleganti coniectura l. 15 c. Th. de Eroga. militar. refert. aut certe vicus Idumaeae Βηθόρις apud Iosephum B. Iud. 4 8 § 1; atque hoc malim, etsi Rufinus aliter legisse videatur: neque enim praeter morem id accidit.

Ibid. Ἐλοῦσα] posita fuit in partibus veteris Moabitidis, teste Hieronymo in Esai. c. 15; urbis episcopi saepe in conciliis obvii sunt, et ab H. Relando recensiti.

Ibid. Σάλτων] deest aliquid: solet saltibus, quorum in provinciis meminit, addere titulos, ut cognoscantur. Iac. Goari Notitia Σάλτων Ἱερατικὸν appellat, quod verum videtur.

399, 1. ὑπὸ κομισουλάριον] fuit Arabia Constantii imperatoris tempore praesidialis, ut ex l. 3 c. Th. de Poenis apparet: habuit praeterea ducem, qui rei militaris curam administraret. ab eo vero cum praeses penderet, tandem soli duci Arabia est commissa. docemur haec a Iustiniano Nov. 102. erat enim, inquit, ita tenui potestate praeditus is qui civili magistratu defungebatur, ut ei qui praesesset armis servili propemodum more manciparetur, et in illius arbitrio huius salus esset posita, aut ut ne esset quidem omnino hic magistratus; unde adeo et longum tempus est ex quo is desierit, et militaris ea quae civilem magistratum concernunt peragat. idem Notitia imp. Orient. c. 1, ducem quidem Arabiae, nusquam praesidem aut consularem, nisi c. 145, ubi dux et praeses qui ante dux tantum, memorans, affirmat. itaque dubium esse non potest quin hic error sit, et in consularis locum dux succedere debeat.

Ibid. 2. Βόστρα] provinciae metropolis erat. Eusebius in Βοσὸρ: αὕτη ἐστὶ Βόστρα, ἡ νῦν μεγάλῃσι τῆς Ἀραβίας. adde concil. Chalcedon. p. 676. Isidorus (apud Photium p. 1060) Βοστρα οἰστρον τῆς βοός, quasi Io in vaccam versa nomen urbi fecerit, notare auctor est, sed errans: est enim בוסטרא, quae Hebraei et vicinae gentes locum munium describunt.

399, 2. *Νιλακάωμη*] ignota mihi est: cogitaveram *Νεὴ κώμη*, quae in Goari Notitia et Concil. Chalcedon. p. 676 conspicitur, an *Πεντακωμία*, an *Νεέλη κώμη*, cuius episcopus in eodem est concilio, praestaret; forte posterior suspicio non longe a vero aberit. id praeterire nolo, ibidem Ioannem *πύλεως Ἐρρης* inter Arabas nomen profiteri, et mansionem *Itin.* Ant. p. 196 Aere, sive, ut in Vaticano ms legitur, Ere tueri.

Ibid. *Ἄδρα*] sic et Ptolemaeus. Tabulae Peutingerorum Adraba M. P. 24 a Bostris, Eusebio in Onomast. Adara, cum de urbe Esdrai *καὶ νῦν*, inquit, *ἐστὶν Ἄδαρα πόλις ἐπίσημος τῆς Ἀραβίας, δισοῦσα Βόστρων* (sic praestat) *σημείοις κδ.* vertit Hieronymus: *nunc autem est Adarā insignis civitas Arabiae in vicesimo quarto lapide a Bostra.*

Ibid. *Δία*] *Δίαν τὴν ἔρημον πόλιν* Isidorus in Vita Damascii apud Photium Biblioth. p. 1061 vocat, addens prope urbem esse campum, in quo aqua stygia ebulliat: fortasse ergo huc pertinet epigramma apud Stephanum, quod ipse ad Dium Syriae, si tamen alia ac nostra est, transtulit, quo aqua Diensis potu quidem dulcis, sed et mortifera perhibetur: *νῦμα τὸ Διηρὸν γλυκερὸν ποῖόν· ἂν τὸ δὲ πῆγς, παύσῃ μὲν δίψης, εὐθὺ δὲ καὶ βίότου.*

Ibid. *Ἐξακωμία*] habetur et in Iac. Goari Notitia. nomen illi a sex pagis, ut Pentacomiae, quam eadem agnoscit, a quinque, venit.

Ibid. *Μηδαβα*] Medeba est in portione tribus Rubenios. c. 13 16. Cyrillus in Vita S. Sabae c. 45: *Μηδαβα πόλις ἐστὶ πέρα τοῦ Ἰορδάνου κατ' ἀνατολάς, ὑπὸ τὴν Ἀραβίαν τολοῦσα.* meminit eius Eusebius in *Κυριαθεῖμ* et *Ἰεσοά*, ubi pro μεταξὺ *Μηδαμών*, quod Martianeii editio praefert, *Μηδάβων* legi oportet.

Ibid. 3. *Γέρασα*] πόλις ἐπίσημος τῆς Ἀραβίας Eusebio Onomast. in *Γεργασεί*, semota a fluvio Iaboc M. P. 4, teste Hieronymo in Iaboc eiusdem Eusebii. episcopus eius Placas est in Chalcedon. concil. p. 675.

Ibid. *Μαιουῶδος*] nihil mihi de hac innotuit: posset ex Notitiis et conciliorum Actis alia non magno molimine substitui, nisi ea res periculosae plena foret aleae.

Ibid. *Φιλαδελφία*] non alia est ac Rabbatamana, quae a Ptolemaeo Philadelpho nove donata est nomine. Hieronymus in Ezech. c. 25: *filiū Ammon habebant metropolin nomine Rabbath, quae hodie a rege Aegypti Ptolemaeo, cognomento Philadelpho, qui Arabiam tenuit cum Iudaea,*

Philadelphia cognominata est. aberat haud longo intervallo ab amne Iaboc apud Eusebium Onomast. in *Ἰαβόκ.* plura Eduard. Bernardus in Iosephi A. Iud. 4 5.

399, 3. *Νέα πόλις*] Chilon *πόλεως Νέας πόλεως* inter Arabes antistites concilio Chalcedon. p. 675 nomen adscripsit.

Ibid. *Ἱεράπολις*] alii hanc explicuerint; mihi ignota est.

Ibid. 4. *Φιλιππόπολις*] condita est a Philippo Arabe, ut Victor Zonaras et Cedrenus docent et viri docti dudum mouerunt. quod vero Bostra eandem atque hanc arbitrantur, id et haec Notitia et concilium Chalcedonense convellit: distinguunt enim Bostra et Philippopolin. vide tom. 8' Concil. Labb. p. 644 et 675, praetereaque Spanhemium dissert. 13 de Us. et P. N. p. 612.

Ibid. *Φαινῶ*] ita legendum vidit L. Holsteinus. sita erat Petram inter et Zoora, aeris metallis et exiliis multorum infamis. Eusebius in *Φινῶν*: *αὕτη ἐστὶ Φαινῶ, ἔνθα τὰ μέταλλα τοῦ χαλκοῦ, μεταξὺ κειμένη Πέτρας πόλεως καὶ Ζοορῶν.* sic Io. Clericus, et recte, emendavit, quem et in *κατὰ τὰ χρόσια* et *Λαιδῶν* vide. Hieronymus, *Fenon, castra filiorum Israel in deserto. fuit autem quondam civitas principum Edom, nunc viculus in deserto; ubi aeris metalla damnatorum suppliciis effodiuntur inter civitatem Petram et Zoaram.* adde S. Bochartum P. 2 Hierozoic. 3 13.

Ibid. *Κωνσταντία*] Notitiae Iac. Goari *Κωνσταντινή,* concilium Chalcedon. p. 676 *Κωνσταντιάνη,* et in veteri versione Constantia.

Ibid. *Διονυσιάς*] Maras *Διονυσιάδος* sub Bostreno metropolitae in eodem est concilio. incolae *Διονυσιαεῖς,* non multum a Bostris, Isidoro apud Photium Bibl. p. 1660.

Ibid. *Κανῶθα*] *Κανῶθὰ* Concilium Chalcedon. p. 660, numus *Κανῶθαιῶν* apud Vaillantium. Harduinus Domitiani numum *ΚΑΝΑΘΑΙῶΝ ZNP.* inscriptum in Num. Urb. Illust. edidit, cui similem Wildiana gaza servat. consentit Eusebius in Onomast. *Κανῶθ κώμη τῆς Ἀραβίας, νίστι Κανῶθὰ λεγομένη.* et post pauca: *κείται δὲ εἰσὶν καὶ νῦν ἐν Τραχωνίτιδι πλησίον Βοστρων.* fuit ergo propter Bostra.

Ibid. 5. *Ἀδρασός*] H. Relande non alia est atque Adrafavet illi Notitia Iac. Goari, Adrassum memorans, non illam. cum tamen Hierocles distinguat, praestiterit eum, etsi solae Notitiae eius meminerint, audire.

Ibid. 6. *ἐπαρχία Αἰγυπτιακῆς*] orditur diocesis Aegy-

ptiam, quae Ammiani aetate quinque provinciis, Aegypto, quae sub Iustiniano duplex erat, ut Edict. 13 indicat, Thebaide, Libya, Augustamnica et Pentapoli absolvebatur, uti l. 22 c. 16 scribit. addita dein ab Arcadio imperatore Arcadia est, cuius Notitia imp. Orient. c. 117 meminit. post dein Augustamnica in duas est secta. omnes praefecto Augustali, etsi Aegyptus provincia praecipua eius esset sors, subiectae. primus horum Augustalium, *Ἀγουσταλίων*, si non fallit Io. Malala tom. 1 p. 290, Cornelius fuit Gallus: Augustus enim domitiae Aegypto equitem imposuit apud Dionem l. 51 p. 521, interque alia dominationis arcana vetuit, nisi permissu, ingredi senatores, Tacito Annal. 2 59 teste. sollemnis praefecti Augustalis sedes Alexandriae erat; unde *ὑπαρχος τῆς Ἀλεξανδρείας* Sozomeno H. E. 7 15 dicitur. Theodorus *Ἀγουσταλίος* est in Isidori Pelusiotae epist. 3 50, alius in Synesii epist. 105. de officio eius vide l. 1 et 2 c. de Offic. Praef. August. atque Edict. Iustiniani 13, et Pancirolium in Notit. imp. Orient. c. 117.

399, 7. *Ἀλεξάνδρεια*] Dio Chrysostomus orat. 32 p. 372 totius orbis sua aetate emporium fuisse atque undique in eam omnes confluisse mercatores, *ὥστε τὰς ἐμπορίας, inquit, οὐ νῆσων, οὐδὲ λιμένων, οὐδὲ πορθμῶν τινῶν καὶ ἰσθμῶν, ἀλλὰ σχεδὸν ἀπάσης τῆς οἰκουμένης γίνεσθαι παρ' ἑμῶν*: quam rerum copiam et incolarum frequentiam diu illi durasse aliunde constat. haud longe aberat Pharus, dein urbi coniuncta ac Maiumae nomine celebris. Acta S. Cyri c. 3 tom. 2 Ianuar. p. 1090: *Maiumetes hic erat, non ex Gazensium Maiuma prodiens, sed ex illa Alexandrinorum, quam Pharus, quondam insula, complectitur, quaeque nunc Alexandriae cum insulana civitate coniunctae pars habetur, vetere Maiumae nomine adhuc tetento*. Philonis aetate *ἐσχῆν ὑποταίνιος* ex insula ad urbem pertinebat, quae taenia, de qua et Strabo 17 p. 800, aut si brevia malis, paulatim alluvionibus videtur aucta, de Vita Mosis 2 p. 659. ceterum urbis episcopi per universam Aegyptum auctoritas amplissima erat, sibi que subiectos centum circiter antistites habebat, ut Athanasius Apolog. c. Arian. p. 187 adfirmat.

Ibid. *Ἐρμονόπολις*] Parva Hermupolis, quae τῆς Ἀλεξανδρείων χώρας metropolis Ptolemaeo dicitur, unde Athanasius Dracontium eius praesulem modo τῆς Ἀλεξανδρείων χώρας sive ἐν τῇ Ἀλεξανδρείων χώρᾳ, ut tom. 1 p. 263, modo Ἐρμονόπολιως μικρῶς, sicuti in Epist. ad Antiochem. p. 776, nuncupat.

Ibid. *Μαρσλαίτης*] vicina erat Schedia, unde Agatha-

daemon *Σχεδίας και Μενελαΐτου* episcopus in epist. Athanasi ad Antiochen. intellige autem nomum Menelaisten: nam urbs Menelaus. si tamen urbem esse velis, Iustinianus Edit. 13 c. 18 auxilio erit. Schedia prope Chaereu mansionem, de qua Itin. Ant. p. 154, erat. Schol. Nicandri Theriac. 623: *Σχεδία δὲ πόλις Αἰγύπτου, πλησίον Χαιρέου.* adde l. 3 Maccab. c. 4 11, ubi Latinus interpres Schediam videre non potuit.

399, 7. *Μέτηλις*] recte L. Holsteinius correxit. aberat haud longe Alexandria Stephano auctore. numi *METHAL-*των sunt apud Harduinum et Vaillantium, ac episcopus Macarius *Μετηλιτών* in Ephesino concilio p. 531.

Ibid. *Βουτος*] haud longo intervallo semota fuit ab ostio Sebennitico, *Βουτώ* quoque, uti Epiphanio tom. 1 p. 1092, Aegyptiorum more dicta. Theonas episcopus *Βουτιτών* subscribit Synodo Constantinop. sub Gennadio apud Lambecium Bibl. Vindob. 8 p. 423, Ammon *Βουτητών*, levi vitio, Ephesinae p. 531.

Ibid. 8. *Κάβασσα*] *Κάβασσα* Ptolemaeus, et *ΚΑΒΑΚΙ-*των numi. Theopemptus *Καβάσων*, pro quo ms *Κανύσων*, nomen Ephesino concilio p. 531 et Chalcedon. p. 127 adscripsit.

Ibid. *Σαΐς*] ita codex Lugdunensis. nobilem hanc cognominis nomi urbem Nicander Theriac. 567 *Σαΐν αἰθαλόεσσαν* appellat, ubi scholiastes, *Σαΐς*, inquit, *πόλις Αἰγύπτου, γέμουσα ἵπποποτάμων· αἰθαλόεσσαν δὲ φησιν, ἐπεὶ μελανόγειός ἐστι.* incolae *Σαΐται*, ut ab eiusdem nominis in Thracia civibus distinguantur. Vita Arati in Uranolog. Petavii p. 184: *καὶ γὰρ Σαΐς πόλις ἐστὶν ἐν Θράκη, καὶ ἕτερα ταύτη ὁμώνυμος ἐν Αἰγύπτῳ· ἀλλ' ἀπὸ μὲν τῆς ἐν Αἰγύπτῳ οἱ πολῖται Σαΐται καλοῦνται, οἱ δὲ τῆς Θράκης Σαΐοι.*

Ibid. *Ναύκρατις*] in eodem erat nomo, flumini accubans. Esaias *Ναυκρατιτών* synodo Constantinop. sub Gennadio apud Lambecium Bibl. Caesar. 8 p. 423 subscripsit.

Ibid. *Ἀνδρών*] habet Ant. Itin. p. 154. Carolus a S. Paulo in Athanasii ad Antiochenos epist. p. 776 Andromenam appellari censet, errore ridiculo. memorantur inibi *Ζωΐλος Ἀνδρώ, Μηρᾶς Ἀντίφρων* episcopi: hinc Andromenam extruxit, ut Benedictini pridem monuerunt. vide Xenophontem Ephes. l. 41.

Ibid. *Νιούου*] vide Ant. Itin. p. 155. episcopus *τῆς Νικιωτών* est in Synodica Gennadii apud Lambecium.

Ibid. *Ἐοῖς*] urbs insulam in nomo Sebennytico insidebat, Orac. Sibyll. l. 5 p. 307 *Ἐοῖς* dicta:

Θμοῦς καὶ Ἐοῦς θλίβεται καὶ κόπτεται βούλη
Ἡρακλέους τε Διός τε καὶ Ἑρμείου.

qui versus, si in prioris fine *Βουτῶ* scripseris et posteriori addideris, ne claudicet, πόλῆς, melius decurrent pluresque Aegypti comprehendunt urbes.

399, 8. Φραυύνης] Φράγωνις rectum videtur: certe Athanasius epist. ad Antiochen. p. 776 Agathum ait antistitem Φραγώνεως καὶ μέρους τῆς Ἐλεαρχίας τῆς Αἰγύπτου fuisse, quibus pariter, ubi quaerenda sit, indicavit. in Liberrati Breviario c. 14 memorantur Athanasius episcopus Basirios et Nestorius Phlagoneos et Auxonius Chabasensis, quorum medius Phragoneos, ultimus Cabasensis, de cuius urbe ante, verius appellabitur. Φραγονέας sive Φλαγονέας (variant enim mss) praesul adfuit concilio Ephesino. vide p. 439 et 530.

Ibid. 9. Παχνημόης] Ptolemaeo Παγναμοννίς, Athanasio Παχνημοννίς: episcopum enim in epistola ad Antiochenos Ammonium fuisse ait Παχνημοννέως καὶ τοῦ λοιποῦ μέρους τῆς Ἐλεαρχίας: unde apertum mihi est hanc superiori fuisse vicinam, et in Elearchia, de qua postmodum, positam.

Ibid. Σεβόντος] Σεβεννυτὸς praestat, sita ad eisdem nominis fluvium apud Ptolemaeum et Stephanum. Paulus Σεβεννυτοῦ subscribit Synodicae Gennadii apud Lambecium B. Caes. 8 p. 423.

Ibid. Ὀνουφίς] Stephano πόλις οὐκ ἄγνωστος, Athanasio Ὀνουφίς τῆς Λύχων epist. ad Antioch. p. 776, haud scio qua de caussa. de Tava Itin. Ant. p. 153.

Ibid. 10. Κλεοπάτρα] Κλεοπατρίς alia in Notitia; quam Carolus a S. Paulo prope Hermopolin parvam locat, indignatibus et nullo auctore id fieri asseverantibus Benedictinis ad tabellam geographicam, quam Athanasio addiderunt. neque sane iniuria: quis enim veterum hunc illi locum assignavit? nollem tamen Cleopatridem nullam aliam esse atque Arsinoën, tanta cum confidentia adfirmassent. Arsinoën Cleopatridis nomine insignem fuisse, Straboni 17 p. 804 accredimus: at ea ab hac provincia longissime abest, sinui Arabico apposita. hanc vero cum Notitiae agnoscant, et Κλεοπατρίδος antistes sit in Concilio Ephes. p. 531, distinguaturque ab episcopo ἐν Ἀρσινόιτῃ in Meletii Breviario p. 187, haud sane absurde Cleopatris suum sibi locum tuebitur. dices τοῦ Ἀρσινόιτον praesulem non urbis Arsinoës sed agri vicini fuisse: unde vero probabitur? neque enim sine testimonio in hoc genere cuiquam credimus. addo superioribus, Cleopatridem in Eph-

sivo p. 430 Tavae et Chalced. p. 127 Busiridi; urbibus huius provinciae, iungi.

399, 10. Κυνώ] haec est ἡ κάτω Κυνώ, a Tava 30 M. P. remota et Busiri vicina; unde Hermaeon ἐν Κυνώ καὶ Βουσίρι antistes in Meletii Breviario p. 188. vide Anton. Itin. p. 153.

Ibid. Βουσίρης] praestat Βουσίρις. Zonaras a Diocletiano eversam et imprudentissime Thebis Aegyptiis vicinam tradit: erat enim intra Delta. paria de Diocletiano Acta S. Procopii c. 1 tom. 2 Iul. p. 557. et libros chemicos, ne Aegyptii artis, multis desideratissimae, auxilio sese locupletarent, ab eodem exustos referunt, plane ad Suidae mentem in Διοκλητιανός. Io. tamen Pinius, Actorum interpres, Busirin urbem videre noluit, cum προσῆλθε δὲ καὶ μέχρι Βουσίρεως ad Busiridis usque immanitatem processit vertit. Athanasius in Vita Antonii c. 58 Βουσίριν τὴν τριπολιν habet, quam nostram esse Acta Chalcedonensia, quibus Athanasius antistes Βουσίρεως τριπόλεως κατ' Αἴγυπτον p. 188 subscribit, dubitare vetant.

Ibid. Ὠασίς] Ὠασίς. est autem parva Oasis: duas enim Ptolemaeus et Notitia imp. Orient. c. 143 atque alii norunt, tres Strabo 17 p. 813 et Olympiodorus apud Photium cod. 89 p. 191. haec circa Moeridis fuit lacum: fortasse eadem quam Palladius in Vita Chrysostomi p. 195 Ὠασιν τὴν γείτονα τῶν Μαζίκων, et Ioannes Romanae ecclesiae diaconus in Vitis Patrum c. 12 Oasa, ubi genus est Mazicorum, appellant: Mazyces quippe Marmaricam huic confinem incolebant, Pentapollitanis saepe infesti, ut diximus alibi. Iosephus in Ap. p. 2 3 ἐν Ὠάσει τῆς Αἰγύπτου Apionem fuisse natum adfirmat, qui cum cap. 4 eundem ἐν τῷ βαθυτάτῳ τῆς Αἰγύπτου editum proficitur, hanc an maiorem Oasis intellexerit incertum reliquit. mirum autem est Mareoten nomen ab Hierocle praeteriri, quem aliae Notitiae et Conciliorum Acta saepe memorant. obiter notabimus ridiculum Corderii errorem, haec Ioannis Philoponi l. 5 de Mundi Creat. c. 5. ἐλλειπῆς ποτε τοῦ Νείλου γέγονεν ἡ ἐπίβασις, καὶ τῆς λίμνης τῆς καλουμένης Μαρίας βάθος οὐκ ἐχούσης πολὺ διὰ τὴν τοῦ ὕδατος ἔνδειαν, vertentis, contigit aliquando ut Nili ascensus esset pertenuis, et cum lacus, Μαρίας βάθος appellatus, deficeret propter aquae penuriam. fefellit hominem distinctio male posita: debuerat, cum lacus, Maria dictus, profundus non esset. patebat lacus, supra quem Nitria, monachis olim celeberrima, sese porrigebat, M. P. 70, si Palladius Histor. Lausiaca c. 9 non fallit: nam aliter Pli-

nus N. H. 5 10. adde Euagrium tom. 3 Monument. Cotelierii p. 101 et Philonem in Flaccum p. 971.

399, 10. Ἐλεαρχία] provinciae aut regionis nomen est, etsi Isaac Ἐλεαρχίας in concilio Ephesino p. 439 et Chalcedon. p. 127 memoretur: ille enim aut Pachnemunis aut Phragonis, quae utraque in Elearchia sedem habuit, antistes fuit. sita provincia sive ea regio erat inter ostia Sebennyticum et Phatnicum: priori vicinam fuisse ex Ptolomaeo 4 5, posteriori ex Diodoro 20 p. 806 apertum est. nomen accepit a paludibus, quae ibi plurimae. Thucydides I 110: Αἴγυπτος δὲ πάλιν ὑπὸ βασιλεῖ ἐγένετο, πλὴν Ἀμυρταίου τοῦ ἐν τοῖς ἔλεσι βασιλέως· τοῦτον δὲ διὰ μέγεθός τε τοῦ ἔλους οὐκ ἐδύναντο ἐλεῖν, καὶ ἄμυ μαχιμώτατοί εἰσι τῶν Αἴγυπτίων οἱ ἔλειοι. adde Herodotum 2 152. quae omnia cum illas paludes, τὰ ἔλη, in aperta luce ponant, mirabere viris eruditione celebrimis saepenumero parum animadversas negotium facessivisse, solidamque adeo restitutarum gloriam Hemsterhusio nostro esse relictam: quis enim dubitaverit quin in his Polyacni Stratag. 2 16 κρύψας δὲ τοὺς Αἴγυπτιοὺς ἐν τοῖς Ἐλλησι, παρατάξας προῆγς τοὺς Ἐλληνας, legi ἐν τοῖς ἔλεσι oporteat? aut ambigat Aristidem tom. 3 p. 591 dedisse ἦτε γὰρ Μοίριδος λίμνη καὶ αἱ πρὸς τοῖς ἔλεσι κάτω, καὶ ἡ πρότερον μὲν ὑπὲρ Φάρον νῦν δ' ἐξόπισθεν τῆς Ἀλεξάνδρου πόλεως Μαρία, ἐξ ὑρχῆς τέ εἰσι τοῦ Νείλου κόλποι, non, ut nunc editi prae se ferunt, πρὸς τοῖς Ἐλλησι κάτω: id enim multo ineptissimum, quemadmodum etiam p. 612, cum de Nilo κάτω δ' ἐν τοῖς Ἐλλησιν εἰς ἑπτὰ καταβαίνειν, ubi itidem ἔλεσι reliquerat. par ratio est in his scholiastae Aristophanis Plut. 178: οἱ τινες καὶ διαπεράσαντες εἰς τὴν Αἴγυπτον, καὶ ἐν τινι τῶν τοῦ Νείλου στομάτων ἀναπλεύσαντες, προσέσχον τοῖς Ἐλλησι. reliquit commentator τοῖς ἔλεσι, tantoque beneficio collegae meo obstrictus, medicam eiusdem manum in plerisque aliis supplex sibi expostulat.

Ibid. Παράλιος] ita mss. L. Holsteinius Πάραλος emendat, cuius praesul in Ephes. Concilio p. 439 Athanasius Παράλου et in Chalcedon. p. 127 Pasmelius Παράλου dicitur, et in Latina versione Parali, etsi Ephesinae synodi interpres Paralii maluerit. de eius situ, nisi intra Delta fuisse, nihil certi constat.

Ibid. 11. Ἀγούστα] forte Ἀγουσταμνικῆς, quemodo Constantius imperator apud Athanasium Apolog. Arian. p. 174 τοῖς ἐν Ἀγουσταμνικῇ καὶ Θηβαΐδι καὶ Λιβύαις ἡγεμόσι: pro quibus Metaphrastes in Athanasii Vita c. 11 τοῖς ἐν Τεμνικῇ καὶ Θηβαΐδι καὶ Λιβύῃ ἡγεμόσι. perperam diceret,

nisi Nilus Doxopatrius tom. 1 Var. Sacror. Le Moyne p. 223 τὴν πρώτην Σταμνικῆς, ἐν ἣ πρώτῃ μητρόπολις τὸ Πηλοῦσιον et mox τὴν δευτέραν ἐπαρχίαν Σταμνικῆς haberet, suspicionemque iniiceret seriore aevo Stammicam provinciam pro Augustamnica fuisse usurpatam. Latini Augustamnica et Augustanicam, qua de re Henr. Valesius in Ammian. 22 16, vocitant; Epiphanius Haeres. 73 c. 26 Ἀύγουστονικήν, Cyrilus epist. ad Atticum p. 205 Ἀύγουσταλικήν. speculator ἐν τῇ Ἀύγουσταλιανῇ est in Athanasii eadem Apolog. p. 199, sed is cohortis fuit Augustalianae, cuius Imp. Iustinianus Edict. 13 c. 2 meminit. dicta Augustamnica ab amne Nilo est, quem amnem Augustum nominasse videntur. provinciae correctorem et Notitia imposuit c. 1, estque Isidori Pelusiotae l. 2 Ep. 15 ad Serapionem Κοροίκτορα, et plures ad Ausonium correctorem, ut l. 1 ep. 116 et l. 2 ep. 25 et passim.

399, 12. [Ῥινοκόρουρα] non haec provinciae metropolis, sed Pelusium, ut ex Nilo Doxopatrio vidimus. Plinius extra Aegypti terminos 5 12 Rhinocorura locat. nostro consentiunt Ptolemaeus, Ammianus 22 16 et Hieronymus in Esai. c. 19, omnesque Notitiae. vide Ant. Itin. p. 152.

Ibid. [Ὀστρακίνη] recte ita ms Leidensis. haud longe aberat ab urbe lacus Sirbonis, teste Aristide tom. 3 p. 591. plura de ea et Casio ac Pentaschoeno alias.

Ibid. [Ἀφραῖον] est in Ephesino p. 439 Hierax Ἀφραῖον, agnoscuntque urbem ceterae Notitiae. Carolus a S. Paulo Itin. Ant. p. 162 Daphno sive Daphnen Stephani eandem arbitratur; cui suspicioni etsi situs nihil obstat, vix se tamen tueri ea poterit, nisi in aliam formam nomen deinceps procusum fuisse appareat.

Ibid. 13. [Γέρρας] sic prae se mss ferunt. Ptolemaeus Gerrhum et ante eum Plinius 6 29, cognomento Adipson, vocat: Gerrha Strabo 16 p. 760, nihil dissidente Peutingerorum Tabula. nostro adstipulari videtur Sozomenus H. E. 8 19: ἀπὸ τοῦ πελάγους ὧδε συμβάν κατήρην εἰς Γέραν, πόλιν μικράν, ἀμφὶ πενήκοντα σιῦδια τοῦ Πηλοῦσιον ἀφεστῶσαν. verius tamen Gerrhum. sive Gerrha fuerit, siquidem ἀπὸ τῶν γέροντων, quatenus tabernacula, σκηνάς, notant, nomen acciperint. scholiastes Luciani in Ἀνάχαρο. p. 32 edit. Amst.: Δημοσθένης δὲ ἐπὶ τῶν σκηνῶν καὶ τῶν περιφραγμάτων (pro Coron. p. 168 ed. Paris.) “καὶ τὰ γέρρα ἐνεπίμψουσιν.” καὶ παρ’ Αἰγυπτίους δὲ τὰ κατὰ τὸ Πηλοῦσιον καλούμενον διὰ τοῦτο ὀνομάσθη, ἐπεὶ σκηνώματα ἐστίν, ἐν οἷς παραφυλάττοντες τὰς εἰσόδους διατρέβοναι. quibus critici verbis et Gerrhorum positura confirmatur, et id docemur, fuisse ibi

